8.54.H.17

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
ROMA
8
34 H
17

E.5.H.H.17

D. CONRADI BRVNI IVRECONSVLTI LIBRI SEX, DE HÆRETICIS IN GENERE.

& D. OPTATI AFRI... EPISCOPI QVONDAM MILEVITANI, LIBRI SEX DE DONATISTIS IN SPECIE, NOminatim in Parmenianum. Ex Bibliotheca Cuſana.

Adiuncto utrobiq; Indice, & breui Correctorio.

PLVRA D. BRVNI OPERA: VTPOTE DE SEDITIOSIS LIBRI SEX, DE CALVMNIIS LIBRI Tres, De Vniuerſali Concilio Libri Nouem, Deinceps eodem modo & ſtudio ædentur, Deo propicio, Ad pacem & utilitatem publicam.

Cum gratia & Priuilegio Sacrarum Cæſaris & Regiæ Rom. Maieſtatum, Ad Septennium.

Apud S. Victorem prope Moguntiam, ex officina Franciſci Behem Typographi.

M. D. XLIX.

Spectat ad Bibliothecam S. Franci[sci] de Urbe ex testamento Ill.mi et R.mi D. [illegible] 16[illegible]

REVERNDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AMPLISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. IOANNI, AB ISENBERG, ARCHIEpiſcopo Treuerenſi, Principi Electori, Archi Cancellario ſacri Ro. Imperij per Gallias, & Regnũ Arelatenſe &c. Domino ſuo Clementiß. Conradus Brunus V.I. Doctor S. P. D.

Ruina diaboli per ſuperbiam.

QVum malorum omnium ſator, & humani generis ſempiternus hoſtis Diabolus, á primo ſtatim ruinæ ſuæ exordio, ob immodicam ſuam ſuperbiam, é cœleſti ſolio in imũ ſe Tartari abyſſum ac profundam tenebrarum caliginem, miſeré collapſum: & æternæ fœlicitatis gloria deſtitutum, atq; in perpetuos gehennæ cruciatus præcipitatum eſſe perſpiceret: Nihil illi potius fuit, quám ut omni ope eniteretur, ut quam ipſe iuſto Dei iudicio perdiderat, ſalute, quibuſcunq; poſſet peſtiferis artibus & dolis, uniuerſum quoque genus humanum priuaret: Id ſe hauddubie conſequuturum ratus, ſi hominem ab obedientia, ac recto ſummi atque unius Dei cultu auerteret.

Perpetuus hoſtis ſalutis noſtræ.

Mortalitas protoplaſti per peccatum.

Quamobrem primos noſtros parentes inſidijs aggreſſus: Euæ primum, mox uerò per eam Adæ perſuaſit: ut diuini præcepti præuaricatores fierẽt. Ob cuius deplorandã tranſgreßionem, non modo ipſe protoplaſtus Adam conſtitutæ immortalitatis beatitudinem amiſit: Sed per ipſum etiam genus omne humanũ mortalitatem contraxit. Teſte Paulo Apoſtolo, dicente. Per unũ hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo peccauerunt. Et iterum. Sicut in Adam omnes moriũtur, &c.

Rom. 5.

1. Corin. 15.

Satanæ inſtinctus ad flagitia.

Etſi autem idem hoſtis Satanas, mendacij pater, hominem inter has anguſtias depræhenſum, nec dum á uera diuini cultus obſeruatione declinare animaduerteret: pro concepta tamen ſemel inuidia, haud deſtitit ipſum in fraterna odia, homicidia, adulteria, multaq; alia abominanda flagitia inſtigare: Vt ſi qua ratione illum non ſolum ab immortalis Dei obedientia deflecteret, ſed etiam eius iram ac uindictam, grauiter in ipſum concitaret. Quarum quidem tentationum uarietate homo acriter conflictatus, licet á tempore Adæ uſq; ad Noe, diuerſa perpetrauerit delicta, atque acerbißimas ob id pœnas ſuſtulerit: Tamen á priſtino omnipotentis Dei cultu, haud quaq; deflexus eſt. Quapropter idem perditionis autor, alijs inſidijs, hominis in uera religione propoſitum & conſtantiam ſubuertere conatus: Tribus potiſ-

a * ij ſimum,

Tres ualidiſsimæ diaboli machinæ, Idolatria, hereſis, & ſchiſma.

ſimum, ijſdemq; ualidiſsimis, machinis, illius mentem expugnare, & a uero unius & ſummi Dei cultu abſtrahere, & extremam illi perniciem afferre conatus eſt: Idolatria ſcilicet, hæreſi, & ſchiſmate. Ac primum quidem Idolatria id effecit: Vt honor ille, & cultus ſoli diuinæ maieſtati debitus, in mundanas ac futiles creaturas conuerteretur. Quod à

Initiũ Idolatriæ à Belo.

Belo, uiro ſanè intolerandæ ſuperbiæ & arrogantiæ, originem traxit. Nam is, ſimul atque poſt Babylonicæ turris conſtructionem, primus in Aſſyriorum prouincia regnare cœpiſſet, non ueritus eſt, á ſubditis diuinum & nomen & honorem ſibi delatum uſurpare: eoq; defuncto, non erubuit etiam filius Ninus patri imaginẽ erigere, utq; illi etiam diuinus haberetur honor & reuerentia, præcipere.

Idolorum inſtitutio.

Horum itaq; ueſtigia complures ſubſequuti, ipſi quoq; Idola conflatilia loco ſummi Dei uenerari cœperunt. Vnde innumera illa Ethnicorum Deorum multitudo, uſq; eo perperam introducta eſt, ut pauci relicti ſint, qui ſacroſanctam illam ſupercœleſtem diuinitatem ritè coluerint. Si quidem ex his erroribus

Multiplex Idolatria poſt Belũ & Ninum.

ereptus, unus ille diuinus Abraam, qui Nini temporibus uixit, et unus ad lucem ueræ agnitionis Dei uocatus, uerum eiuſdem cultum in ſuo ſemine retinuit: Et uſque ad Chriſtum Ieſum, qui ueram mundo ſalutem intulit, propagauit. Idolatrico hoc malo alioqui per uniuerſum propè terrarum orbem longe lateq; diſsipato: alijs cœlum, alijs ſolem, alijs lunam ac ſtellas: & elementa mundi, ignem, aerem, aquam & terram, pro dijs colentibus: alijs etiam hominibus: immo & beſtijs: & alijs rebus longe

Idolatria ad filios Iſraël propagata.

uiliſsimis & abiectiſsimis diuinum honorem tribuentibus. A qua ſuperſtitione nec populus etiam Dei alienus fuit: Quippe, qui uitulum conflatilem extruxit, extructumq; adorauit, atque hoſtias ei obtulit: Quiq;

Exo.32.

aduerſus Aaron dixit, Fac nobis deos, qui nos præcedant. De populo

4.Reg.16.17.

Dei ſcribitur. Ipſi fecerunt malum in conſpectu Domini: & ſeruierunt Baalim ac Aſtaroth, ac dimiſerunt Dominum Deum patrum ſuorum. Item, Fecerunt ſibi conflatiles duos uitulos, & adorauerunt uniuerſam militiam cœli: ſeruieruntq; Baal, & conſecrauerunt filios ſuos & filias ſuas per ignem, & diuinationibus inſeruiebant & augurijs. Item, ex po-

3.Reg.11.

pulo Dei fuit Salomon, cuius cor deprauatum fuit per mulieres, ut ſe-

3.Reg.12.

queretur Deos alienos. Ex populo Dei fuit Hieroboam, qui fecit duos uitulos aureos. Cæterum, ubi Chriſto nato, Euangelicæ lucis ſplendor humanæ creaturæ effulgere cœpiſſet, non puduit eundem aduerſarium ſatanam, & Dominum pariter & Deum ſuum tentare, & tentando ad

Matth.4.

Idolatricæ quoque impietatis ſcelus inſtigare: Cui & omnia mundi regna & gloriam eorũ oſtendit, ſeq; largiturũ eidem pollicitus eſt, ſi procidens eum adoraret. Alterũm exitij genus eſt hæreſis, cuius uiru-

lenta

lenta diſſeminatione, antiquus ille ſerpens diabolus, circumiens ac quærens quem deuoret, hominem á uera & Catholica fide, & unius uiuentis Dei cultu abſtrahere conatus eſt. Cum enim Chriſti plebem uideret ueræ & incorruptæ religioni inhærere: ut contemptis inanibus ſuperſtitionibus, nulla inde ratione auelli poſſe uideretur: corruentibus paſſim Ethnicorum Deorum, immo dæmonum potius, delubris: nouam fraudem excogitauit, ut ſub Chriſtiani nominis titulo incautos homines falleret: Cum ueram Dei Latriam ex eorum mentibus eruere non poſſet, ſaltem introductis falſis dogmatibus, atq; impijs erroribus corrūperet. Quare in angelum lucis ſe transfigurans, indefeſſos malignitatis ſuæ miniſtros hæreticos ſubornauit, atq; in orbem diuiſit noctem pro die: interitum pro ſalute, deſperationē pro ſpe, perfidiam pro fide, Antichriſtum pro Chriſto aſſeuerantes: Vt inquit glorioſus Martyr Cyprianus.

Hæretici indefeſsi Diabolicæ malignitatis miniſtri.
Cyp. trac. 3. De ſimpli. prælatorum.

Quin ad eundem etiam modum, patrum ueteris quoq; Teſtamenti fidem deprauare machinatus eſt: Quatuor nimirum hæreſes in Hebræorum gente excitans: ut á Ioſepho memoratur. In nouo autem Teſtamento, dum Redemptor noſter adhuc in carne & inter mortales uerſaretur, quidam reperti ſunt, qui tametſi eius fidem amplexi, illius uerba (ita ſuggerente ipſo mendacij patre Diabolo) præpoſtere interpretarentur. Ipſo ſiquidem Chriſto carnem ſuam uere eſſe cibum memorante, ex diſcipulis eius permulti dixerunt: Durus eſt ſermo iſte, & quis poteſt eum audire? & hanc quidam primā hæreſim in nouo Teſtamento ortam eſſe contendunt.

Quatuor hereſes Hebræorum.
Lib. 18. c. 2. Iud. Antiq.
Prima hæreſis in nouo Teſtamento.
Ioan. 6.

Poſtea uero quàm legatione ſua in terris ritè defunctus, ad cœleſtem patrem aſcendiſſet Chriſtus, aliæ ſuper alias hæreſes, ac ſeptem præcipue illæ emerſere: quarū autores ab Euſebio Pamphili in Eccleſiaſtica hiſtoria referūtur. Quorum deinde ueſtigia complures quoq; alij ſubſequuti, innumerabiles propemodum, eaſdemq; execrabiles ſectas peperer ūt. Quas Irenæus, Tertullianus, Origenes, Hilarius, Baſilius, Chryſoſtomus, Epiphanius, Philaſtrius, Auguſtinus, & Hieronymus (Quibus omnibus uiuentibus cum hæreticis perpetuum certamen fuit) & inter recentiores, Luceburgus, Alphonſus: atq; alij nōnulli enumerant, eas omnes ſtrenue confutantes.

Multiplicatio hæreſum.
Euſ. li. 4. c. 2.
Scriptores de hæreticis.

Tertium præterea malum, hæreſi maxime affine & coniunctum, eſt Schiſma: Quo diabolus zizaniam in agro Domini, ac falſas doctrinas in Eccleſia Catholica diſſeminans, illius unitatem diſſoluit. Ex qua re, non modo diuini cultus obſeruatio uiolatur, & obedientia Eccleſiæ Prælatis ſubtrahitur: Verūetiam charitas erga Deū & proximū, á qua ſumma diuinæ legis pendet, é cordibus hominū euellitur. His itaq; tribus malis nihil profecto in Chriſtiana Rep. neq; deterius neq; exitioſius dici excogitariue poteſt. Quid enim horrendū magis, ſiue abominādum, q̄ honorem, quem Deo omnium

Malum ſchiſmatis.
Tria maxima mala in Republica Chriſtiana

a * iij rerum

rerum opifici (cuius beneficio & bonitate ſumus, uiuimus, mouemur, & aura hac omnes fruimur) debemus, in creaturas impie & ſuperſtitioſe

Hæreſis

conuertere? quod quidem fit per Idolatriam. Porrò, quid fraudulentius, & ab omni humanitate eſt alienius, q̃ Dominicum gregem lupis rapacibus, ouium pellibus indutis, obijci: & ab ijſdem eo abduci Chriſto deditos homines, ut erroneam & falſam fidem amplectentes, ſe ueram tenere: in tenebris obambulãtes, in apertiſſima ſe luce uerſari: Deniq; Chriſtianam legem auerſantes, Chriſtianos ſe, & Chriſti imitatores eſſe arbitrentur? Quod efficit hæreſis.

Schiſma

Præterea, quid pernicioſius aut peſtiferum magis eſſe poteſt, q̃ Catholicæ unitatis & Apoſtolicæ Cõmunionis uinculum, ac Chriſtiani Populi quietem & tranquillitatem, domeſtico diſſidio perturbari? Quod ex ſchiſmate, fraterni odij, & omnium diſſidiorũ perenni fonte, deſcendit.

Execrabilior hæreſis, q̃ Idolatria.

Verũ enimuero inter hæc tria mala, hæreſis ac ſchiſma, tanto Idolatria ſunt execrabiliora, quanto deterior eſt, qui ſub ſpecie mutuæ beneuolentiæ amicum prodit, quàm qui hoſtem aperto Marte aggreditur. Nam qui in Idolatriæ crimen incidunt, ab ijs falluntur, quos ſciunt Chriſtianum nomen ac dogma auerſari: At qui hæreſim aliquam ſectantur, ab ijs plærunq; decipiuntur, qui Chriſtianam religionem inira oſtentatione profitentur. Quo ſane Chriſtianæ pietatis, atq; confictæ charitatis ſimulato zelo, incautis animabus, ſub melle Catholicæ ueritatis, uenenum hæretici erroris & prauitatis ſubminiſtrant.

Nocentiſſima peſtis, quæ Principes inficit, & in fide peruertit.

Porro tum nocentiſſimam hanc peſtem eſſe, nemini dubium eſt, cum Principum quoq; animos inuaſerit, eorumq; tutelam, ac Patrocinium nacta fuerit. Quod Conſtantij, Valentis, Zenonis, Anaſtaſij, Philippici, Iuſtiniani Iunioris, Heraclij, & huius Nepotis Conſtantis: Leonis Iſauri, & illius filij Conſtantini, & quorundam aliorũ Principum exemplo facile comprobatur: quibus Romani Imperij gubernacula tenentibus, fides Catholica tantã iacturã paſſa eſt, ut deinde uix per magna etiam temporum interualla, Catholicorum Principum Conſilio, prudentia & labore, reſtaurari redintegrariq; potuerit.

Imperatores Rom. hæretici.

Reges hæretici.

Taceo iam alios Tyrannos, alias prouincias et Regna occupãtes: ut in Italia Theodericum Vitigem, Totilam: In Aphrica Geyſericũ Hunericũ, Thraſinundũ, Arriana hæreſi pollutos: In Hiſpania item aliquos Arriana labe infectos (ut Ricaredus Hiſpaniarũ Rex in tertio Toletano Concilio fatetur & conqueritur) Qui & ipſi cauſa fuerunt, quod ex his Regnis & prouincijs, Quædam in Iudaiſmum, Quædam in Paganiſmum reciderint, Quedam etiam fœdiſſima Mahumeticæ perfidiæ contagione corrupta, crudeliſſimo Turcarum Imperio ſubiugata fuerint. Idq; non alia certe ratione, quàm quod hij Principes uel hæretici fuerunt ipſi: uel hæreſibus fauorem, opem, & auxilium præſtiterunt. Nec id

Mahumetica perfidia.

ſanè

ſanè mirum. Nam ſi uerum eſt, quod dici ſolet.

Mobile mutatur ſemper cum Principe uulgus.

Id certe omnium maxime in religione locum habet. Nam ita fere uidemus, ut quam Princeps religionem colit, ſiue ueram ſiue falſam, plerunque ignobile etiam uulgus amplectatur: non tantum ut Principi per huiuſmodi æmulationem gratificetur, ſed etiam quòd Principem, & ſi errat, attamen errare non credat. Atque huius quidem mali horrenda immanitas, ſi ullo unquam tempore, ullaue in natione Chriſtiani orbis, acriter debacchata eſt: in noſtra certe Germania, noſtroque hoc æuo, omnium ærumnarum pleniſſimo, omnium crudeliſſime graſſatam eſſe, atque indies truculentius graſſari, uix equidem ſine lachrymis & acerbiſſimo animi dolore commemorare poſſum. Ac primum quidem ex ueterum hiſtorijs notum eſt, quanta bellicarum uirtutum gloria floruerint maiores noſtri: qui tot ſæpe gentes militari uirtute inſignes, locis infinitas atque omni copiarum genere abundantes, ultra Europæ fines perdomuerint. Quin ſuperato etiam Helleſponto in Aſiam, atque Aphrico pelago in Lybiam uictricia ſigna intulerunt. At nos quantum à maiorum noſtrorum bellicis uirtutibus hoc tempore degeneremus, argumento eſt, quod proximis annis uno oppidulo, eodemque ſemidiruto, et in ipſis propemodum prouinciæ noſtræ oculis conſtituto, quod exigua Turcarum manu defendebatur: totius ferè Germanici Imperij uiribus in unum contractis, hiſce proximis annis potiri nequiuimus. Sed cur ita? Nempe, quia maiores noſtri ueram Chriſti fidem & religionem colentes, nuſquam à ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ unitate deflexerūt: & ſi quæ inter eos hæreſes, & ſchiſmata forte emerſerunt, ea protinus tanquam peſtilentiſſimos morbos à corpore Eccleſiarum ſuarum depulerunt. Vnde & in præceptis Dei ambulantes, & ab omnibus erroribus alieni, & uerū Deo cultum tribuentes, de ipſius manu fortitudinem & potentiam acceperunt. Tum ea etiam aduerſus hoſtes ſuos uictoria, quā Deus promiſit his, qui cuſtodiunt mandata ſua, potiti ſunt: Scientes, quia non in fortitudine exercitus uictoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. Quamobrem nec gladius terminos eorum tranſiuit, ſed inimici in conſpectu eorum corruerunt. Quin & parua ſæpe manu maximos exercitus uel proſtrauerunt, uel in fugam conuerterunt, quia Deus cum ipſis fuit: Dei quippe eſt, & adiuuare, & in fugam cōuertere. At nos ueram Chriſti fidem abnegantes, & ab unitate Catholicæ Eccleſiæ recedentes: nec uocē Dei audimus, nec mādata eius cuſtodimus. Quin potius ad Idola hæreticorum & ſchiſmaticorum conuerſi, uerum Dei cultum abijcimus: doctrinam ſanam & Catholicam negligimus, & Dei & Eccleſiæ ſuæ mandata, & cæremonias irrita facimus: Omnia nefandiſſimis erroribus, calumnijs, & diſſidijs,

[Margin notes: Germaniæ mala per hæreſes. — Antiqua bellicæ uirtutis gloria — Peſtum, è regione Budæ, oppugnatum fruſtra, anno 1542. — 1. Paralip. 20 Victoria è cœlo pijs datur. — 1. Machab. 3 — 2. Paralip. 25. Conuerſio ad Idola hæreticorum.]

ac horrendis facinoribus complentes, & ſurſum ac deorſum agitantes.

Propter hereſim datur nobis pro fortitudine pauor.

Leuit. 26.

Quid igitur mirum? ſi Dominus omnem fortitudinē & potentiam: quam maioribus noſtris pro ſumma eorum in Deum pietate, ueræq; & Catholicæ fidei meritis, tribuit: eam á nobis propter neglectam Chriſti fidem, & religionem auferat, & pauorem tantum cordibus noſtris in Regionibus hoſtium incutiat, ut ſonitus etiam folij uolantis nos terreat, ut uel nemine perſequente fugiamus, & ante hoſtes noſtros miſere corruamus?

A Deo recedentes, in prædam hoſtibus dantur.

Iudith 5.

Vt plane appareat illud etiam hodie locum habere, quod olim Achior, Dux omnium filiorum Amon, Holoferni Principi militiæ Aſſyriorum, de Populo Iſrael dixit: Vt non ſit, qui inſultet Populo Dei, niſi quando recedit á cultu Domini Dei ſui. Quotieſcunq; aliē præter ipſum Deum ſuum alterū colit, in prædam, & in gladium, & in opprobrium detur. Quotieſcunq; autem ſe á cultura Dei ſui receſsiſſe pœnitet, uirtus eis reſiſtendi á Deo concedatur.

Comminationes Dei in deſertores religionis.

Deut. 28

Atq; utinam non his etiam multo atrociora in nos immittat Deus, quæ propemodum iam etiam fores noſtras pulſare uidentur: ea uidelicet, quæ lex Deuteronomij cōminatur his, qui falſam religionem amplectentes, mandata Dei præuaricantur: Cuiuſmodi ſunt, quæ lex his uerbis ſignificat. Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in ſimilitudinem aquilæ uolantis cum impetu, cuius linguam intelligere non poſsis: gentem procaciſsimam, quæ non deferat ſeni, nec miſereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas: ac non relinquat tibi triticum, uinum, & oleum: armenta boum, & greges ouiū, donec te diſperdat & conterat in cunctis urbibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi atq; ſublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Obſideberis intra portas tuas, in omni terra, quam dabit tibi Dominus Deus tuus, & comedes fructum uteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus: in anguſtia & uaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus &c.

Grauiſsima peccata per hæreſes introducta.

Quod certe non ſolum errores illi, in quos incidimus Hæretici, ſed alia etiam immaniſsima peccata, quæ pepererunt noſtri temporis hæreſes & ſchiſmata, exigere uidentur. Qualia ſunt, quod hoc tempore ſacroſanctū Miſſæ ſacrificium reſpuitur: libidinoſi inceſtus impune paſsim cōmittuntur: Sacerdotū uota turpiter franguntur, adeoq; é medio prorſus tolluntur: Matrimonij ſanctitas plurium uxorum deformi adulterio conſpurcatur: Diuinæ atq; humanæ legis ſanctiſsima inſtituta pedibus conculcantur: ſceleratiſsimi Apoſtatæ, & quibus omnium dignitatum portas diuina & humana iura claudunt, maximis iiſdemq; ſplendidiſsimis muneribus & honoribus funguntur:

Apoſtatæ in Magiſtratu & honore.

Priſcæ maiorum conſuetudines (quas Hieronymus ad Licinium ſcribens, pro legibus Apoſtolicis habendas eſſe cenſet) pro nihilo habentur:

habentur: nullus ciborum delectus, beſtiarum ſtupido more, obſeruatur: publicæ pacis maieſtas paßim negligitur: Iuriſiurandi religio ludibrio habetur: Omnis humana fides contra Ius gentium uiolatur: magnifica Templa & Monaſteria, in honorem Dei & ſanctorũ conſecrata, diruuntur atq; deuaſtantur: Tum Monachi ipſi & ſacerdotes, tam uitæ ſanctitate, quàm doctrinæ excellentia conſpicui, ex monaſterijs & Eccleſijs rabido furore eijciuntur: Virgines Monales ſacrilego auſu rapiuntur, ac ſacrilegi ipſi interim, ruptis omnium legum uinculis, non ſolum dignas pœnas non luunt, ſed etiam ſummis magiſtratibus funguntur, & in maximo precio habentur. Et (ut ſummatim dicam) pro pudore audacia, pro continentia libido, pro uirtute auaritia, pro æquitate Tyrannis, pro religione impietas uiget: multaq; alia his multo execrabiliora hac ætate noſtra perpetrantur. Quæ ſi cuncta ordine recenſere uelim, prolixa nimis & luctuoſa foret oratio. Atq; hij ſane ſunt eximij illi fructus, quos iſti nouæ Euangelicæ doctrinæ profeſſores gignunt, atq; ſub falſo Dominici uerbi prætextu, Chriſtianæ plebeculæ hactenus ingeſſerunt, immaniſſima certe peccata: quibus ut Deus omnium maxime offenditur, ita qui ea perpetrant, grauiſſimam illam (quam dixi) diuinam uindictam minime euitabunt. Has igitur peſtes, cum ego crudeliſſime his noſtris temporibus in Germania graſſari, ac ſimplicem Chriſti plebem ab in exorandis his furijs ſæuiſſime diſcerpi animaduerterem, adductus Chriſtianæ pietatis puro zelo, ac in proximum charitate, ſimul & in patriam amore permotus (qua nihil bonum uel ſanctius uel antiquius eſſe debere, Socrates apud Platonẽ cum Critone differens, arbitrabatur) ſtatui Chriſtianos omnes, & in primis Germanos noſtros (qui his malis omniũ maxime affliguntur) fideliter præmonere, ut ab hæreſi & ſchiſmate, & quæ ex his naſcuntur portentiſsimis monſtris, mature in poſterum præcaueant: ne impijs eorum fraudibus, atq; inuerecundis mendacijs circumuenti, in perpetuam perditionis uoraginem incaute præcipitentur. In primis autem publicos magiſtratus, ut & ipſi ſuum officium interponant, Quatenus his malis (quibus oportet remedijs) ſedatis atq; expulſis, plebs Chriſtiana ab his errorum nexibus liberata, libere tandem ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ redire poßit: Atq; ut iuſta ratione prouideãt, ne ſemel extincta hæc mala, uel renaſcãtur, uel quocunq; modo nata uel renata, latius propagentur. Cæterum id quo cõmodius fiat, omnia quæ ad hanc rem pertinere uidentur, ſiue ea á Sacroſanctis Cõcilijs, ſanctisq; patribus decreta, ſiue á Catholicis Principibus ſancita, ſiue á receptis ueterum hiſtorijs ad noſtrã memoriam tradicta ſunt, & ad meam etiam cognitionem peruenerunt,

Templorũ & Monaſteriorum deuaſtatio.

Sacrilegia.

Omnia in peius mutata.

Fructus noui Euangelij.

Autoris pia intentio.

Admonitio Magiſtratuum.

Amplißimũ huius Operis argumentũ.

peruenerunt, in hos Sex libros de Hæreticis & ſchiſmaticis contuli:

Materia ſex librorũ.

Totamq́ materiam hoc ordine digreſsi, ut in Primo de natura & qualitate horum criminum: tum etiam de moribus Hæreticorum dicatur. In Secundo, Quæ mala & incommoda ex hæreſi proueniant. In Tertio, Quibus modis hæretici ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ reducendi: aut ſi redire nolint, extra iudiciũ compeſcendi ſint. In Quarto, Quo ordine in iudicio contra hæreticos & ſchiſmaticos procedendum cognoſcendumq́ ſit. In Quinto, Quibus pœnis perſtringendi ſint hæretici. Et in Sexto, Quibus modis cauendum prouidendumq́ ſit, ne hæreſes & ſchiſmata extincta reuiuiſcant, aut renata latius diffundantur, breuiſsimis demonſtretur.

Qualis ſtylus huius operis.

Cæterum, quod ad rationem, modumq́ dicendi attinet, ſimplici quidem oratione uſus ſum: ipſa etiam patrum & Conciliorum, Conſtitutionum item Imperialium, & Hiſtoriarum, quibus hæc noſtra confirmamus, non ſolum ſententias, ſed etiam uerba inſerens: Tum, quod ſimplex eſſe debet ueritatis oratio: Tum, quod magna uis & fides

Pura ſententiarũ allegatio.

eorum, quæ à nobis afferuntur, maxime autem ſacrarum ſanctionum, in uerbis conſiſtit: quæ ne à nobis læderetur, ſententias authorum quibus utimur, non mutatis etiam uerbis recenſere uiſum eſt, ut ſcilicet hoc modo integrum lectori de his rebus iudicium conſtet.

Librorum dedicatio.

Hos autem libros omnium maxime R. D. T. dedicare ſtatui, Quod inter Germaniæ Præſules unus ſis, qui in hoc ſemper incubueris, atq́ etiamnum tua ſtudia in hoc omnia conferas, ut uniuerſa Germania te omnium maxime promouente, ab his malis liberetur, & quæ multos iam annos in uarias diſciſſa ſectas, miſere dilacerata fuit, in priſtinam libertatem aſſeratur, & ad unitatẽ Catholicæ Eccleſiæ redigatur. Deinde, ut hij libri ſub Clypeo nominis tui, & tutius in publicũ prodire, & facilius hæreticorũ et ſchiſmaticorum rabidos illos morſus & ictus, uel declinare uel ſuſtinere poſsint.

Modeſtia in offerendo hos libros.

Accipe igitur Clementiſsime Princeps, hæc qualiacunq́: quæ de hæreticis & ſchiſmaticis, quantum mihi per alia negocia (quibus in illa mea publica functione diſtringor) licuit: utcunq́ ex ueterum Pontificum, & Principum legibus, tum ſanctorum patrum, & Conciliorum decretis, ac uarijs ad eam rem pertinentibus hiſtorijs congeſsi. Quæ R.D.T. humiliter offero, non quod te earum rerum, quarum ipſe ſcientiſsimus es, admoneam (quonodo enim ſus Mineruam?) neq́ cenſorem his ipſis te adhibeam: & ſi enim Cenſuram in primis deſiderent, ac fortaſſe uix etiam iuſtam ſuſtinebunt: tamen non ſum tam inpudens, ut Celſitudinem tuam, alioqui grauiſsimis occupatam negocijs, labore tam leui & illiberali grauare præſumam. Quanq́ dubium non eſt, plurimũ tum gratiæ, tum authoritatis his acceſſurum, ſi tuo quoq́ iudicio probabuntur.

Hos

Hos igitur labores meos ideo R.D.T. offero, ut intelligat, me meminiſſe, me quoq; non ſolum mihi, ſed etiam patriæ natū: tum ea fide ſanctæ matri Eccleſiæ obſtrictum eſſe, ut quando illius aduerſarios, hæreticos, & ſchiſmaticos, non datur re ipſa ſupprimere (quod quidē notum omnibus Catholicis commune eſſe debet) id ſaltem agam, ut intelligatur, his malis nulla re commodius occurri poſſe, quàm ſi ueterū ueſtigijs inhærentes, tum eorum prudentiam ſequentes, ijſdem omnino remedijs, quibus ipſi uſi ſunt, tam peſtilentes morbos à corpore Eccleſiæ depellamus: et ne depulſi redeant, et reuiuiſcant, caueamus. Quem conatū meū R.D.T. uel eo nomine probatum, aut minus ſaltem repræhenſum iri confido, quod eo me ſemper ingenio eſſe cognouit: Vt quantum mea poſtulat profeſſio, ad huiuſmodi mala minime conniuere poßim. Sed nec fraudi mihi futurum ſpero, ſi quæ de his rebus hactenus in publicis Concilijs ſtatuta et decreta ſunt, de ijs meam quoq; ſententiam liberius pronunciem, aut ueterum potius præiudicia proferā. Siquidem & argumenti ratio, & grauitas negocij ita ſuadet, ut ueritas non in ſuperficie quæratur, ſed ex profundo etiam eruatur. Quod conſilium meum, ſi Celſitudini tuæ probabitur, nihili prorſus facio, ſi me meumq; hunc laborem uel mille Chiliades hæreticorum & ſchiſmaticorum damnabunt, & calumnijs ſurſum ac deorſum (ut hactenus fecerunt) agitabunt. Qui, ut relictis erroribus ad meliorem mentem redeant, opto, & fuſis ad Deum indefeßis precibus ſemper oro, ut de his tanquàm conuerſis fratribus aliquando gaudere poßimus, & dicere: Mortuus erat frater, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Sin ita obſtinati erunt, ut contemptis his fraternis admonitionibus noſtris perſeuerare in erroribus conceptis malint, quàm ad unitatem Eccleſiæ redire, iudicio eos ſuo & prauæ uoluntati relinquo: qui procul dubio olim etiam mercedem accipient, quam Deus exigentibus eorum meritis illis decreuit. Vnum tantum iam ſuper eſt, quod R.D.T. etiam atq; etiam oro, ut hos meos qualeſcunq; labores, aduerſus eorum calumnias quantum (ſalua publica pace) fieri poteſt, clementer tueatur, cui me unice cōmendo: quam & Deus Opt. Max. Reipub. Chriſtianæ, miſere ab hæreticis afflictæ (cui pro tua in Deum, & Catholicam religionem ſumma pietate inter multos unus opem ferre potes) diu incolumem conſeruet.

Cauſa ſcribendi hos libros.

Optimum contra hæreſes remedium.

Excuſatio Autoris de ſua ſentētia.

Pia mens Autoris erga hæreticos.

Luce 15.

Concluſio Epiſtolæ.

ELENCHVS

ELENCHVS CAPITVLORVM D. CONRADI BRVNI, DE HAERETICIS ET SCHISMATICIS in genere, per Libros Sex.

Capita Libri Primi: Qui eſt de hæreticorum moribus, cauſiſq; & uarijs nominibus.

1 Hæreſis quid ſit, & quale crimen.
2 Qui ſint hæretici dicendi.
3 Quale crimen ſit hæreſis.
4 De hæreticorum, & qui cum ipſis & eorum erroribus participant, differentia.
5 De origine & cauſis intrinſecis hæreſum.
6 De cauſis extrinſecis hæreſum.
7 De uita & moribus hæreticorum.
8 De moribus hæreticorum, ad doctrinam ſpectantibus.
9 De fraudulentia hæreticorum.
10 Quibus modis hæretici agnoſcantur.
11 De multitudine & paucitate hæreticorum, deq; hæreſum ſucceſsibus, & exitu.
12 De uarijs typis & figuris, & uaticinijs: quibus hæreſes in ueteri & nouo Teſtamento deſignatæ atq; prænunciatæ ſunt.
13 De uarijs hæreticorum nominibus in ueteri Teſtamento.
14 Hæreticos malos montes, in ſcripturis ſanctis appellari.
15 De uarijs hæreticorum nominibus in nouo Teſtamento.
16 Schiſma quid ſit, & quale crimen.

De hæreticis & ſchiſmaticis Liber Secundus: Qui eſt de malis & impietatibus, ſacrilegijsq; atq; crudelitatibus, quæ ex hæreſi prouenjunt.

1 De malis & incōmodis, quæ ex hæreſi & ſchiſmate proueniūt.
2 De impietate hæreticorū & ſchiſmaticorū, & eorum in Deum, & ſanctos eius blaſphemijs.
3 De ſacrilegijs hæreticorum.
4 De ſacrilegijs, quę ab hæreticis & ſchiſmaticis, in miniſtros Eccleſiæ, & miniſteria diuini cultus, perpetrantur.
5 De ſacrilegijs, quæ ab hæreticis, & ſchiſmaticis, in abolendis pijs fundationibus, & rapiendis prouentibus Eccleſiaſticis, committuntur.
6 De calumnijs hæreticorum, & ſchiſmaticorum.
7 De crudelitatibus hæreticorum, quas ſub prætextu iuſtitiæ, in iudicio, & extra iudicium: per uim, incendijs, rapinis, carceribus, uinculis, mutilationibus membrorum, alijsq; uarijs generibus tormentorum & ſuppliciorum, in Catholicos exercent.

8 De crude-

8 De crudelitatibus hæreticorum, quas in relegandis in exilium Epiſcopis, ſacerdotibus, Clericis, alijsq́ue Catholicis exercent.
9 Hæreticos & ſchiſmaticos, nulla neq; ætatis, neq; ſexus, neque dignitatis habita ratione, in Catholicos ſæuire.
10 De crudelitatibus, quas hæretici non ſolum in Catholicos, ſed etiam in eorum coniunctos & fautores exercent.
11 De iniurijs, quas hæretici & ſchiſmatici, tam legibus, quam legum latoribus inferunt.
12 De iniurijs & calumnijs, quibus hæretici & ſchiſmatici, iudicia, & iudices, omnesq́ue adeò iuſtitiæ & honeſtatis amatores, perſequuntur.
13 De calumnia & ſæuitia hæreticorũ, quas exercent in mortuos.
14 Quorum ope & auxilio, hæretici & ſchiſmatici, ad perſequendam Eccleſiam, & Catholicos utuntur.
15 Ex hæreſibus naſci ſchiſmata & ſeditiones.
16 Propter hæreſes & ſchiſmata, respublicas, & earum ſtatum & formam, in peius commutari.
17 De utilitate hæreſum.

De hæreticis, & ſchiſmaticis, Liber Tertius, Qui eſt de remedijs, quibus hæreſes, & ſchiſmata, extra iudicium ſedantur, & extinguuntur.

1 De diuino auxilio aduerſus hęreſes & ſchiſmata implorando.
2 De hęreticis ad pœnitentiam, & errorum abiurationem inducendis, & ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ reuocandis.
3 An hæretici & ab eis decepti, inuiti ad confeſsionem ueræ & Catholicæ fidei cogi poſsint?
4 In cauſa hæreſis, quæ ſint partes Ro. Pontificis, ante indictionem Concilij.
5 De officio Epiſcoporum in cauſa hæreſis, ante indictum Concilium.
6 De ſatisfactione eorum, qui ad communionem Eccleſiæ recipiendi ſunt: & quomodo hæreſes, & earundem authores, damnare, & abiurare debeant.
7 Hæretici redeuntes, an ad priſtinas dignitates recipi, & in receptis ordinibus retineri, uel ad ſacros ordines promoueri poſsint?
8 De admonendo Imperatore, alijsq́ue Regibus & Principibus, à Rom. Pontifice, & alijs Epiſcopis, ut & ipſi ad extinguendas ſuborientes hæreſes, officium authoritatemq́ue ſuam interponant.
9 Quæ ſint partes Imperatoris, Regũ & aliorũ Principum, contra hæreticos & ſchiſmaticos, ante indictionem Concilij.

10 An Principes unicuiq;, ut quicquid uelit credat, liberum permittere poſsint?

11 An Epiſcopi Catholici, aliiq; fideles, in controuerſiis Catholicæ fidei, tempori (ut dicitur) inſeruire, & de fide aliquid remittere poſsint?

12 De diſputationibus & colloquiis, in cauſa fidei & Religionis, an Catholicis permiſſa, cum hæreticis, à quibus inſtituantur: Quarum perſonarum ſint, & qualium, & quot numero: Quis locus colloquiis idoneus, quę forma & proceſſus colloquiorum, An ad hæreſes & ſchiſmata tollenda utilia ſint.

13 Colloquia, quibus hæreticis cognitio, & interpretatio ſcripturarum permittitur, impia eſſe, & à Catholicis uitanda.

14 Colloquia, quæ in id fiunt, ut controuerſiæ de fide, inter Catholicos & hæreticos, in præiudicium Catholicæ fidei, pactis & tranſactionibus componantur, impia eſſe, & Catholicis omnibus modis declinanda.

15 An rata ſint pacta, conuentiones, & leges, quibus hæreticis & ſchiſmaticis pax & ſecuritas, ea conditione permittitur, ut qui eos offenderint, pœna fractæ pacis teneantur.

16 An rata ſint pacta, cōuentiones, & leges, quibus hæreticis permittitur, ut Eccleſias habeant, & reforment, earundemq; bona poſsideant, & adminiſtrent.

17 An rata ſint pacta, conuentiones, & leges, quibus lites Eccleſiarum aduerſus hęreticos & ſchiſmaticos, in iudicio uel motæ, uel mouendæ, uel in totum tolluntur, uel ad tempus, uel in perpetuum ſuſpenduntur.

18 An rata ſint pacta, leges, & reſcripta, quibus hæreticis & ſchiſmaticis permittitur, ut iuriſdictionem aliquam, uel adminiſtrationem, uel ſoli uel una cum Catholicis exerceant, aliiſue publicis muneribus fungantur.

19 An hæreſes & ſchiſmata indictis bellis, & armata manu, ſedari & extirpari poſsint?

De hæreticis, & ſchiſmaticis, Liber Quartus: Qui eſt de iudiciis, in cauſis hæreſis & ſchiſmatis.

1 De iudicibus, & Inquiſitoribus, in cauſa hæreſis, & quales eſſe debent.

2 De iuriſdictione, authoritate & officio Inquiſitorum hæreticæ prauitatis.

3 De officialibus Inquiſitorum hæreticæ prauitatis.

4 Ad officium Inquiſitorum pertinere, ut primum omnium doctrinam hæretici examinent.

5 Quomodo in cauſa hæreſis, in iudicio procedendum ſit.

6 De

6 De citatione in cauſa hæreſis.
7 De petitione in cauſa hæreſis.
8 De exceptionibus, & defenſionibus rei, in cauſa hæreſis.
9 De probationibus in cauſa hæreſis.
10 De ſententijs in cauſa hæreſis.
11 Quomodo contra hæreticos, contumaces, & de hæreſi ſuſpectos, procedendum ſit.
12 An noua ſententia condemnandi ſint, qui in hæreſim non nouam, ſed prius legitimè damnatam inciderint?
13 De degradatione Clericorum, qui in cauſa hæreſis condemnati ſunt, & quomodo Curiæ ſæculari tradantur.
14 De authoritate & officio Principum, & poteſtatū ſæcularium, in puniendis hæreticis.
15 An Iudex ſæcularis in cauſa hæreſis, de proceſſu, & uiribus ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici cognoſcere poſsit?
16 An in cauſa hæreſis à Iudicum ſententia liceat appellare?

De hæreticis, & ſchiſmaticis, Liber Quintus: Qui eſt de pœnis hæreticorum & ſchiſmaticorum.

1 De pœnis hæreticorum.
2 De uindicta diuina in hæreticos.
3 De pœnis Canonicis hæreticorum.
4 Omnes Eccleſias, & Eccleſiaſticos actus, hæreticis & ſchiſmaticis eſſe interdictos.
5 An bona hæreticorum iuſtè à Catholicis uendicari, & poſsideri poſsint?
6 De publicatione bonorum hæreticorum.
7 Hæreticos omnibus priuilegijs, honoribus, & beneficijs iuris deſtitutos, & eorundem eſſe incapaces.
8 De infamia hæreticorum.
9 Hæreticos ab omnibus publicis officijs, eſſe repellendos.
10 Hæreticos ab agendo & accuſando, item à teſtificando repellendos: ad reſpondendum aūt in iudicio, compellendos eſſe.
11 Hæreticos inteſtabiles eſſe, & ab omni ſucceſsione & liberalitate repellendos, nec aliquam contrahendi facultatem habere.
12 De pœna perpetui carceris, & exilio hæreticorum.
13 An de hæreſi condemnati, ultimo ſupplicio affici poſsint?
14 De diffidatione, & Banno hæreticorum.
15 De pœna ſuſpectorum, de hæreſi ſe non purgantium, relapſorum: item credentium, fautorū, & defenſorum hæreticorum.
16 De pœna ciuitatum, & communitatum, in quibus hæreſes fouentur.

17 De hæreticis etiam poſt mortem excommunicandis,& eorum memoria condemnanda.
18 De pœna ſchiſmaticorum.
19 De quibuſdam circumſtãtijs, crimen hæreſis & ſchiſmatis aggrauantibus,& earum pœnam augentibus.
20 De criminibus,hæreſi & ſchiſmati adiunctis, & pœnis eorum.

De hæreticis & ſchiſmaticis, Liber Sextus: Qui eſt de cautionibus, quibus prouidetur, ne hæreſes & ſchiſmata, uel noua oriantur, & ſubnaſcentia inualeſcant, uel ſemel extincta renaſcantur.

1 De purgandis Diœceſibus & prouincijs,per Epiſcopos & Poteſtates ſæculares, ab impietate hæreticorum & ſchiſmaticorum.
2 De uitanda communione hæreticorum.
3 De interdictis collegijs,& conuenticulis hæreticorum.
4 De officio & miniſterio docendi,& prædicandi rectè in Eccleſia,ordinando, atq; dignis committendo, omnium autem maximè hæreticis interdicendo.
5 De ſcholis Catholicorum reſtaurandis, & hæreticorum deſtruendis.
6 De libris hæreticorum comburendis,& eorundem lectione & uſu Catholicis interdicendo,deq; reſtaurãdis libris Authenticis,hæreticorum fraudibus deprauatis & corruptis.
7 Quibus modis cauendum,prouidendumq; ſit,ne falſi & adulterini libri,ſemel damnati, atq; combuſti,iterum renaſcantur,atq; in lucem ædantur.
8 Non eſſe permittendum,ut uel Clerici,uel Laici,de his quæ ad Religionẽ pertinent,propria authoritate publicè diſputent.

Finis Capitulorum, In ſex libris de hæreticis.

AD LECTO-

AD LECTOREM IOANNES COCHLÆVS.

Precioſus Theſaurus, Opera D. Bruni.

QVod hi Sex de hereticis in genere libri, Pie Lector, Clariſs. & Doctiſs. uiri D. Conradi Bruni, chariores mihi ſunt cæteris eius plærisq; operibus (quanquàm nullum eius opus nõ ualde precioſum mihi & magni Theſauri loco exiſtit) haud una eſt cauſa. Præ ſe ferunt quidem omnes eius libri ſingulare (ut mihi uidetur) iuſtæ laudis præconium, ob magnam eruditionis & multijugæ lectionis in omni diſciplinarum genere copiam, ingenijq; dexteritatem, & piæ atq; Catholicæ doctrinæ Methodicã rationem, ordinatiſsimiq; diſcurſus, & diligenter præconceptæ ratiocinationis diſpoſitionem. Iſti autem Sex libri, cum ſint hoc tempore (quod uarijs perturbatur hæreſibus) maxime deſiderabiles utilesq;, & opportuni atq; etiam neceſſarij, non ſolum priuatis hominibus, qui erudiri deſiderant, uerumetiam Principibus & Magiſtratibus, qui Rempub. adminiſtrare debent, ac ſagaciter prouidere, ne quid detrimenti patiatur, quia non fruſtra (ut ait Apoſtolus) gladium portant. Nulla autem aduerſitas caſuum in rebus humanis, plus detrimenti bene ordinatæ ac pacatæ Reſpub. inferre poteſt quàm Hæreſis: per quam ſtudia in cõtraria (ut ait Poeta) uulgus ſcinditur.

Rom. 13.
Maximũ Reip. detrimentũ eſt hereſis.
Virg.

Vnde ſuboriuntur ſeditiones, inimicitiæ, rebelliones, iniuriæ, tumultus, atq; etiam bella tum externa, tum inteſtina & ciuilia: Et non ſolum pacis & unitatis in Ecclesia, ſed etiam morum & diſciplinæ totiusq; obedientiæ (ſine qua nullum conſiſtere poteſt iuſtum Regimen) diſſolutio, iuriſq; contemptus, & totius deniq; Reipub. mutatio, & in deterius prolapſæ confuſio. Merito igitur hos de hæreticis libros D. Bruni præ alijs plus diligo: non ſolum propter tot ſalutaria aduerſus hæreſes remedia, quæ in ijs recitantur cõmodiſſimo per uaria præcepta & exempla ordine, & opportuna applicatione: uerumetiam propter alias cauſas, quę priuatim ad me ſpectãt. Iſti enim Sex libri principium dederunt arctiſsimę, inter D. Brunum & paruitatem meam, coniunctionis notitiæq; & familiaritatis: Cum ab eo exhiberentur mihi, primũ in Malerſtorf Monaſterio, Deinde fidei meę traderentur ab eodem Ratiſponę, Anno Domini M.D.XLVI.

Cur hi ſex libri præ cæteris magis amentur à Coc.

Quos ego poſtea per plurima belli & tumultuũ diſcrimina ſolicite tranſuexi & aſportaui: nempe è Ratiſpona per cohortes & uexilla militum Cæſarianorum (quos obuios habui) ad Eyſter: ab Eyſtet ad Ingolſtat, ad perlegendum mihi traditos. Vbi uero inualuit non uanus rumor de obſidendo à Smalcaldianis copijs Ingolſtadio, autor ipſe per proprium nuncium eos libros, nondum plene perlectos, à me repetijt: licet uiæ non ſatis pacatæ eſſent, per quas à nuncio ad illum reportabantur. Poſt hoſtium uero diſceſſum, iterum remiſsi ſunt ad me, ut ſecurius eos perlegerem in Eyſtet. Vbi ſane eos tanta cum diligentia & complacentia perlegi, & perlectos denuo ad authorem tranſmiſi, ut uideri potuerit pium inter nos de cura & amore huiuſmodi librorum certamen, uter noſtrum eos diligeret ardentius: Quorum autor, inſtar matris partum proprium diligentis. Ego ut Nutricius pueri delicati, affectu minime ficto amabamus opus iſtud. Ego certe hactenus nullis alijs D. Bruni libris, plus curæ ſtudijq; & ſolicitudinis quàm iſtis impendi, ut uere dicere potuerim cum Ouidio.

Res eſt ſoliciti plena timoris amor.

Arbitror enim nullum ab hoc autore opus aut elucubratum eſſe diligentius, aut ex arte facultatis iuridicæ (quæ proprie ac principaliter ipſius profeſsio, tot iam annis tum in Aulis & conſilijs multorum Principum & Epi-

ſcoporum, tum in Cameræ Imperialis iudicio, uelut in ſupremo iuſtitiæ Tribunali, perſpecta, probata, & ab omnibus Catholicis laudata eſt) copioſius, ſubtilius, neruoſius ingenioſiusq́; deductum ac pertractatum: aut his temporibus magis accommodatum ac neceſſarium exiſtere. Id quod per omnes quidem hos Sex libros ſatis perſpectum fore ſpero, maxime uero in ijſce Capitulis: quæ in Tertio libro de Remedijs contra hæreſes ingenioſiſsime ex irrefragabilibus & inuictis utriusq; iuris fundamentis pertractata ſunt: & ea quidem dexteritate, ut hoc æuo neminem cognoſcam (quod citra contemptum & iniuriam quorumlibet Theologorū atq; Iuriſconſultorum dictum eſſe uolo) qui hanc de hæreſibus materiam aut meliore ordine, aut faciliore ſtylo tractauerit, atq; etiam dubitem (abſit detractio, iactantia item & adulatio) an ſint hodie aliqui, qui pari fœlicitate ingenij atq; laboris hoc de hæreſibus argumentum ſic ex omni probatiſsimorum autorum lucubratione in omni diſciplinarum genere, tractare poſsint. Quare non immerito hos Sex libros ita ſolicite ſeruaui & cuſtodiui apud me, ut propter uſarum pericula nullis ad Typographum hunc noſtrum, affinem meum, curſoribus tradere auſus fuerim. Quantis uero laboribus impenſisq́; ad æditionem eos hic promouerim, & inter excudendum apud Typographum ſecundi correctoris officium uicesq́; per ſingula folia egerim, atq; excuſos tandem Indice & Elencho Capitulorum, atq; etiam erratorum correctorio adauxerim: nemo uerius aut certius exiſtimare & expendere poterit, niſi is, qui aliquando in huiuſmodi curis & laboribus periculum fecerit. Vnde merito plus amo libros iſtos, eosq́; accuratius tuæ charitati commendo, pie lector. Beneuale, ac fruere ad publicam Eccleſiæ pacem & utilitatem hoc & autoris ipſius & meo ſtudio atq; labore fœliciter.

IN SEX

IN SEX LIBROS D. BRVNI DE HÆ-
reticis Index, per Io. Cochlæum adiectus, cum Tribus literis in ſingulas paginas, ut A primam, B mediam, C ultimam partem indicet: Atq; hoc modo lector breuiter ac facile inueniat, quicquid Index demonſtrat quærendum: Totiusq; operis ſummariam rerum cognitionem cito uelut per tranſennam conſpicere ac habere queat.

A

ABiuratio hæreſeos cur inſtituta eſt 159.A
Abiurationis forma in ſchiſmate 160.B
Abyſſus multa hæretici dicuntur 74.B
Abſolutio ab hæreſi quomodo fieri debet 161.A
Accuſationis formula contra hæreticos 241.B
Accuſator ad pœnā Talionis obligatur 242.A
Accuſare Catholicos non poſſunt hæretici aut Iudei 282.A
Actum bonum à malo diſcernit intentio 46.B
Admonitiones Pontificum ad Imperatores in cauſa fidei 166.B
Adulterinæ diſciplinæ in ſcholis uitandæ 343.B
Aetas iuuenum fragile habet conſilium 309.B
Affectus pius in corrigendis malis 222.A
Alexandri Epiſcopi duæ Epiſtolæ cōtra exortam Arrij hæreſim 152.C
Alienationes rerum Eccleſiaſticarū ab hæreticis factæ 96
Ambroſij conſtantia contra Imp. Arrianū 123.B
Ambroſij libera reprehenſio contra Imp. Valentinianum II. & Theodoſium I. 168.C
Ambroſius ad Gratianum, qualia monſtra ſint hæretici 324.B
Anaſtaſij PP. ad Anaſtaſiū Imp. admõitio 165.C
Anathema & Excommunicatio quomodo differunt 265.C
Animoſitas hæreticorum pertinaciter contradicentium 36.B
Animales & ſpirituales homines in utroq; Teſtamento 59.C
Antidota contra uenena 132.B
Antidota contra hæreſes ex ſcripturis Ibid.
Apoſtolica ſedes in cauſis fidei ab omnibus conſulenda eſt 155.A
Apoſtolica ſedes à fide nunq̃ aberrauit 233.B
Appellare à ſententia definitiua non licet hæreticis 259.C
Appellare ab interlocutorijs in proceſſu, bene licet 260.B
Arcus ſacra ſcriptura dicitur 65.C
Archiepiſcopi duo propter iniquum fauorem depoſiti 14.C
Archiuum & ſcrinia Ro. Eccleſiæ 353.B
Arma contra hæreticos ſumi poſſunt 221.A
Arriana hereſis per Principes dilatata 26.B
Arrianorum ſecta in Tres partes diuiſa 37.C
Arrianorum in filium Dei blaſphemia 87.C
Arrij interitus mendacijs defenſus 102.B
Arrij doloſa cõfeßio fidei ad Imp. ſcripta 157.C
Arrij libri lege Conſtantini cōbuſti ſunt 345.B
Ars Diaboli in fallendis hæreticis 4.A
Artes liberales Tres aliarū miniſtræ ſunt 339.B
Artes illiberales quæ ſunt Ibid.
Arſatij crudelitas Pſeudoepiſcopi in populū 112.C
Articuli fidei mutari non poſſunt 209.B.
Aſtutia hæreticorum in conciliandis ſibi Aulicis 122.B
Aſſeſſores Inquiſitorum ſunt Theologi & Iuriſperiti 231.A
Athanaſius uarijs calumnijs impetitus 98.B
Athanaſius apud Cæſ. calumnioſe delatus 100.A
Athanaſij latibula in ciſterna & in ſepulchris 106.B
Auditores uerbi Dei quales eſſe oportet 335.A
Aug. mutauit de hæreticis ſuā ſentētiam 141.C. 223.A
Auguſt. ſimilitudo de ijs, qui in ruitura ſunt domo 144.B
Aug. mitior ſententia de reſipiſcentibus Clericis 164.A
Aug. ſententia de Colloquiorum utilitate 195.C
Aug ſententia de bonis tēporalibus hæret. 273.C
Aug. ſententia de puniendis hæreticis 289.A
Aurum & argentum ab Ægyptijs accipere, quid eſt? 21.A
Authentici libri ab hæreticis corrupti, uitandi ſunt 350.C
Authores in ſcholis qui & quales prælegendi ſunt 343.C

B

BAnnum quid eſt, & quo tempore inuentum 293.C 295.A
Bannitus hæreticus quibus pœnis ſubiacet
Baſilij magni perſecutiones à Valēte imp. 107.B
Baſilij conſtantia in fide contra perſuaſiones 178.A. 179.B
Bella an ſint Chriſtianis contra hæreticos licita 219.B
Bello poſſunt infidelibus eripi regna 273.B
Beliſarij impiū factū contra Syluerium PP. 125.C
Berengarij abiurationis forma 159.C
Bibliothecæ in Eccleſijs Cathedralibus habendæ 352.C

Bibliotheca Eccleſiæ Rom. omnium excellentiſſima 353.A
Blaſphemiæ hæreticorum diuerſæ 86.B
Blaſphemiæ in Dei genitricem 88.C
Blaſphemiæ in ſanctos Ibid.
Blaſphemiæ in reliquias ſanctorum 89.C
Blaſphemia uarijs modis committitur 311.B
Boni & mali idem agunt & patiuntur diuerſas ob cauſas 45.B
Bona immobilia Eccleſiarum ne alienentur 95.B
Bona, quæ poßident hæretici, auferri ab eis poſſunt 273.C
Bonorum temporalium diuerſitas 275.B

C

Calumniæ hæreticorum contra Canones patrum 50.A
Calũnia crudelitatẽ habet adiunctã 97.A
Calumniæ Donatiſtarum in Cæcilianum 99.C
Calumniæ in uulgus ſparſæ ſine ſcriptis 101.C
Calumnia contra certos Principes a Luthero conficta 102.B
Carcer, ut cuſtodiæ, non pœnæ cauſa habeatur 228.A
Carcer perpetuum hæreticorum qualis eſſe debet 287.A
Carnales & ſpirituales in Eccleſia ſunt 60.A
Catholici poſſunt contra hereticos auxilium ab Imp. petere 219.B
Catholicorum libros legimus, etiam ſi in aliquo errarunt 349.B
Caupones uino aquã miſcẽtes hæretici ſunt 69.C
Cauſæ hæreſum intrinſecæ & Extrinſecæ 16.C
Cauſa hæreſum peccata ſunt. Ideo agenda pœnitentia 136.B
Cauſæ quædam ſunt Ciuiles, quædam Criminales 237.B
Cauſa hæreſis omnium grauißima eſt 244.C
Cautio prima contra hæreſes eſt uiſitatio Epiſcoporum 318.C
Cautelæ circa libros malos & deprauatos 351.C
Cenſura hæreticorũ de Eccleſiæ Doctorib. 49.B
Cerdon Duos poſuit Deos, bonum & malũ 16.B
Cham typus hæreticorum fuit 59.A
Chriſtus cur prohibuit diſcipulis uindicare igne de cœlo 291.A
Chryſagius Eunuchus Entichianus, contra Catholicos 124.B
Ciniphes & Coraces hæreticos deſignant 63.A
Circumſtantiæ quæ crimen hæreſis aut ſchiſmatis augent 309 B
Citatio Duplex, Verbalis & Realis 239.A
Citationis forma qua utitur Sinodus ſacra. Ibid.C
Ciuitas quæ hæreticum fouet, quomodo punitur 256.C.297.C.319.C
Ciuitas hæretica quomodo peccat committendo et omittendo Ibid.
Ciuitas hæretica Banno Imperiali, et aratro ſupponi poteſt 298.C
Clerici ab hæreſi reuertẽtes, quomodo recipiendi ſunt 163.C
Collegia, quædã licita, quædã illicita ſunt 328.A
Concilijs hæreticorum intereſſe non licet 326.A
Coacti ab hæreticis, non ſunt proprie hæret. 12.C
Coacta fidei confeßio non eſt uera fides Ibid.
Colloquia cum hæreticis quõ ſunt licita 180.B
Colloquijs quales debent adhiberi perſonæ 181.B
Colloquiorum diuerſa forma 182.B
Colloquium cum Donatiſtis Carthagine habitum 185.B
Colloquia cum hæreticis quando ſunt inutilia & noxia 187.A
Columba animal ſimplex, non ſæuum, ſed ſociale 321.B
Cõmunicare cũ hæreticis nõ licet 191.B.217.B
Communitas quomodo intellectum & uoluntatem habet 300.A
Communio hæreticorũ in quibus conſiſtit 322.C
Compellendi ſunt hæretici, exemplo Chriſti & Pauli 142.A
Concilia contra hæreticos implorant auxilium Brachij ſæcularis 169.B
Concluſiones ſeptem de hæreticis, á Repub. pellendis 215.C
Concluſiones Octo de bellis contra hæret. 219.B
Concußionis crimen quantam incurrit pœnam 226.C
Condeſcendere infirmis in cauſa fidei quomodo licet 178.B
Condeſcendere hæreticis quomodo licet 179.A
Confeßio Auguſtana Lutheranorum 36.C
Confuſio duplex, una peccatum, altera gratiam parit 17.C
Confuſio errorum & hæreſum ex libertate credendi 176.B
Conſiliarij Principũ quales eſſe debent 214.A
Cõſtantia Epiſcoporũ in ijs quæ ſunt fidei 179.B
Conſtantia Meletij Antiocheni Epiſcopi de Trinitate Ibid.C
Conſtantini magni religioſi ſumptus in templa 90.B
Contumaces hæretici qui dicuntur 249.A
Contumax quomodo abſens conuincitur & damnatur ibid.B
Cõtumeliæ hæreticorũ in ſacras uirgines 109.C
Conuitia in Catholicos 51.C
Conuẽticula hæreticorũ prohibita legib. 269.B
Conuenerunt aliquando Catholici cum hæret. in perſecutione 326.C
Conuentus illiciti ſub religionis prætextu 328.C
Crimen hæreſis quomodo emendatur 1.C
Crimen læſæ Maieſtatis committunt hæretici 8.A
Crudelitates Vandalorum in Epiſcopos 91.B

Crudelitas

Crudelitas utitur curioſitate & detractiõe 97.B
Crudelitas per uim in Catholicos exercita 103.C
Crudelitates Circumcellionũ in Africa 104.B
Crudelitas Hunerici Regis in captiuos Catholicos 104.C
Crudelitas in Catholicos per importabilia onera 110.B
Crudelitas in fautores Io. Chryſoſt. 112.A
Crudelitates Arrianorum 113.B
Crudelitates hæreticorum in mortuos 118.C
Cymbalum quale dicuntur hæretici 70 A
Cypriani dura opinio in reuerſos ab hæreſi 163

D

DÆmonũ inuocatores an hæretici ſint 7.C
Dagilæ mulieris conſtantia in duriſſimo exilio 110.A
Damnatio hæreticorum debet alijs Epiſcopis notificari 151.B
Dãnationis forma contra doctrinã hæret. 248.A
Declaratoria ſententia in eum, qui prius damnatam aſſerit hæreſim 252.C
Defenſores hæreticorũ dupliciter dicuntur 14.C
Degradatio hæreticorum Verbalis & Actualis 253.B
Degradatio an infamiam irroget 254.B
Delegatio iuriſdictionis in cauſa hæreſis 223.C
Deprauatio ſcripturarum per hæreticos multiplex 27.A
Detrahere hæreticis pellem ouinam 205.C
Detractionis crimen q̃ graue eſt 317.B
Diabolus, eſt extrinſeca cauſa hæreſum 24.C
Diaboli caſtitas in hæreticorum hypocriſi 29.C
Diaboli artes & fraudes in hæreticis 194.B
Diaconis quomodo prædicare licet 331.B
Diffamia de hæreſi quomodo probatur 243.B
Dij hæreticorum aurei & argentei 9
Dionyſij Alexandrini ſtudium in libris gentilium 21.C
Dionyſij eiuſdem querela de falſatis ſuis epiſtolis 28.B
Dionyſiæ conſtantia ad Martyrium pro filio ſuo 110.C
Dioſcori Alexandrini crudelitas 113.A
Direptiones librorum è templis 92.C
Diſciplinæ liberales quæ ſunt 338.A
Diſputationes Pauli & colloquia 181.C
Diſputationes cum hæreticis caute fieri debent 183.B
Diſputatio Alexandri Conſtant. Epiſc. cum philoſopho 184.C
Diſputare de religione quomodo licet Catholicis 270.B
Diſputare de fide nec Clericis nec Laicis licet 354.B
Diſputare de fide quomodo licet Theologis & Canoniſtis ibid.C
Diſputare de fide apud uulgus, eſt uno die Theologum facere 357.A
Diuinarum legum corruptores hæretici 114.C
Docẽdi modus in ſcholis, qualis eſſe debet 340.B
Doctrina in ſcholis hæreticorum quomodo peruertitur 341.A
Doloſæ ſubſcriptiones Arrianorũ Niceæ 157.B
Domus Raab figura Eccleſiæ fuit 82.C
Dormientes Prælati qui ſunt 25.C

E

EBrij à uino & ſicera hæretici 68.B
Eccleſia Tres habet hoſtes, Tyrannos, Hæreticos & Antichriſtum 53.C
Eccleſia & in multis & in paucis eſt 55.B
Eccleſia ut arbor eſt, fides radix 141.A
Eccleſia Catholica, ciuitas ſuper montem poſita 189 B
Eccleſias hæreticis nequaq̃ pmittẽdas eſſe 205.B
Eccleſiarum iura hæreticis concedi non poſſunt 211.B
Eccleſia ut columba eſt, & unanimitatis hoſpitium 321.A
Eliphas Themanites hæreticos ſignificat 61.B
Electiones aliæ per tabellas, aliæ per ſuffragia fiunt 116.B
Epiſcopus ſenex & æger crudeliſſime tractatus 109.C
Epiſcopi, tẽporibus Aug. inuiti quoq; eligebãtur 145.B
Epiſcopi debent contra hæreticos opem ab Imp. petere 220.C
Epiſcopi in cauſa hæreſis officium 223.C
Epiſcopus præſumitur idoneus eſſe Iudex contra hæreticos 225.A
Epiſcopi aliqui poſt mortem Anathema fiunt 302.C
Epiſcoporum diligentia in uiſitando annuatim ſua Diœceſi 319.A
Epiſtola Aphricæ Conciliorũ ad Innocentium I. 156.B
Epiſtolas hæreticis ſcribere aut ab eis recipere non licet 191.C
Eraſmi & Lutheri comparatio per Io. Geneſium 51.B
Errores hæreticorum ex Philoſophis 22.C
Etymologia uocabuli hæreſis 4.C
Eudoxia uxor Arcadij hæretica 124.B
Eudoxia contra Conciliũ Chalcedonenſe 125.A
Examen de hæreſi in Epiſcoporum Concilio fieri debet 159.B
Examen doctrinarum in cauſa hæreſis quomodo fiat 233.A
Excõicationis exẽpla cõtra Imperatores 165.B
Excommunicationis ferro utitur Eccleſia contra hæreticos 262.A
Exẽpla Regũ cõtra Idolatras et hæreticos 173.B
Exilia crudeliſſima Catholicis inflicta 107.B

Exilia hæreticorum ſub Theodoſio II. 287.B
Extirpatio hæreſum in quibus conſiſtit 140.B
Exceptiones uariæ, ſi quis de hæreſi accuſetur 242.C

F

FAbiani Papæ admonitio contra nouam hæreſim 148.B
Falſæ religionis partes 1.A
Falſa cum ueris admiſcent hæretici 35.B
Falſarij ſcripturæ ſunt ſicut falſarij imaginis Regis 193.B
Falſarij ſunt, qui ſacras literas doloſe transferunt 316.C
Falſi teſtes quomodo puniuntur 317.A
Famoſi libelli autor aut inuentor qua dignus eſt pœna 317.C
Fautores hæreticorum qui ſunt 13.C
Fautores aliter ſunt Magiſtratus, aliter priuati 14.A
Fides Orthodoxa quid eſt 2.A
Fides tota mutaretur, ſi cuiq; credere liceret ut uult 175.C
Figmenta Diaboli apud Gentiles 194.A
Filij propter peccata parentum corporaliter puniti ſunt 300.B
Filij hæreticorum propter crimen parentum puniuntur Ibid.C
Filij Aaron puniti propter alienum ignem in altari 305.C
Fœlicis II. cõtra Cõſtãtiũ Imp. increpatio 168.A
Fraudulentia hæreticorum 41.B
Fundationes Imperatorum & aliorum ad Eccleſias factæ ne aboleantur 95.B
Fures & latrones dicuntur hæretici 8.C

G

GElaſij PP. ad Anaſtaſium Imp. fortis admonitio 167.A
Gelaſij ad eundem uerba de uera pace & charitate 199.B
Gens excelſa & peßima hæretici 71.B
Gentilium libris de uirtutibus quomodo utendum ſit 20.B
Gloriæ cupiditas in hæreticis 17.B
Gloria hæreticorum non erit perpetua 57.C
Greg. II. Defenſor imaginum 89.B
Gregorij Nazian. uerba, quomodo de Deo loqui licet 355.B
Greg. eiuſdem uerba, quod de Deo ſemper cogitandum eſt 156.B

H

HÆretici quomodo ſunt proprio iudicio condemnati 2.A
Hæreſis quid eſt, & Qui ſunt hæretici. Ib.
Hæretici pertinaci animoſitate aſſerũt falſa 3.A
Hæreticus à communione Eccleſiæ recedit. Ibid.
Hæretici quomodo falluntur à Diabolo 4.A
Hæretici quidã large, quidã proprie dicũtur 5.A
Hæretici XII. modis dicuntur 6.B
Hæretici inimici ſunt Dei & Euangelij 8.B
Hæreticorum diuerſa uitia & uocabula 9.B
Hæretici ianuæ mortis & portæ inferorum dicuntur 11.A
Hæreticorũ in una ſecta diuerſitas inter ſe, Ibid.B 37.B
Hæreticorũ alij lapſi, alij relapſi dicuntur 13.B
Hæretici antiqui temporibus Apoſtolorũ 16.A
Hæreſum diuerſæ cauſæ, Auaricia, Incontinentia &c. 18.A
Hæreticorum mores, ex epiſtolis Petri & Pauli 33.A
Hæreticorum diligentia & labor 34.B
Hæretici ſub obtentu fidei fidem uiolant 35.C
Hæretici capitibus diſſecti, caudis colligati 38.B
Hæreticorum malignitates ex Cyp. & Tertull. 39.A
Hæreticorum commercia cum Magis & Aſtrologis 40.B
Hæretici nobis ſe conſentire fingunt 41.C
Hæretici ſimiles ſunt hoſtibus Iudæ & Beniamin 42.A
Hæretici ſe Chriſtianos eſſe ſimulant 43.A
Hæretici ſegregant ſemetipſos ab Eccleſia 48.C
Hæretici ſcripturas calumniantur 49.C
Hæretici nunc de paucitate, nunc de multitudine ſuæ partis gloriantur 54.B
Hæreſis ut torrens cito decurrit & perit 57.A
Hæretici perdicibus aßimilantur 58.A
Hæreticis comparantur filijs concubinarũ 60.C
Hæretici à Thema & Subit ueniunt 61.B
Hæretici ſunt ſemen ſerpẽtis inimici noſtri 62.B
Hæretici Viperis & Tauris aßimilantur Ibid.C
Hæretici dicuntur cauda Draconis 64.C
Hæretici ſunt beſtia ſeptem capitum 64.B
Hæretici hypocritæ ſunt 66.A
Hæretici ſunt ut ſpinæ & tribuli 77.A
Hæreſes quanta mala inducunt 85.B
Hæretici leges & Canones inuertunt & calumniantur 115.B
Hæreticorum iniuriæ contra iudicium Cameræ Imperialis 118.A
Hæreſes ſicut uenena, prodeſſe poſſunt 131.C
Hæretici quomodo ſunt fratres noſtri 140.C
Hæretici qualia ſunt ligna 182.C
Hæretici ut uulpes, quomodo capiẽdi ſunt 183.C
Hæreticorũ promißis nõ eſſe credendum 187.C
Hæretici neq; ad conuiuia neq; ad nuptias uocandi ſunt 191.C
Hæret. fures & adulteri ſunt ſcripturarũ 193.A
Hæretici ſenſum corrũpunt, & partes male componunt Ibid.
Hæretici quaſdam ſcripturas negant & reijciunt 194.C

Hæreticis non poteſt dari pax niſi conuertantur 198.B
Hæreticos impune offendi poſſe 203.A
Hæreſibus q̃ primum reſiſti debere 202.B
Hæreticis conceſſa reſcripta, non ualent 211.C
Hæretici non debent eſſe Conſiliarij aut Magiſtratus 215.B
Hæreticorũ noſtri temporis uis armata 219.A
Hæreticis officium Inquiſitionis committi nõ poteſt 225.B
Hæreſis crimen publicum eſt, & iuſte accuſatur 234.B
Hæreſis ſemel in Concilio damnata, nõ reuocetur in dubium 252.A
Hæretici à ſententia contra ſe lata non audiantur appellantes 259.B
Hæretici priuantur beneficijs Eccleſiaſt. 266.B
Hæretici nihil poteſtatis habent in Eccleſiæ miniſterijs 267.A
Hæretici poteſtatem deponendi aut excommunicandi non habent 269.B
Hæreticis poſſunt bona tẽporalia auferri 217.B
Hæreticis reſipiſcentibus bona prius confiſcata non reſtituuntur 275.C
Hæretici priuilegijs honoribusq́; & beneficijs indigni ſunt 276.A
Hæretici ſunt infames 277.B
Hæretici procuratores eſſe non poſſunt 280.B
Hæreticis nemo debet eſſe Aduocatus aut Tabellio 281.A
Hæreticorũ inſtrumẽta nullius ſunt momẽti. Ibid.
Hæretici quomodo teſtes eſſe poſſunt 283.B
Hæreticorum teſtamenta & ſucceſſiones non ualent 285.A
Hæretici cõtrahendi facultatẽ non habẽt 286.A
Hæreticos ſecundum leges ultimo affici ſupplicio poſſe 288.B
Hæreticorum argumenta, quod morte puniri non debeant 290.A
Hæretici etiam poſt mortem excommunicantur 302 B
Hæreticorũ nomina è Diptichis delẽda ſunt. Ib.C
Hæreticorũ bona poſt mortem confiſcari 303.B
Hæreſis crimen aggrauãt Circumſtantiæ 310.B
Hæreſi multa alia ſunt adiuncta crimina 311.A
Hæretici inter Catholicos eſſe non debent 321.C
Hæreticis cõmunicare in templis aut orationibus non licet 325.B
Hæreticorum libri cur legi non debent 348.B
Hæreticorum libri qua intentione recte leguntur 350. A
Hæreticorũ libri per Typographos multiplicatĩ 351.B
Hæretici, cum ſint impuriſſimi, de fide non diſſerant 355
Hæretici ob ſolam hæreſim damnantur, etiamſi omnibus alijs uitijs (quod nunquàm fit) carerent 358.B
Helena Simonis magi ſcortum è proſtibulo Tyri 87.A
Helſcheſeitarũ temeritas circa ſcripturas 27.C
Hieroboam typus hæreticorũ in Bethel 66.B
Hieronymi ſententia de reſecandis cito hæreticis 262.C
Homo non ſibi ſoli natus eſt, ſed Patriæ, parentibusq́; 219.C
Hunerici Regis Vandalorum fallax Edictum & Crudelitas 198.A
Hyperbolus Athenienſis, peſſimus detractor fuit 97.C
Hypocritica uita hæreticorum dicitur ueſtis uaria, Idolis circundata 29.A

I

Iactantia hæreticorum de ſua doctrina 34.B
Iactantia omnium hæreticorum, quod ipſi ſint uera Eccleſia 203.B
Iconoclaſtæ fuerunt multi Imperatores 89.A
Iconoclaſtarũ pœna tũ Canonica tũ legalis 312.B
Imitari debemus, non Prædicatoris, ſed Chriſti uitam 30 B
Imitatores Diaboli hæretici, fingunt ſe uerã Eccleſiam 203.C
Impatientia hæreticorum ubi arguuntur 51.B
Impiorum cogitationes de futura uita 31.C
Imperatoris auxilium contra hæreticos implorandum 169.A
Imperatores & Principes tenentur totis uiribus hæreſibus reſiſtere 172.A
Induciæ nec in hæreſi nec in bellis ciuilibus dandæ ſunt 202.A
Infallibilis regula fidei apud Ro. Eccleſiã 175.B
Infames repelluntur ab honoribus, non ab oneribus 276.C
Infamiæ crimen uarijs modis cõtrahitur 277.B
Infamia, alia facti, alia iuris 278.B
Infamia per libellum famoſum non proprie infamat Ibid.
Infamia, alia temporalis, alia perpetua. 279.A
Infamia notati, pro quibus poſtulare poſſunt 208.B
Infamiam per pœnitentiam tolli 296.B
Infideles, ut Iudæi, hæretici &c. ad Rempub. non admittuntur 217.A
Iniuriæ hæreticorum in Iudices 117.C.215.B
Innocẽtij 1. epiſt. ut cito reſiſtatur hæreſib. 202.B
Inquiſitores ſacrarum literarum & Canonum debent eſſe periti 224.C
Inqſitores iuſtos eſſe oportet abſq; affectib. 225.C
Inquiſitoris pœna, ſi calumnioſe agat 226.A
Inquiſitorum manus oportet eſſe mundas. Ibid. B
Inquiſitor in tribus caſibus ſine Epiſcopo non procedit 228.A

Inquiſitores

Inquiſitores quantum poſſunt in Poteſtates ſeculi 230.B

Inquiſitorum Officiales qui ſunt 231.A

Inqſitio duplex eſt, Generalis et Specialis 234.C

Interdictū duplex, Ciuile et Eccleſiaſticū 299.A

Interdici igni & aqua, qualis pœna eſt. Ibid.

Interdictum fertur dupliciter, in perſonam & in locum Ibidem

Interpretatio ſcripturæ non eſt hæreticis permittenda 192.A

Interpretatio ſcripturæ quibus in Eccleſia tribuenda eſt Ibid.C

Iudæi nō ſunt hæretici, nec ad fidē cōpellendi 5.B

Iudæi non ſunt cogendi ad fidem, ſicut hæretici 147.B

Iudæi in tribus caſibus ſubiacent Inquiſitori hæret. 229.B

Iudæus ut Receptator puniri poteſt, ſi baptizatum recipiat Ibid.C

Iudæis bona ſua rapi non debent, ſicut hæreticis 273.A

Iudæi à publicis repelluntur officijs 281

Iudicum officium & iuramentum 117.A

Iudex & Aſſeſſores Cameræ Imperialis Ibid.

Iudicium Tres habet partes 223.C

Iudex ſecularis non pronunciet, ſed exequatur ſententiam contra hæreticum 255.C

Iudex ſec. condemnatū hæreticum abſq; mora punire debet 256.B

Iudex ſec. an de ſententia in hæreticum lata poſſit excipere 258.B

Iulianus Epiſcopus Coenſis Papæ Referendarius apud Imp. 170.B

Iuramentū Valentis impium pro Arrianis 123.C

Iuramentum Cuſtodum Carceris, quibus utuntur Inquiſitores 232.B

Iuramentum, quod præſtare tenentur Magiſtratus Reipub. 320.A

Iuriſdictio quomodo deficit in Papa aut in Imp. 210.C

Iuriſdictio Epiſcopo & Inquiſitori communiter delegata 227.A

Iuſtina Imperatrix Arriana & S. Ambroſio contraria 123.A

Iuſtiniani Edictum contra hæreticorum collectiones 329.B

Iuſtiniani Imp. Edictum contra ſcholas hæreticorum 342.C

Iuſtiniani lex contra libros Antymi hæretici 346.C

Iuſtitiam adminiſtrare maxime tenentur Principes Catholici 207.A

Ius diuinum nō eſt Principi ſubiectum 207.C. 212.C

Ius diuinum quomodo poteſt à Papa interpretari 208.A

Ius naturale Princeps tollere non poteſt 2?9.B

Ius quæſitum parti non tolli, ſed ad tempus ſuſpendi poteſt Ibidem

Iuuenes de legibus aut de religione diſputare non decet 357.B

L

LAicis prædicare non licet 330.C

Laquei Diaboli in mala uita Prædicatorum 29.C

Latrocinia hæreticorum in monaſteria 120.B

Latroni parcere iniuſta eſt miſericordia 222.B

Legum pœnas hæretici in Catholicos conuertunt 103.B

Lege prohibiti fuerunt parentes lugere aut ſepelire filios 111.C

Legum authoritas in bona Repub. 113.C

Legum hoſtes & contemptores hæretici 114.B

Legiſlatores criminantur hæretici 115.B

Leges Tabellariæ olim 4. 116.B

Leges de Chalcographis ſtatuendæ 352.B

Leonis Papæ ad Flauianum Epiſtola falſata 25.B

Leonis ſermo de Manichæorū impudicitia 32.B

Leonis III. Imp. hæreſis contra imagines 99.B

Leonis I. Epiſtolæ multæ de cauendis hæreticis 170.B

Leonis epiſtola ad Flauianum à toto Cōcilio approbata 186.B

Leonis ſermo 5. de hæreſibus, ut uitentur ſicut ſerpentes 324.C

Lepra uarijs modis hæreticos deſignat 63.B

Leproſi à conſortio hominum ſeparantur 322.B

Libri falſæ religionis etiam à Paganis olim Romæ combuſti ſunt 344.A

Libri hæreticorum comburendi ſunt 344.B

Libri Neſtorij & Eutichetis iuſſu Imp. combuſti 345.C

Libri hæreticorū comburendi ſunt, etiamſi malis bona commiſceant 347.B

Libri non excudātur niſi prius examinati 352 B

Libelli famoſi ab hæreticis conficti 101.B

Libertas pronunciandi parit hæreſes 50.C

Liberi arbitrij malum uſum prohibent Principes (177.A

Liberalia ſtudia quæ dicūtur 337.C

Lites & iudicia quæ pro Eccleſijs fiunt, an poſſint ſuſpendi 211.B

Literas ad hæreticos dare aut ab eis recipere non licet 326.C

Literas ad hæreticos qua ratione dedit S. Auguſt. 327.B

Loquacitas uitāda Prædicatori 334.B

Loqui de Deo publice, non eſt omnium, ſed purgaturum 355.B

Lotharij Regis iniquitas cōtra Thebergam uxorem 14.C

Lucij Arriani crudelitates cōtra Catho. 107.A

Lutheranorū impietates cōtra Euchariſtiā 59.A

Macedonij

M

MAcedonij in Catholicos crudelitates 104.A.105.A
Mala punica in ueſte Aaron quid erant 334.A
Malus hæreticorum exitus 59.B
Manes mentitus eſt ſe Chriſti Apoſtolum 37.A
Manichæorum Incontinentia & uitæ turpitudo (32.A
Manichei nuptias damnant 65.A
Manichei à Leone I.Romæ conuicti & damnati 170.A
Martionis deprauatio in Luca et in Paulo 27.B
Matronæ Duæ nobiles à Vandalis crudeliter illuſæ 109.B
Meletij per digitorum figuras confeßio Trinitatis 179.C
Membra Eccleſiæ charitate & ſpiritu compaginata 77.C
Militare licet pro Eccleſia 220.C
Modificari legem diuinam quomodo licet 208.B
Moderatio legum & Canonum de confiſcandis bonis hæret. 274.A
Monachorũ querela de hæreticorũ ſæuitia 219.B
Monopolia probibita. 239.B
Mõtes & colles in bono & in malo dicũtur 71.C
Montes ſæculi & colles mũdi hæretici ſunt 73.B
Montani mendacia de ſpiritu ſancto 87.B
Mortis propter uanam gloriam ſuſceptæ exempla 47.A
Mortui propter quedã crimina puniũtur 302.A
Mulierum conſortia cum hæreticis 122.A
Mulieribus hæreticis aut ſchiſmaticis iura non ſubueniunt 309.B
Mulieribus prædicare non licet 330.C
Multitudinis peccatum quõ punitur 300.C
Multitudo in hæreſi pertinax, armis compeſci poteſt 301.C
Multitudinis ſacrilegia & uiolentiæ quomodo puniuntur 313.C
Myſteria religionis in uulgus ſpargere non licet 355.B

N

NEgligentia Prælatorum circa prædicationem uerbi Dei 26.A
Negligentis in cauſa fidei Epiſcopi pœna 226.B
Nicolaitarum ſecta turpißima 121.C
Nicolai PP. ad Michaelẽ Imp. repræhẽſio 167.C
Nili Epiſcopi ſentẽtia de Imaginibus male tranſlata 29.C
Nomina hæreticorum uaria in uet. teſt. 65.C
Notarij Inquiſitorum hæret. poſſunt eſſe Clerici 231.C
Notarij eſſe non poſſunt hæret. aut Iudæi 281.A
Nouatus & Nouatianus hæretici 149.B
Nouati fraudulentia & periuria 150.A
Nouatianorũ reſipiſcentia qualiter fiat 162.A
Nuptias cum hæreticis inire non licet 325.C

O

OCcaſiones ad hæreſes cauendæ & amputandæ ſunt 318.C
Officia publica hæretici exercere nõ poſſunt 279.C
Officium Epiſcoporum contra exortam hæreſim 152.B
Officium Poteſtatum ſecularium, uim contra Eccleſias repellere 220.B
Officium earundẽ in puniendis hæreticis 255.A
Officiales Inquiſitorũ hæreticæ prauitatis 232.B
Onagri calumniatoris depræhẽſæ fraudes 100.B
Orationes Azariæ & Danielis 136.C
Orandum pro hæreticis 139.B. & 140.A
Orandi forma in Eccleſia pro diuerſis 149 B
Oracula infallibilia quæ ſunt? 2.C
Ordinationes hæreticorum quales ſunt 39.C
Origenis cauſæ, quare legerit libros Gentilium 21.B
Oſius Cordulenſis ab hæreticis uexatus 106.C
Oues aberrantes ad gregẽ rẽducẽdæ ſunt 142.B
Ozias rex quõ punitus eſt lepra in fronte 305.C

P

PActa & tranſactiones in cauſa fidei non ualent 195.C
Pacta cum hæreticis per colloquia cur non ualent 196.B
Pacta cum eis nunquàm erunt iuſta, niſi hæreſim dimittant 199.C
Pacta & reſcripta, pro hæreticis data ad regimen, irrita ſunt 217.C
Pacem & charitatem ueram cum hæreticis habere non poſſumus 199.B
pacem cum hæret. iniuſtã eſſe & impiam 201.C
Paganorum libri cur à nobis leguntur 349.C
Paganorum & Iudæorum libri legi & ſeruari poſſunt 350.B
Paulus ubiq; hæreſes deteſtatur 146.A
Paulus contra inſidias Iudæorum Tribunum pro ſe implorauit 219.B
Paulus Athenis dictus eſt Seminiuerbius 334.B
Peccata, ex quibus oriuntur hæreſes 17.B
Peccatum hæreſeos omniũ grauißimum 40.C
Peccatum ſchiſmatis q̃ immane eſt 53.A
Perdix aßimilatur hæretico 36.A
Perſecutio bona & mala 46.C
Pertinacia in errore facit hæreticum 3.A
Perſonæ ad colloquia de fide, quales eligi debent 192.B
Peßimi ſunt, q uitia ſua pro uirtutib. habẽt 30.C
Petitionis forma ex officio Iudicis 242.A
Philautia hæreſim parit 17.A
Philoſophorũ ſcripta in multis fugiẽda ſunt 22.A
Photinianorũ conuenticula tempore Innocentij I. 171.C
Platonis regula de authoritate legum 212.B. 357.B

Plebs

Plebs carnalis cæca à cæcis ducitur hæreticis 22.B
Pœna magis prodeſſe quàm obeſſe debet, ſicut medicina 261.B
pœna in hæreticos non debet differri 262.B
Pœna in hæreticos ex Lege et Prophetis 263.B
Pœnarum in hæreticos diuerſa genera 265.B
pœna in hæreticos ex diuerſis legib. Imp. 268.B
Pœna ignis in hæreticos non ex legibus, ſed conſuetudinis eſt 293.A
Pœnarum diuerſa genera 294.A
pœna in credentes hæreticorum 295.C
Pœna in ciuitatem hæreticam duplex, Ciuilis & Criminalis 297.C (299.A
pœna legis diuinæ in ciuitatem hæreticam ſtatuta
Pœna Canonica in ſchiſmaticos 306.C
Pœna in Blaſphemos multiplex 311.C
Pœnæ diuerſæ in diuerſos ſacrilegos 315.B
pœnæ in calũniatores legũ et legiſlatorũ 316.B
pœnarum diuerſitas iuxta criminum differentias 358.C
Poëtæ gentilium quomodo legendi ſunt ne corrumpant 19.B (C
poteſtatũ ſecularũ diligẽtia cõtra hæreſes 319.
Poteſtates ſeculares quantum poſſunt in proceſſu contra hæreticos 255.C
Prædicare nemo debet, niſi miſſus 330.B
Prædicator qualis eſt, ut ſit idoneus 331.B
Prædicator ſtare, non iacere in uicijs debet. ibi.C
Prædicatorem doctum, non doctiſsimum eſſe ſufficit 334.C
Prælatorum negligentia circa hæreſes 25.B
Princeps fugitiuorũ principum Draco eſt 11.C
Principes dure ligati hæretici ſunt ibidem
Principũ fauor & culpa circa hæreſes 26.C
Principes Deo rationem reddent, ſi hæreſes permittunt 172.B
principum uaria ſtudia contra hæreſes 174.C
Principum eſt, fidei decreta immutabiliter manutenere 176.C
principum aduerſus hæreſes officium 201.B
Princeps Imp. quomodo habet plenitudinem poteſtatis 207.C
Principis reſcripta ex cauſa legem moderari poſſunt 209.C
Princeps quomodo cõtrahere cum alio, & ſe obligare poteſt 210.B
Principum reſcripta, quomodo poſſunt licite impugnari 212.B
Princeps non uidetur uelle, quod per errorem conceſsit 213.B
Princeps nihil ſine cõſilio prudentũ decernit. ib.
Principes Catholici hæreticos in ſua conſilia non admittunt 215.A
Probationes in cauſis criminalibus pleniſsimæ ſint 244.B
Probationes contra hæreticos per eorum libros & ſcripta 247.B
Proceſſus Plenarius in Iudicijs permulta continet 235.B
Proceſſus ſummarius tantum ſubſtantialia requirit 236.A
Proceſſus de plano qualis eſt 236.C
Proceſſus ſine figura iudicij qualis eſt 237.B
Proceſſus ſummarij deſcriptio 238.B
Proceſſus de crimine hæreſis poteſt fieri ſummarie Ibid.C
Proceſſus contra hæreticum apud ueteres in Concilio 249.C
Prodendi ſunt Epiſcopis hæretici, ubicunq; latent 320.C
Prophetæ boni & mali, in quo differunt 10.B
Prophetæ dicuntur etiam prædicatores & Doctores 333.A
Proſperi ſucceſſus hæreticorũ fallaces ſunt 52.C
Prudentia circa multitudinis peccatum adhibenda 301.A
Pſeudo apoſtoli & Pſeudoprophetæ, hæretici ſunt 10.B
Pulcheria Chriſtianiſsima Imperatrix 124.C
Purgatio de hæreſis ſuſpicione quomodo fieri debet 251.B
Purgatio talis à Leone III. coram Carolo magno facta Ibid.C
Purgare terras ab hæreſibus tenentur Iudices ſeculares 257.A

Q

Quæ de fide ſemel conſtituta ſunt, mutari non debent 197.A
Quæſtio per torturam qualiter fieri debet ut probet 245.A
Quare hæreticorum bona publicantur 274.B
Quare infames teſtamenta facere poſſunt, & non hæretici 285.B
Quid faciendũ eſt hæreticis ſecundũ leges 198.C
Quid facere debent Principes & Magiſtratus contra hæreticos 206.B

R

Rami fracti ſunt hæretici 141.A
Rationes optimæ & multæ contra pacem cum hæreticis 19.B
Receptatores hæreticorum qui dicuntur? 14.C
Regula fidei ſemel cõcluſa, mutari nõ debet 175.B
Regulæ de reſcriptis & priuilegijs Principum 213 C
Reliquijs ſanctorum infeſti ſunt hæretici 121.A
Remedia Eccleſiæ contra uenenoſos lib. 351.C
Remiſsio peccatorũ extra Eccleſiã nõ eſt 81.A
Reſpub. ſine legibus conſiſtere nõ poteſt 130.A
Reſpub. per hæreſes in peius demutata ibid.
Reſpub. per Sergium & Machomet in totum mutata ibid.

Reſcripta

Reſcripta Principum pro hæreticis contra Eccleſias non ualent 211.C
Reſipiſcentibus, in mortis periculo non indicitur ſatisfactio pœnitentiæ 161.C
Reſipiſcentes ad honorē priſtinū reſtituti 164.C
Reſponſum egregium Catholicorum ad Conſtantium Imp. 197.B
Reſponſio ad uerba Chriſti & Pauli de non reſiſtendo malis 222.A
Ro. Pontifex exordium unitatis tenet 79.A
Rom. Pontifici nolle ſubeſſe ſchiſmaticum facit 80.B
Rom. Pontificis officium circa obortas hæreſes 148.A
Ro. Pontificū exempla cōtra exortas hæreſes. ibi.
Ro. Pont. cum gaudio recipere debet correctos 150.B
Ro. Pont. in curia Imp. Reſponſalem habere debet 169.C
Ro. Eccleſia præ alijs, uelut caput, interpretatur ſcripturas 189.B
Ro Imp. officiū & poteſtas in cauſa fidei 200.A
Ro. Imp. leges de ſeruanda fide Ro. Eccleſiæ ib.B

S

Sacerdotes Dij & Angeli dicti ſunt 93.A
Sacerdotum honor ab Imperatoribus exhibitus ibid.B
Sacræ ſcripturæ utilitas & excellentia 24.B
Sacra ſcriptura quomodo legi & tractari debet 192.C
Sacrilegia hæreticorum in perſonas & res ſacras 90.B
Sacrilegia Ziſchæ in Bohemia 92.B
Sacrilegia nouarum ſectarum in Germania. Ibid.
Sacrilegii pœna in perſonas Cardinalium perpetrati 312.B
Sacrilegiorum diuerſa genera 313.B.314.A
Sapientia humana & diuina in multis differunt 23.A
Satisfactio libellaris reſipiſcentium hæreticorum 158 C
Satisfactio talis quomodo formari debet 159.A
Satisfactio pœnitētialis qualiter agēda eſt 161.B
Schiſma quomodo ab hæreſi differt 79.C
Schiſma Core multo leuius fuit, quàm eſt hodie hæreticorum 81.C
Schiſmatici ſe ipſos intrudunt & Epiſcopos faciunt 83 B
Schiſma eſt, ſi Duo de Ro. Pontificatu contendunt 84 C.
Schiſmatici q̃ grauiter peccāt et puniūtur 305.B
Schiſmatici Samaritæ quō puniti ſunt 306.B
Schiſmaticorum pœnæ, & caſſæ ordinationes 307.B
Scholarum multiplex diuerſitas 337.A
Scholæ militares in multa differentia ibid.C
Scholarum priuilegia à quibus dantur 339.B
Scholaſticorum officium in Eccleſijs Ibid.C
Scholæ olim in Monaſterijs florentiſſimæ 340.A
Scholæ in Germania ab hæreticis corruptæ ſunt 341.C
Scholæ hæreticorum ſunt, ſicut domus falſæ monetæ 342.A
Scholæ Catholicorū quō ſunt reſtaurādæ 343.A
Sententia condemnatoria in hæreticum qualiter fiat 247.C
Sententia contra hæreticos de ſcripto pronunciatur 249.C
Sententia in Eutichem & in Dioſcorum prolata 250.B
Serpens in Paradiſo hæreticorum typus 62.A
Serui Diaboli hæretici ſunt 77.A
Seruire debent Reges Deo, tuendo Catholicam fidem 221.C
Seruū alienū corrūpere dicuntur hæretici 309.C
Seditiōes 4. propter legē Agrariā Romæ 114.B
Seditionum Catalogus propter diuerſas ſectas & electiones 128.B
Seditiones in Bohemia et Germania per ſectas. Ib.
Seditiones in urbe Regia Conſtan. & Mediolani 129.B
Simeon CXX. annorum, conſobrinus, Chriſti in crucem actus 103.A
Simon magus primus inter hæreticos 15.B
Simonis magi inconſtantia 37.A
Simonis magi blaſphemiæ de Chriſto 86.C
Simiæ ſimiles ſunt hæretici 44.C.67.B
Societates inter homines iure gentium conceſſæ 327.C
Sortilegi & incantatores an hæretici ſint 229.C
Spiritum ſanctum extra Eccleſiæ unitatem nemo habet 190.B
Spiritus ſ. extra Eccleſiā nihil operatur 267.C
Statuta & Reſcripta Principum quando ſunt irrita 211.A
Statuta in præiudiciū fidei facta nō ualēt 230.C
Statuta quæ Inquiſitores impediunt, irrita ſunt 296.C
Studium nouitatis parit hæreticos 49.A
Studiū hæreticorū ad mutandū Imp. ſtatū 131.A
Studia generalia olim Tria tantū fuerunt 338.C
Studia generalia à Papa & ab Imp. inſtituuntur 339.B
Studia ab hæreticis erecta, in nihilum redigenda (342.B
Superbia hæreticorum mater 51.A
Suſpecti de hæreſi ſunt in multa differentia 13.A
Suſpectorum pœna, ſi nō purgauerint ſe 295.C
Syluerius Papa impie depoſitus 126.B
Symmachi Papæ electio crudeliter oppugnata 111.B
Symbolum in Dominica palmarum omnibus legendum eſt 336.C

Tabellionatus

T

TAbellionatus officium eſt, non dignitas 280.B
Tabellio eſſe poteſt infamis, ſed non hæreticus ibidem
Temporis diuturnitas nō iuſtificat hæreſes 56.C
Tempus mille annorum ut dies una eſt coram Deo 57.B (177.C
Tempori inſeruire in cauſa fidei non expedit
Tempus Eccleſiæ duplex per Nabuchodonoſor ſignificatum 292.B
Themiſtij philoſophi conſilium pro hæreticis 174 A
Theodora Imp. contra Syluerium Papam hæretica 125 B
Theodoſius II. deceptus contra flauianum pro Dioſcoro fuit 125.A
Theodoſij I. ſeueritas in legibus contra Donatiſtas 142.C
Theodoſij II. nimia circa hæreſes negligentia 174.B
Teſtes contra hæreticos admittuntur etiam infames 245.B
Teſtes qui dicūtur ſingulares, an probēt 246.A
Teſtimonia hæreticorum & Iudæorum non ualent 282.C
Thalmidici libri Iudæorum an comburendi ſint 350.B
Thuribula ærea quid ſignificant 134.C
Tintinnabula in ueſte Aaron quid ſignificant 333.B
Tolerantiæ multa & uaria exempla 146.C
Traditio Chriſti diuerſimode facta 45.B
Translationes ſcripturæ per hæreticos falſatæ 23.A
Tres amici Iob hæreticos deſignant 61.B
Tres ſpecies Reipub. bene diſpoſitæ 129.C

V

VAlentis & Vrſatij Epiſcoporum inconſtantia circa fidem 178.A
Valens Imp. ab uxore & Endoxio deceptus eſt 123 C
Valēs impio iuramēto ſimilis fuit Herodi 124 A
Valens infeſtus Catholicis plus quam ulli ſectæ 174.B
Vandalorum crudelitates in Catholicos 91.A 105.C
Vandalorum ſacrilegia in Africa ibidem
Vandalorum crudelitas in uirgines & matronas 109.B
Vaſa papyri ſuper aquas, libri ſunt hæreticorum 70 C
Venena quibuſdam proſunt 132 A
Verbum Dei prædicandum eſt, non aniles fabulæ, 332.B
Verbū Dei in cōcione cuilibet audire licet 335.C
Verbum Dei prædicandum eſt iuxta qualitatem feſtorum & temporum 336.B
Veritatis inquiſitio in pace et unitate fiat 234.A
Videntes dicti fuerunt boni prophetæ 10.C
Vim ui repellere licet 219 B
Vindicta Petri & Pauli, in Ananiam & Elymam 291.B
Virgines ſacræ ui ſtupratæ & occiſæ 109.A
Vitāda ſunt quædā in Cypr. et Origene 349.A
Vita hæreticorum indicat eos aliud credere quam dicunt 31 B
Vltio diuina propter hæreſes hoc tempore in Germanos per diuerſas plagas 98.B
Vltio diuina in hæreticos ſcripturis atteſtata; 264.B
Vnitas Eccleſiæ à Cypriano deſcripta 78.B
Vniuerſitas & multitudo quomodo differunt 297.B
Voluntas mala non eſt permittenda libertati ſuæ 145 B
Vtilitates Eccleſiæ ex hæreſibus 133.B
Vulpibus aſſimilantur hæretici 41.B

Z

ZIzaniæ ſuper ſeminatæ Parabola 25.C
Zizania p r totum mundum diſperſa 55.C
Zuingliana hæreſis de Euchariſtia 87.C

ERRATA.

Folio 10. linea 36. lege ſolitudine. fol. 13. lin. 32. indicia. Ibid. lin. 37. maxime. fol. 22. lin ult. Ariſtoteles. fol 23 lin. ult. at uero fol. 25. lin. 18. cauſas. fol. 32. lin. 9. Narrat fol. 34 lin. 35. Achab. fol. 39. lin. 9. lenitate. Ibid lin 32. conuerſationis. fol. 43. lin. 1. difrupiſſet. fol. 44. lin 21. percutere. Ibid lin ult tam. fol. 57. lin. 25. miſi fol. 62. lin 1 ſerpens. fol. 63. in marg pungunt. fol. 65. lin. 28. eorum. fol 90. lin. 9. comitantur. fol. 91 lin. 32 de pallis. 117. lin. 38. prauiſſimis. 123. lin. 29. mercede. 126. lin. 1. redire. 129. lin. 16. Hermogene. fol. 167. lin 7. examine. 169 lin. 3. oboriri. 176. lin. 37. perpendentes 177 lin. 30. in marg. 1. Mach. 26 fol. 179. lin. 12. mutatum. 226. lin. 9. Similiter. 254 lin. 11. Dominium & lin. 12. priuilegio. 264 lin. 4. eis. 269. lin. 22. monaſterium. 270 lin 5. enim. 280. lin. 3. Nicoſtratum. 292. lin. 30. eſt. Ibid. lin. 40. lenitate. 306. lin. 23. tunc 328. lin. 38. hæreſibus. 339. lin. ult. ſcholaſticis. 348. lin. 20. clarus. 352. lin. 1. cognoſcendos. 356. lin. 36. condemnare.

DE HAERETICIS ET SCHISMATICIS LIBER PRIMVS: IN QVO EXPLICATVR, QVID SIT HAERESIS, QVID *Schiſma: & qualia crimina, & qui mores hæreticorum atq; Schiſmaticorum.*

Quid ſit hæreſis & quale crimen. Cap. I.

Falſæ religionis partes.

Crimen hæreſeos.

Emendatio criminis.

Hæreſis Græce, Latine ſecta dicitur.

I*Nter ea quæ in Concilio Vniuerſali tra*ctantur: Quorum examinandorum nuper à me ſuſcepta prouincia eſt, præcipua ſunt, quæ ad ueram & falſam religionem pertinent: Vt illa confirmentur, hæc uerò iuſto iudicio condemnentur, & quantum fieri poteſt extirpentur. Sunt autem falſæ religionis partes, Idolatria, Superſtitioſę obſeruationes, Hæreſis, & Schiſma. Ac de prioribus quidem partibus Idolatria, & Superſtitioſis obſeruationibus, & quid de his in Concilio agendum ſit, ſatis (ut opinor) à nobis in ijs libris, quos de Concilio ſcripſimus, tractatum eſt: Supereſt, ut in his libris, de reliquis duabus partibus, Hæreſi & Schiſmate, & quomodo in cauſis iſtorum criminum procedendum & cognoſcendum ſit, dicamus. Primum igitur in hæreſi, duo ſpectantur: Crimen & emendatio criminis: Alterum morbus eſt, Alterum eiuſdem curatio et medicina. Crimen in hæreſi, eſt erroris pertinax uel aſſertio uel probatio, uel defenſio. In crimine hæreſis & ſchiſmatis Quinque conſyderantur, quid ſit, & quale ſit, quæ origo & cauſa ipſius, qui Hæretici, & qui mores eorum: quæ mala & incommoda ex hæreſi & ſchiſmate ſequantur. Porrò, emendatio hæreſis & ſchiſmatis à Deo fit, & ab homine: Ab homine, ſpontè & coactè. Spontanea emendatio eſt, quæ fit conuerſione, iniuncta pœnitentia & ſatisfactione. Coacta eſt, quæ fit ſumpta de hæreticis & ſchiſmaticis uindicta publica, uel in iudicio per ſententiam, uel extra iudicium armis: adhibita cautione, ne extinctæ ſemel hæreſes & ſchiſmata renaſcantur. Iam igitur quod ad definitionem hæreſis attinet: à qua nobis (ut in omni alia inſtitutioue, quæ à ratione de aliqua re ſuſcipitur, fieri ſolet) exordiendum eſt: Hæreſis Græca uox eſt, ab eligendo dicta, quod ſcilicet unuſquiſq; id ſibi eligat, quod ei melius eſſe uideatur: Latinè ſectam appellare poſſumus. Vnde & Hæretici doctrinam

& hæreſim eligendo, uel inſtituunt uel ſuſcipiunt. Eligunt enim ex
arbitrio ſuo, non quod ſpiritus ſanctus ſuggerit, ſed quod ipſi ſe-
Tit. 3. quendum eſſe putauerint. Vnde & ſuo ipſorum iudicio, dam-
Hæretici proprio iudicio damnati. nati à Paulo eſſe dicuntur: Quia fornicator, adulter, homicida, &
cætera uitia, per ſacerdotes de Eccleſia propelluntur. Hæretici au-
tem, in ſemetipſos ſententiam ferunt, ſuo arbitrio de Eccleſia rece-
dentes: quæ receſsio propriæ conſcientiæ eſſe uidetur damnatio.
Catholicus autem, nihil ex ſuo arbitrio eligit, ſcripturam habet, Ec-
cleſiam habet, et eius Rectorem ſpiritum ſanctum: Hos duces ſequi
Quid hæreſis. tur, nihil ſibi ex ſuo arbitrio indulget. Eſt autem hæreſis dogma
falſum, contra fidem Orthodoxam: ab eo, qui fidem profitetur,
pertinaciter, uel aſſertum, uel in dubium reuocatũ. Dogma falſum,
cum Alphonſo appellamus doctrinam falſam, quam quis non ſo-
lum præſefert opere, ſed etiam uoce enunciat atque confirmat.
Quis hæreticus. Non igitur qui contra ſcripturam operatur, ſed qui ueritatem ſcri-
pturæ, uel falſa doctrina impugnat, uel in dubium uertit, Hæreti-
cus eſt. Sic non eum qui Romanæ Eccleſiæ non obedit: ſed eum,
qui Romanæ Eccleſiæ non obediendum eſſe docet, rectè Hæreti-
cum appellabimus: Et eodem modo hæreſim eſſe dicemus, non id
quod eſt ſpiritualia uendere, ſed doctrinam ipſam, qua ſpiritualia
Quid fides orthodoxa. uenalia eſſe aſſeruntur. Fidem Orthodoxam uocamus, articu-
los fidei, qui à Deo nobis ſalutis conſequendæ cauſa, ſiue uiua uoce
& traditione Chriſti & Apoſtolorum, ſiue in ſcripturis ſanctis, &
Eccleſiæ Catholicæ definitionibus reuelata ſunt. Qualis eſt fides
Nicæna, ſymbolum Apoſtolorum, dogmata de ſacramentis, &
omnes articuli ubilibet in ſcripturis contenti, uel per ſanctam &
Infallibilia oracula ſunt uerba Prophetarũ & Apoſtolorum. Catholicam Eccleſiam definiti. His articulis quicquid conſo-
nat, uerum eſt: Aut enim uerbum ſunt ex ore Dei prolatum, quod
fallere non poteſt: aut oracula Dei per ora Prophetarum & Apo-
ſtolorum prolata, quæ & ipſa falſa eſſe non poſſunt, iuxta illud
Pſalm. 32. Lucæ 1. quod apud Lucam Zacharias dixit: Loquutus eſt Dominus per
os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, Prophetarum eius: Et Paulus,
Heb. 1. Multifariam, multiſq́ue modis olim loquens Deus patribus in Pro-
2. Pet. 1. phetis, Nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: Et Petrus
Apoſtolus. Non enim uoluntate humana allata eſt aliquando
Prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirante, loquuti ſunt ſancti Dei ho
Matth. 10. mines: Et Apoſtolis dictum eſt. Non enim uos eſtis qui loquimini,
Succeſſores Apoſtolorũ. ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis. Quod & de ſuc-
ceſſoribus eorum accipiendum eſt, quibus dictum eſt, Cum autem
Ioan. 16. uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Item:
Matth. ult. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos, In nomine
patris, & filij, & ſpiritus ſancti docentes eos ſeruare omnia quæ-
cunq́ue mandaui uobis: & ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus
uſq́ue

uſq; ad conſummationem ſæculi. Addidi: Ab eo, qui fidem profitetur. Hæretici enim ſunt, non omnes qui fidei Catholicæ aduerſantur, ſed ij tantum, qui nomen ſemel Chriſto in ſacro baptiſmate dederunt, & membra facti Eccleſiæ, per falſam doctrinam ſuo ipſorum iudicio condemnati, ab eadem ſe abſciderunt. De quibus dictum eſt: Ex nobis prodierunt, ſed ex nobis non erant. Additur, Pertinaciter: Non enim error tantum, in his quæ ſunt fidei, ſed pertinacia in errore Hæreticum facit, ut Auguſtinus docet, Qui, inquit, in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid, prauumq; quid ſapiunt, ſi correpti ut ſanum quid rectumq; ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaq; peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, Hæretici ſunt. Vnde rectè de hæreticis dici poteſt, quod Dominus per Prophetam ait: Patres eorum præuaricati ſunt pactum meum uſq; in diem hanc, & filij dura ceruice & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te. Qui autem ſententiam ſuam (ut idem inquit Auguſtinus) nulla pertinaci animoſitate defendunt: præſertim, quam non audacia ſuæ præſumptionis pepererint, ſed à ſeductis atq; in errorem lapſis parentibus acceperunt: quærunt autem cauta ſolicitudine ueritatem, corrigi parati, cum inuenerint: nequaquàm ſunt inter hæreticos deputandi. Additur, Vel aſſertum, uel in dubium reuocatum. Aſſerunt, qui cum pertinacia falſam doctrinam, ut ueram docent, affirmant & defendunt: In dubium reuocant, qui uerò articulo fidei non firmiter aſſentiuntur, ſed de eo ita dubitant, ut etiamſi Eccleſia certum definiuerit, nihilominus eidem conſentire nolint: hij certè non ſolum Hæretici, ſed & infideles appellandi ſunt. Dubius in fide (inquit Stephanus Papa, quem Alphonſus refert) infidelis eſt. Quomodo & Thomam dubitantem Chriſtus incredulum appellat. Et Paulus commendans Romanis fidem Abrahæ, in repromiſsione etiam Dei (inquit) non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide. Iuſtinianus Imperator, ſuos prædeceſſores ſequutus, eum Hæreticum uocat, qui à communione Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ recedit: Hæreticos uerò (inquit) illi dixerunt, & nos dicimus, eos, qui diuerſarum hæreſum ſunt: & eos qui non ſunt membrum ſanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, in qua omnes concorditer ſanctiſsimi Epiſcopi, & totius orbis terrarum Patriarchæ, & Heſperiæ Romæ, & huius Regiæ ciuitatis, & Alexandrinæ, & Theopoleos, & Hieroſolymorum: & omnes, qui ſub eis conſtituti ſunt ſanctiſsimi Epiſcopi, Apoſtolicam prædicant fidem atque traditionem. Igitur ſacram communionem in Catholica Eccleſia non participantes à Deo amabilibus ſacerdotibus, Hæreticos iuſte uocamus. Nam, licet nomen Chriſtianorum ſibimet impoſuerint; ueruntamen à Chriſtianorum ſe fide & communione

Qui ſunt proprie hæretici?

1. Ioan. 2.

Pertinacia, non error, facit hæreticū.

Lib. 18. de ciuitate Dei ca. 51.

Ezech. 2.

Epiſt. 161.

Qui aſſerunt, & qui in dubiū reuocant?

Ioan. 20.

Rom. 4.

In Aut. de priuileg. dotis, heret. mulie. non preſtandis in princip. coll. 8

Theopoleos, id eſt, Antiochiæ Syriæ.

Fallit hæreticos Diabolus.

ſeparant, Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes. Subdolus certè & aſtutus eſt Diabolus, eoq; plus metuendus & cauendus, qui hæreſes in Eccleſiam inuexit, qui per pacis & pietatis imaginem fallens (ut inquit S. Cyprianus) occultis acceſsibus ſerpit. Vnde & nomen ſerpentis accepit. Quemadmodum ab initio ſtatim mundi feſellit, & uerbis mendacibus incauta credulitate decepit: Sic Dominum ipſum tentare conatus, quaſi obreperet rurſus, & falleret, latenter acceſsit.

Cyprian. in tractatu de ſimplicitate prælat.

Hæreſes ex noua Diaboli arte.

Intellectus tamen eſt, & retruſus. Ac poſt aduentum Domini eadem aſtutia ſemper uſus eſt: Poſtquam enim uidit idola relicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitauit artem nouam, ut ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos: hæreſes inuenit & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, ueritatem corrumperet, ſcinderet unitatem. Qua arte & aſtutia primum hæreticos excitat, deinde per ipſos tanquã ſatellites & miniſtros ſuos, multos ex Eccleſia rapit: quorum ita mentẽ & animum faſcinat, ut Chriſtianos ſe uocent: & ambulantes in tenebris, lumen ſe habere exiſtiment, blandiente Diabolo, atq; fallente. Qui & ſæpe Chriſtum ſe eſſe mentitur, ipſo Domino præmonente, & dicente, Multi uenient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus. Secundum Apoſtoli uocem transfigurat ſe uelut angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos, uelut miniſtros iuſtitiæ: afferentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub uocabulo Chriſti, ut dum uериſimilia mentiuntur, ueritatem ſubtilitate fruſtrentur, Hæc Cyprianus. Sectas Hæreticorum Iſidorus enumerat plures Septuaginta, Epiphanius Epiſcopus Cõſtantiæ Cypri Octoginta, quas & doctiſsimè tribus contra eas æditis libris confutat. Multas etiam poſt illas ſubſequentibus temporibus natas, & ſancti patres confoderunt, & ſancta damnauit Eccleſia: Quas noſtra ætate enumerant, Bernhardus de Lucenburgo Dominicanus, Alphonſus de Caſtro Franciſcanus, & quidam alij: quæ dum in ſe multis erroribus diuiſæ inuicem ſibi diſſentiunt, communi tamen nomine aduerſus Eccleſiam Dei conſpirant.

Fallacia Diaboli.

Matth. 24.

2. Corin. 11

Eſa. 5

Multitudo Hæreſum.

Qui ſint Hæretici dicendi. *Cap. II.*

Panor. in c. firmiß. de hæret. Lucas de penna in. l. 1. C. de priuile. ſchol. lib. 12.

AB Hæreſi Hæreticus dicitur, qui ſibi, ſcilicet ex ſuo arbitrio, doctrinam falſam elegit, non ueram: quam Chriſtus Eccleſiæ ſuæ & Apoſtolis tradidit, & per eos in nos quoq; propagauit: amplectitur. Nec recipimus friuolas quorundam Etymologias, qui Hęreticum ab errando dictum eſſe affirmant: uel ab adhæreo, quòd erroribus adhæreat: uel ab herciſco, quia ſe ab unitate Eccleſiæ diuidat. Nam Græca uox eſt hæreſis ab αἱροῦμαι, quod eſt eligo: nihil commune habens cum Latinis dictionibus, erro, adhęreo. Porrò, ſunt qui Hæreticos eos tantum propriè appellandos cenſeant,

Error Etymologiæ.

Arch. in. c. hæreſis. 24. q. 3

cenſeant,qui in articulis fidei & ſacramentorum errant: Qui autem in his,quæ ad Cæremonias, ad diſciplinam & authoritatem & iudicia Eccleſiæ,ad Oeconomiam item Eccleſiaſticam pertinent,errant: eos Hæreticos non quidem propriè, ſed largè appellari exiſtimant. Ad quem modum dicunt Simoniacum: Item, quemlibet excommunicatum: Item,qui nouam opinionem inuenit: Item, qui priuilegia Romanæ Eccleſiæ infringit, & qui eius præcepta tranſgreditur: Item, contumacem,& quemlibet infidelem Hæreticos uocari. Et hi Hæreticum definiunt,ut ſit,qui à doctrina Chriſti Eccleſiæ,uel Apoſtolorum diſcedit,errans pertinaciter in articulis fidei,uel ſacramentis Eccleſiæ. Nos uero Hæreticum definimus eum,qui ſemel fidem Chriſtianam profeſſus,dogma falſum, contra fidem Orthodoxam,uel à Chriſto et Apoſtolis nobis traditam,uel ubilibet in ſcripturis ſanctis contentam,uel Eccleſiæ Catholicæ definitionibus nobis reuelatam, pertinaciter aſſerit:ſiue ad articulos ſymboli pertineat, ſiue ad ſacramenta, ſiue ad authoritatem & Iudicia Eccleſiæ, ſiue ad alias res, quas nobis credendas ſancta Romana & Apoſtolica præcepit Eccleſia.

Dixi,Qui ſemel Chriſtianam fidem profeſſus, Nam Iudæi & Pagani,etſi in fide noſtra errẽt,tamen nõ ſunt Hæretici dicẽdi,quia nunquàm fidem noſtrã profeſſi ſunt,nec exire ab Eccleſia poſſunt (quod eſt Hæreticorum) qui nunquàm in Eccleſia fuerunt. Immo Iudæos toleramus in teſtimonium fidei noſtræ,& ueritatis,ut alibi ſcribit Innocentius: Cuius ſententiam approbat Baldus. Nec ad fidem cogendi ſunt,ſed libera arbitrij ſui uoluntate et facultate,ut conuertantur,ſuadẽdi ſunt, nõ potius impellendi, ut in Cõcilio Toletano definitum eſt. Dixi,Pertinaciter aſſerit, id eſt,obdurato animo, non paratus ueritatem docentibus credere, & in obſequium Chriſti & Eccleſiæ intellectum ſuum captiuare. De eo enim dicitur, Peccator cum peruenerit in profundum malorum, contemnit. Vnde Gratianus: Valent. & Theod. hæreſim ipſam obſtinatioris animi dementiam appellant. Duo ergo in Hæreſi concurrunt: Vnum, quod eſt in intellectu,error,et eſt hæreſis initium: Alterum in uoluntate,quod eſt pertinacia, & eſt hæreſis complementum, ut Thomas docet. Ac de pertinacia Hæreticorum Leo Papa: Quid autem,inquit,iniquius eſt,quàm impia ſapere,et ſapientioribus doctioribuſq; non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt,quicunq; ad cognoſcendam ueritatem, aliquo impediuntur obſcuro: non ad Propheticas uoces,non ad Apoſtolicas literas, non ad Euangelicas authoritates,ſed ad ſemetipſos recurrunt: & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia ueritatis diſcipuli non fuerunt. Vnde qui uel ioco uel lubrico linguæ proferunt aliquid, quod cum uera fidei doctrina non conſentiat, non ob id Hæretici dicendi ſunt: quia emendare quod peccauerunt parati ſunt. Quanquàm propter leuitatem, arbitrio iudicis

Panor in d. c. Philip. decius. Conſil. 151. in prima parte.

Hæretici large dicti.

Quis proprie hæreticus.

Iudæi & Pagani nõ ſunt hæretici.

c. quod ſuper his. de uoto. Bald. con. 4:8 in 5. parte.

Card. Zabarel. cle. 1. § ſane. de uſuris. eodem Iudæis. 45. diſt.

Cle. 1. cum gl. de ſum. tri. & fide Cath.

prouerb. 18.

L. 2. C. de ſum. trin. & fi de Cath.

Duo ſunt in hæreſi, Error & Pertinacia.

Oldradus cõſ. 210.

Lucas de pena. l. 1. C. de priuile. ſchol.

24. q. 3. c. quid autem.

Cardi. in d. cle. unica. § ſanc. de uſuris

Gundiſaluus in tract. de hæret. 4 1.

ff. ad le. aquil. l. nam ludus de homicid. c. continebatur & ibi gl. Iano. in c. ne innitaris. de conſ. Bald. in l. captatorias C. de teſta. utilit. feli. in c. 1. de heret.

extraordinaria pœna plecti poſſunt: quia non ſunt permittendi ioci, quib. ad malum peruenitur, maximè quibus religio offenditur. Similiter, Qui in articulo dubio, in quo doctores Eccleſiæ diuerſa ſentiunt, unam partem amplectitur, etiam eam, quæ ab Eccleſia poſtea reprobata fuerit, non eſt Hæreticus dicendus. Sic Cyprianus, & qui eum ſequuti ſunt, in Concilio quodam Aphricano, Hæretici non fuerunt, qui affirmarunt Hæreticorum baptiſma eſſe iterandum. Secus ſi poſt definitionem Eccleſiæ pertinaciter in eadem ſententia perdurarent, quod Cyprianus non fecit, ut Auguſt. teſtatur. Addidi, Siue ad articulos ſymboli etc. Non ſolum enim Hæretici ſunt, qui in articulis fidei, & ſacramentis Eccleſiæ errant: ſed etiam, qui ſacram ſcripturam aliter interpretantur quàm ſpiritus S. flagitat: Item, qui noua & falſa dogmata & opiniones uel fingunt, uel inſequuntur, ut Ioan. Calderino, & Card. Zabarellæ placuit.

1. diſt. ſi quis Diaconus. Cald. conſ. 5. ſub tit. de her. Zabar. cle. 1. § ſane. de uſuris.

I. *Hæretici proprie dicti.* Sunt igitur Hæretici, qui non credunt ea, quæ in ſymbolo Eccleſiæ continentur, ut Arrius, Macedonius, Neſtorius, Eutiches: quorum errores in Quatuor primis principalibus Eccleſiæ Concilijs damnati ſunt.

II. *c. ad abolend. de heret.* Item, qui in ſacramentis Eccleſiæ errant, aliter docentes, quàm Catholica tradit Eccleſia, ut Berengarius, Lutherus, Oecolampadius, Zuinglius, & eorum ſectatores.

III. *In Aut. de priuileg. dot. mulierib. heret. nō preſt. feli. in c. ad abolen. de Hereti.* Item, Hæretici ſunt, qui non recipiunt ſacroſanctam & adorabilem communionem à uenerandiſsimis Eccleſiæ Catholicę ſacerdotibus, ſi pertinaciter credant, eam communionem non eſſe neceſſariam Chriſtiano. Quod ſi de animi pertinacia non conſtiterit: tamen hoc ipſo quod non communicant, ut ſuſpecti de hæreſi accuſari poſſunt.

IIII. *Vide doct. in c. accuſatur § ſanè de hereti. li. 6. Panor. cū quidam de iureiur. & in conſ. ſuo. 68. L. Nemo. C. de ſum. trini. & fid. Cath.* Item, qui docent, licitum eſſe, ſimul duas uxores ducere, quia in ſacramento matrimonij errant, ut author Dialogi de Polygamia anno ſuperiore æditi. Sed & qui ſimul duas uxores ducunt, idq́ue licere ſibi pertinaciter affirmant, Hæretici ſunt, quia in ſacramento matrimonij errant. Qui autem duas ſimul uxores ducunt palàm, tanquàm de hæreſi ſuſpecti accuſari poſſunt. Similiter Monachus profeſſus, transfuga, uxorem ducens, ſi id ei licere pertinaciter affirmet, Hæreticus eſt, ut Iacobo & Baldo placet.

V. *Cle. 1. § fi. de uſuris. Bald. con. 314. in 2. parte & conſ. 255. in 3. parte.* Item, ſi quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare præſumat, exercere uſuras non eſſe peccatum, pro Hæretico habendus eſt, Quia non credit Euangelio. Contra quem & eos, qui de tali crimine diffamati, uel ſuſpecti fuerint, locorum Ordinarius, & inquiſitores Hæreticæ prauitatis procedere poſſunt.

VI. *Bald. conſ. 95. primæ partis.* Sic & Hæretici ſunt Apoſtatę, qui fiduciam & ſpem in dæmones ponentes, uel ſanitatem corporis, uel tale aliquid, ſe eorum auxilio conſequi poſſe credunt, ut alibi ſcribit Baldus.

VII. *22. diſt. c. omnes.* Item, qui Romanam Eccleſiam negant aliarum Eccleſiarum eſſe caput, & illius authoritati derogant. Nam quiſquis cuilibet Eccleſiæ ius ſuum detrahit iniuſtitiam facit: Qui autem Romanæ Eccleſiæ priuilegium, ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum

capite

capite traditum, auferre conatur, hic procul dubio in hæreſim labitur:
& cum ille uocetur iniuſtus, hic dicendus eſt Hæreticus, ut inquit Ni-
colaus Papa. Item, qui Eccleſiam, & illius caput Romanum Pon- VIII.
tificem, negat poſſe condere Canones. Item, qui negat omnem iu- *Gl. in c. gen*
riſdictionem tam Eccleſiaſticam quàm temporalem in Eccleſia eſſe: *de Elect. li. 6.* IX.
nec Imperatorem hodie eſſe poſſe, niſi qui idem Chriſtianus ſit, iuxta
illud Pſalmi: Et nunc Reges intelligite, Eiuſq́ authoritatem omnem *Pſal. 2.*
ab authoritate Eccleſiæ & illius capitis pendere, Qui, inquam, hæc
negant, pro Hæreticis habendi ſunt, quia contra uerum ſcripturæ ſen
ſum authoritati Eccleſiæ detrahunt. Item, hæretici ſunt, qui in pub- X.
lica concione prædicant, non eſſe confitendum ſacerdotibus, nec eis *Petr. de Ancho*
ſoluendas eſſe decimas, nec dandas oblationes. Quod noſtris tempo *na. in Cle. 1. de*
ribus fecerunt, qui Ruſticorum ſeditionem excitarunt. Item, hære- *uſuris.* XI.
ticus eſt (ut Oldrado & Decio placuit) qui aſſerit, pœnitere non poſ- *Oldra. con. 27.*
ſe: & ſaluari eum, qui uſq́ ad ſenium in peccatis perdurauit. Quia nõ *Decio cõſ. 137*
credit quod ſcriptum eſt, Peccator in quacunq́ die cõuerſus fuerit, & *in prim. uolu.*
ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. *Ezech. 18.*
Item, qui dicunt, eo caſu peccatũ, etſi enormiſsimum fuerit, à Roma XII.
no Pontifice dimitti non poſſe: Quia Claues Eccleſiæ contemnunt, *Matth. 16.*
nec credunt quod ſcriptum eſt, Quæcunq́ ſolueris in terra, erunt ſo-
luta in cœlis. Rurſus uerò, inter Hæreticos numerandi ſunt, qui cre- *Augu. in lib.*
dunt Deum omnibus etiam in magna iniquitate uſq́ in finem uitæ *quæſt. Euang.*
perſeuerantibus, eo tantum nomine, quia Eccleſiæ unitatem, non *ſuper Matth.*
ſyncera dilectione ut bene uiuerent, ſed magis pœnarum timore te- *cap. 11.*
nuerunt: ueniam daturum. Simoniacus uero, excommunicatos, con- *1. q. 1. eos. c.*
tumaces, infideles, & ſimiles, & ſi & ipſi ab Eccleſia diuiſi ſunt (unde *quiſquis per*
et nonnunquàm Hæretici appellantur) tamen eis non proprie conue- *pecunias c. fer*
nit Hæreticorum appellatio. Sic nec Hæretici ſunt ſortilegi, & qui *tur.*
pocula amatoria adminiſtrant. Item, qui criminis conſcientia indig- *c. quicunq́ ſa*
nos ſe iudicantes, hoſtiam non conſecratam ſumunt. Nam etſi gra- *cros. 4. q. 1. c.*
uiter delinquunt, tamen neq́ in fide, neq́ in ſacramentis errant, nec *quod autem.*
nouum aliquem errorem, ſanctis ſcripturis & Eccleſiæ definitionibus *Cald. conſ. 5.*
contrarium fingunt. Qui autem dæmones inuocant, tum pro hære- *ſubbit. de hær.*
ticis habendi ſunt, cum eos adorandos exiſtimant, funeſta ſacrificia *Oldrad. conſ.*
eis offerentes, reſponſa ab ipſis, uelutià præſcijs futurorum petentes: *210. c. de hom.*
nam hi Idolatræ ſunt, honorem Deo debitum, dæmonibus tribuen- *de celeb. Miß.*
tes. Sin uero dæmonum opera ad tentandam pudicitiam alicuius *Tho. ſecunda*
mulieris, uel ad ſimile aliquid utuntur, ſuperſtitioſi potius appellandi *ſecundæ q. 95.*
ſunt quàm hæretici. Non enim à fide deficiunt, ſed in rebus prauis, *ar. 1.*
prauo demonum auxilio utuntur: Nec errant in fide, ſi diabo- *10. and. in add. ad ſpec in tit. de ſortileg. 26. q. 5. epiſc. Superſtitioſi.*
lum tentare poſſe creaturam credunt. Eſt enim propri- *Matth. 4.*
um diaboli, tentare: quem & Chriſtus Ten-
tatorem appellat.

Quale crimen ſit Hæreſis,
Cap. III.

ff. ad legem Iuliam Maieſtatis per totum.

EST autem hæreſis crimen grauiſsimum, quo maieſtas diui-
na grauiſsime læditur. Quod ſi enim humanam maieſta-
tem lædunt, qui honori et gloriæ Principis detrahunt, ſta-
tuas eius corrumpunt: quorum opera, conſilio, & dolo ma
lo, aduerſus Remp. arma ſumuntur, loca publica et Templa occupan-
tur, hoſtes Reip. conſilio uniuntur: Qui exercitum deſerunt, in inſi-
dias duxerint, perdiderint: qui exercitum ipſi aduerſus Remp. com-
parauerint: Optimo iure etiã Hæretici diuinã maieſtatẽ lædere, dicen
tur. Qui ſacrificia, ſacramenta, Cæremonias, et ſi quid aliud eſt, quod

Hæretici committunt crimen Læſæ Maieſtatis.

ad uerum cultum, gloriam, & honorem Dei pertinet, uel corrum-
punt, uel prorſus ſubuertunt: Qui ſcripturas diuinas deprauant, quæ
Deum uerius, quàm quæcunq; ſtatua & imago Principem, repræſen-
tant: Qui non ſolum ipſi militiam Chriſti deſerunt, ad hoſtem & ini-
micum Chriſti diabolum confugientes, ſed etiam aduerſus Chri-
ſtum exercitum comparant: nihil eorum intermittentes, quibus om-
nes Chriſto & Eccleſiæ Dei deuoti, in poteſtatem hoſtis diaboli re-

Organa Diaboli. Rom. 8.

digantur. Propter quod & ſancti patres, eos, alij quidem orga-
na Diaboli, alij uaſa iræ, & Deo odibiles appellãt. Apoſtolus Paulus:
ſapientiam carnis inimicam Deo eſſe dicit: huiuſmodi autem ſunt

Hæreſis Deo et Euangelicæ ueritati inimica. Fœlix Epiſt. 1.

omnia dogmata Hæreticorum, quæ Deo repugnant. Vnde &
hæreſis meritò inimica Deo dicetur. Quod & Fœlix Papa teſtatur,
qui nimis impiam uocat hæreſim, & Euangelicæ ueritatis inimicam:
Hæreſis, inquit, nimis impia, & Euangelicæ ueritatis inimica, quæ
non portionem aliquam lędere, ſed ipſa Chriſtianæ religionis cona-
tur fundamenta cõuellere. Quoſcunq; enim rapit ad ſe, non ſolum
in hoc uitium, ſed in multa alia uitia ruere facit: & ipſo ſuadente an-
tiquo hoſte, non ſolum perſecutores Eccleſiæ, ſed etiam ſacerdotum

L. 1. num. 45. C. qui accuſ. non poſſunt.

eius fiunt. Baldus alibi hæreſim, in quam quis ex ignorantiæ lu-
brico cadit, grauius delictum eſſe affirmat, quàm doloſum homicidi-
um: idq; propter nobilitatem ſubiecti, quia ponit os in cœlum, &
Deum blaſphemat, ideoq; propter nobilitatem rei quam offendit,
grauius delinquit. Item fures, & latrones, & ſacrilegi appel-

Hæretici fures dicuntur.

lantur, & quia oues Chriſti furantur fures, quia non per oſtium;
um, ſed per aliam partem furtiuè in ouile Domini ingrediuntur, de

+ intrat. Ioh. 10.

quibus Chriſtus in Euangelio dicit. Quia qui non + introijt per oſ-
tium in ouile ouium: ſed aſcendit per alteram partem, ille fur eſt &
latro. Et iterum, Amen, Amen dico uobis, quia ego ſum oſtium oui-

Abd. 1.

um: omnes quotquot uenerunt, fures ſunt & latrones. Item Abdias
Propheta, Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quomo-
do conticuiſſes? nonne furati eſſent ſufficientia ſibi? ſi uindemiatores
introiſſent

introiſſent ad te, nunquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Quo lo-
co, fures, latrones, & uindemiatores, hæreticos intelligit. Hierony-
mus: Fures, inquit, latrones, & uindemiatores, Hæretici ſunt, contra-
ria dogmata ueritati prædicantes, qui furantur ſufficientia ſibi, &
quotidie de Eccleſiæ gregibus rapere feſtinant. Iſti ingredientes ui-
neam Domini noſtri, quam de Ægypto huius ſæculi tranſtulit (de *Pſal. 79.*
cuius genimine uinum ſe bibiturum in Regno patris pollicetur) ita *Matth. 26.*
cupiunt uniuerſa populari, ut uix racemum relinquant in ea. Dicun-
tur & fures Hæretici, quia uerbum Dei furantur. De quibus ita ſcri- *Orig. in Epiſtola ad Rom. lib. 2. c. 2.*
bit Origenes: Hæretici furantur uerba Dei, & intellectum eorum
peruerſa expoſitione ſurripiunt, & adulterum ſenſum ad ſponſam
Chriſti Eccleſiam in Regios thalamos inducunt. Ideo de his recte di- *Rom. 2.*
citur: Qui prædicas non furandum, furaris: et qui dicis non mœchan-
dum mœcharis: & qui abominantur Idola ſacrilegium committunt:
precioſa uaſa de templo, id eſt, ueræ fidei margaritas de ſcripturis ſan
ctis furantes. Per quos nomen Dei blaſphematur inter gentes, *Blaſphemiæ*
dum caſta & honeſta dogmata Eccleſiæ, corruptis ac turpibus macu- *in Eccleſiam*
lantur hæreticæ prauitatis erroribus. Ex illis enim & infanticidij & *per hæreticos exoriuntur.*
inceſti, cæterorumq́ſcelerum probra, ad inuidiam ſanctę religionis,
exorta ſunt. Item Hieronymus, Sic in priori populo mentiebantur
Prophetæ atq; dicebant, Hæc dicit Dominus, Et uidi Dominum, & *Hiere. c. 23.*
uerbum Domini quod factum eſt ad illum & illum: Ita Hæretici aſ-
ſumunt teſtimonia ſcripturarum de ueteri & nouo teſtamento, & fu-
rantur uerba ſaluatoris, unuſquiſq; à proximo ſuo, Prophetis, Apo
ſtolis, & Euangeliſtis. Idem, Ob eandem rationem ſacrilegi ap- *Dan. 5.*
pellantur, qui abutuntur uaſis Domini, laudantes Deos ſuos aureos, *Cur ſacrilegi dicuntur hæretici.*
& argenteos, & æreos, ferreos, ligneosq́ & lapideos. De quibus ita
ſcribit Hieronymus: Hæretici omnes, & doctrina contraria ueritati,
aſſumunt uerba Prophetarum, & teſtimonijs ſcripturæ diuinæ ab-
utuntur ad ſenſum ſuum: & dat bibere ijs quos decipit, & cum quibus
fornicata eſt, tollit uaſa templi Dei, ut inebrietur in eis: & non Deum,
cuius uaſa ſunt, ſed Deos laudat aureos, & argenteos, & æreos, & fer-
reos, & ligneos, & lapideos. Aurei, uidentur mihi ij, qui ſæculari ra- *Qui ſunt Dij Aurei, Argenti, ærei &c.*
tione compoſiti ſunt: Argentei, qui habent eloquij uenuſtatem &
Rhetorica arte inſtructi ſunt: qui autem inſerunt fabulas Poëtarum,
& uetuſtis utuntur traditionibus, habentes inter ſe multam uel ele-
gantiæ uel ſtultitiæ differentiam, iſti uocantur ærei, & ferrei: qui au-
tem penitus inepta pro ponunt, lignei appellantur & lapidei.
Iidem à Chriſto & Apoſtolis lupi rapaces, Antichriſti, Pſeudopro- *Lupi rapaces et Antichriſti*
phetæ, & Pſeudoapoſtoli uocantur, ut apud Matth. Chriſtus, Atten- *Matth. 7.*
dite à falſis Prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, in-
trinſecus autem ſunt lupi rapaces. Et Ioan. Filioli, nouiſsima hora eſt, *1. Iohan. 2.*
& ſicut audiſtis, quia Antichriſtus uenit, nunc Antichriſti multi facti
ſunt,

ſunt, unde ſcimus quod nouiſsima hora eſt. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcum. Idem, Chariſsimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate, ſi ex Deo ſunt, quoniam multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei, Omnis ſpiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe, ex Deo eſt: & omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo nō eſt: & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, quia uenit & nunc iam in mundo eſt. Idem, Hoc eſt enim mandatum, ut quemadmodum audiſtis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum ueniſſe in carne, hic eſt ſeductor & Antichriſtus. Item, Chriſtus apud Matthæum, Et multi Pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos: & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Item Paulus Apoſtolus, Nam huiuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti: & non mirum. Ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non ergo eſt magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur, uelut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis eſt ſecundum opera ipſorum. De his omnibus ita Tertullianus: Chriſtus inſtruit multos eſſe uenturos ſub pellibus ouium, rapaces lupos: Pelles ouium ſunt ſuperficies exterior Chriſtiani nominis. Lupi rapaces ſenſus & ſpiritus, ſubdoli ad infeſtandum gregem Chriſti, intrinſecus latentes. Qui Pſeudoprophetæ, niſi falſi prædicatores? qui Antechriſti interim & ſemper, niſi Chriſti rebelles? qui Pſeudoapoſtoli niſi adulteri Euangelizatores? Ezechiel Propheta inſipientes Prophetas & cæcos appellat. Væ, inquit, prophetis inſipientibus qui ſequuntur ſuum ſpiritum, & nihil uident, quaſi uulpes, Vbi Hierony. Prophetarum nomen, inquit, ſecundum regulam ſcripturarum bonis maliſq; commune eſt: boni dicuntur ſapientes, mali ſtulti & inſipientes: Alterum refertur ad Eccleſiaſticos uiros, alterum ad omnes hæreticos: qui Dei ſpiritum relinquentes, ſequuntur ſpiritum ſuum, quia nequaquàm diuino † inſtructu, ſed proprio corde uaticinantur, unde & nihil uident: qui autem ſapiens eſt, non cordis ſui cogitationes, ſed Dei ſpiritum ſequitur, iuxta illud: Poſt Dominum Deum tuum ambulabis. Item deduc me in ſemitam rectam. Item, Spiritus bonus ipſe me deducet in terram. Et, Populo Dei, columna ignis et nubis erat dux in ſolicitudine. Item, Huius ſpiritū ſequutus Hieremias Propheta, Laboraui, inquit, ſequens te. Hæretici autem ſequentes ſpiritum ſuum, impingunt in tenebris, & cæci cæcos ducunt in foueam: qui licet plus ſe Eccleſiaſticis doctoribus uidere putent, tamen nihil omnino uident, quia ſolem iuſtitiæ perdiderunt: fruſtraq; imitantur eos, qui prius uocabantur uidentes: & quibus dicitur, Quid uides? uade, & recede in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adijcies ultra ut prophetes,

Pſeudo prophetæ. 1. Ioan. 4. 2. Ioan. 1. Matth. 24. Pſeudo Apoſtoli. 2. Cor. 11. Ezech. 13. Prophetæ, boni & mali. † inſtinctu. Oſe. 11. Pſal. 118. Pſal. 142. Exod. 14. Hiere. 6. Boni prophetæ dicti olim uidentes. Amos. 7.

prophetes. Quamobrem uiſio Hieremiæ & Abdiæ ponuntur in
Titulis. Et Dominus Apoſtolis præcepit. Leuate oculos ueſtros, & *Iob. 4.*
uidete regiones. Itẽ in Pſal. Reuela oculos meos, & cõſiderabo mira *Pſal. 118.*
bilia de lege tua. Origenes ianuas mortis et uiam inferni: Hiero. por- *Orig. in Expoſit. Iob.*
tas inferorum uocat hæreticos. Ianuæ mortis (inquit Origenes) &
uia inferni hæretici, qui nomen Chriſtianorum habentes, atq; ſpe *Hiero. in c. 16. Matth.*
ciem pietatis: & erroribus & impietatibus atq; ſeductionibus referti
ſunt.

De Hæreticorum, & eorum qui cum ipſis et erroribus eorum participant, differentia.
Cap. IIII.

POrro inter Hæreticos, eosq; qui à fide Catholica deficiũt, *Differentia inter Magiſtros & Diſcipulos in hæreſi.*
differentia quædam eſt. Nam quidam magiſtri ſunt, qui-
dam diſcipuli: Et inter diſcipulos quidam ſponte ſua ma-
giſtros ſectantur, quidam decepti, quidam coacti, et hi fre-
quens ciuitas ob multitudinem à Propheta appellantur. Omnium *Eſai. 11.*
autem peſsimi ſunt magiſtri: Eſaias, damulas fugientes: Petrus Apo- *Idem. 22.*
ſtolus, magiſtros mendaces uocat. De quibus Paul. Attendite, in- *2. Pet. 2.*
quit, uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſpriritus ſanctus poſuit *Act. 20.*
Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego
ſcio quoniã intrabunt poſt diſceſsionem meã lupi rapaces in uos, nõ
parcentes gregi. Et ex uobis ipſis exurgent uiri loquentes peruerſa,
ut adducant diſcipulos poſt ſe. De magiſtris dicitur in Eſaia pro- *Eſai. 22.*
pheta. Cuncti Principes tui fugerunt ſimul, dureq; ligati ſunt. Mi- *Magiſtri in hæreſi dure ligati dicunt.*
grauerunt hæreticorum principes (inquit Hieronymus) ad Syna-
gogam Sathanæ à Chriſti Eccleſia, & tranſierunt ſimul diſcordes in
perfidiam, in tranſitu concordes tranſierunt. Idem dicitur, Interfe-
cti tui non interfecti gladio, id eſt + ab hæreticis, deficientes propria *forte + ad hæreticos.*
uoluntate perierunt. De ijſdem dicitur: Omnes, qui inuenti ſunt,
uincti & ligati ſunt ab arcu omnium. De quo in Pſalmo. Quoniam
ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas, ut ſagittent *Pſal. 10.*
in obſcuro rectos corde. Durè ligati ſunt, quia obduruerunt aures
ſicut aſpides ſurdæ & obdurantes aures, quæ non exaudiunt uoces *Pſal. 57.*
incantantium, nec uenefici incantantis ſapienter. Principum au- *Princeps fugitiuorum principum, Draco.*
tem fugitiuorum ille Princeps eſt, quem Eſaias uocat draconem fu-
gientem, colubrum tortuoſum, qui cum uerba mortifera in aures mi-
ſerit deceptorum, dure eos ligat, & de uinculis ſuis exire non patitur. *Eſai. 13.*
De quibus ſanctus erutus, in Pſalmo gloriatur: Anima noſtra ſicut
paſſer erepta eſt de laqueo uenantium: Laqueus contritus eſt, & nos *Pſal. 123.*
liberati ſumus. Item, Dicet Domino, ſuſceptor meus es tu, & refugi-
um meũ, Deus meus, ſperabo in eum, Quoniam ipſe liberauit me de *Pſal. 90.*
laqueo uenantium, & à uerbo aſpero. Deceptos autem accipimus

plebem

Decepti, auream ſtatuam adorant. Dan. 3.

plebem carnalẽ, & ſimplicem: quæ aſtutia & fallacia, tum uarijs etiam eloquentiæ fucis & mendacijs decepta, per imprudentiã et ſimplicitatem falſa eorum dogmata amplectuntur, ac uelut ſtatuam Nabuchodonoſoris cadentes adorant. De quibus Hierony. Hæretici, inquit, qui uulgare eloquentiæ ſæcularis falſum dogma componunt, auream ſtatuam faciunt, & quantum in ſe eſt, perſuaſione compellunt, ut cadentes adorent idolum falſitatis. Item, Epiſcopi Aphricani (inter quos & Auguſtinus) ad Innocentium Papam de Pelagianis, & his qui ab eis decepti erant: Non agitur, inquiunt, de uno Pelagio, ſed de tam multis, quibus loquaciter cõtendentibus, & infirmas atq; ineruditas animas, uelut conuictas trahentibus: firmas autem & in fide ſtabiles, ipſa contentione fatigantibus, uſquequaq; iam plena ſunt omnia. Deijſdem Anaſtaſius Papa primus: ſunt ergo quidam eorum, ueſte ſua oues ſignificantes, interius uerò lupi rapaces, quos (iuxta ueritatis uocem) ex fructibus eorum debemus cognoſcere. Qui autem cœperunt aſſumere impietatem, illud quod occultabatur in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifeſtus. Inueniuntur quoq; infirmæ fidei homines & qui diuinas lectiones ſciunt: quos ſecum in perditionem præcipitant.

Hæretici Infirmos trahũt firmos fatigans.

Qui igitur hæreticorum doctrinam uel ſponte ſua, uel decepti ſequuntur, cæci à cæcis ducuntur, quos & intoxicati & iam præſtigiati, ſuam ipſorum perditionem non ſentientes, etiam amant & uenerantur. Atq; hæc eſt plebs illa carnalis, a magiſtris ſuis hæreticis decepta, quæ apud Prophetam dicit: Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, & lanam meam, linum meum, oleum meum, & potum meum.

Auguſt. lib. 3. de Bap. contra Donatiſtas

Oſee. 2.

Aug. Epiſt. 50

Ab hæreticis coacti, nõ numerantur inter hæreticos.

Alij coacti ſunt, quales inter Donatiſtas multos fuiſſe Auguſtinus teſtatur. Sic enim de ipſis ſcribit: Quid de illis dicamus, qui nobis quotidie confitentur, quod iam olim uolebant eſſe Catholici: ſed inter eos habitabant, inter quos id quod uolebant eſſe non poterant per infirmitatem timoris: ubi ſi unum uerbum pro Catholica dicerent, & ipſi & domus eorum funditus euerterentur. Verum, hi tametſi Catholicam ueritatem coacti libere non profitentur, quia tamen nihil Catholicæ fidei contrarium pertinaciter aſſerunt inter hæreticos minime numerantur. Nam ut coacta uera fidei confeſsio Catholicum non facit: ſpontanea enim non compulſa dicitur eſſe fidei profeſsio. Siquidem confeſsio quæ ex neceſsitate fit, fides non eſt, dicente Apoſtolo, Corde creditur ad iuſtitiam, ore fit confeſsio ad ſalutem: Ita nec coacti erroris aſſertio pro hæreſi imputari debet. Nam confeſsio in talibus nõ compulſa, ſed ſpontanea eſſe debet, ipſo domino atteſtante, qui ait, Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ, etc. Sic et in cæteris rebus non attendenda tantum ſunt quę fiunt, ſed etiam quo animo fiant, perpendendum.

Rom. 10.

Matth. 15.

Item eorum, qui à Catholica fide deficiunt, quidam uerè hæretici ſunt, quidam de

hæreſi

hæreſi ſuſpecti. Veri hæretici ſunt, qui manifeſtam & indubitatam
hæreſim docent. Suſpecti de hæreſi ſunt, de quibus indicia aliqua — Suſpecti de hæreſi.
ſunt, eos de Catholica fide male ſentire. Veluti ſi quis propter contu-
maciam excommunicatus, per annum in excommunicatione perdu-
ret, quia præſumitur male ſentire de articulis fidei, contemnendo per
tantum temporis poteſtatem clauium. Item, ſi quis conſiliũ uel auxi-
lium præſtet hæreticis. Quo caſu non ſolum perſonis, ſed etiam er-
rori fauere uidetur. Item uiſitantes hæreticos, dantes alimoniam, — Domi. C. 2. de
præbentes ducatum. Item, qui hæreticorum libros penes ſe habent, — Heret. lib. 6.
nec incendio conſumunt: Niſi tales ſint, quibus ex officio incumbat,
eorum doctrinam refellere: Quomodo & ſanctos patres hæretico-
rum libros legiſſe alio loco probauimus. Sed & ſigna & indicia, — L. 2. C. de hæ-
quantumuis leuia de hæreſi aliquem ſuſpectum reddunt, modo pro- — ret. c. literis de
babilia ſint: nam plenè ea probari oportet. Præterea hæreticorum — præſump.
alij ſemel lapſi ſunt, alij relapſi. Lapſos uocamus, qui uel per ſe uel ab — c. accuſatus in
alijs decepti, ſemel in hęreſim inciderunt. Relapſi ſunt, qui in hęreſim, — princip. de hæ-
de qua ante conuicti uel uehementer ſuſpecti fuerunt, denuo recide- — ret. lib. 6.
runt: ſi uero leuis ſuſpicio fuit, propter quam hæreſim abiurauit, de- — Hæreticorum alij Lapſi, alij Relapſi:
prehenſus poſtea in eadem hæreſi, lapſus, non relapſus dicetur. Sed — §. cũ uero eo.
& relapſus intelligitur non ſolum qui in hæreſim ſemel abiuratam re- — cap.
ciderit, ſed etiam qui in aliam inciderit. In eadem conditione eſt, qui — §. ille quoq;
poſt abiurationem hæreſis, hæreticos acceptat, deducit, uiſitat, amici- — eo. cap.
tiam ſiue ſocietatem cum ipſis contrahit, dona eis dat, et rurſus, ab ijſ-
dem accipit, fauorem eis impendit. Item alij ſunt credentes, alij fau — Qui dicuntur
tores, alij receptatores, alij defenſores hæreticorum. Credentes hę- — Credentes hę-
reticis ſunt, qui proprio ore fatentur, ſe hæreticorum doctrinis & er- — reticis. c. in actione de
roribus credere. Similiter qui facto teſtantur eorum ſe credere erro- — Pœn. diſt. 1.
ribus, ueluti qui reuerentiam ipſorum more eis exhibent, conſolatio- — Felinus in c.
nem communem ab eis recipiunt, eorum prædicationes frequentant, — Excommunica-
aliaq; faciunt, quæ ad ipſorum religionem & ritus pertinent. Nam — mus. de hæret. uerſ. nota ibi
eque huiuſmodi factis, ſicut uerbis, animi affectum demonſtrant. — priuilegia. C. de dolo.
Hæc enim ſunt iudicia illa perſpicua, ex quibus dolus probatur: nam — L. dolum.
proximè ad errores doctrinam & uitam hæreticorum reſpiciunt. Et — c. pœ in ſi. de
hij cum hæreticis eodem iure cenſentur, nam & ipſi pro hæreticis ha- — hæret.
bentur. Beatus Auguſtinus alibi inter hæreticum, & credentem — L. 2. & L. Quicunq;. C.
hæreticis, hanc differentiam facit. Hæreticus (inquit) eſt qui alicuius — de hæret.
temporalis commodi, & maximè gloriæ principatuſq; ſui gratia, — Aug. in lib. de
falſas ac nouas opiniones uel gignit uel ſequitur: ille aũt qui huiuſmo- — utilitate cre-
di hominibus credit, homo eſt imaginatione quadam ueritatis ac pie- — dendi. c. 1.
tatis illuſus. Fautores ſunt, qui fauorem hæreticis præſtant. Ali- — Qui fautores.
ter autem præſtant, qui magiſtratus gerunt, aliter priuati. Nam ma- — Magiſtratus.
giſtratus ex ſola omiſsione dicuntur fautores, ut quando condemna
tos ab Eccleſia non expellunt de territorijs ſuis, nec iuſtis pœnis affi-

23. q 3 qui potest. ciunt. Qui enim poteſt obuiare & perturbare peruerſos, & non facit, nihil eſt aliud, quàm fauere impietati eorum. Nec caret ſcrupulo
c. qui uitijs. 23. q. 8. ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Item qui uitijs nutriendis parcit, & fauet, ne contriſtet peccantium uoluntatem, non tam eſt miſericors, quam qui non uult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem: & non timet, ne uulneratum doleat uel extinctum. Item, qui crimina, quæ poterit emendare, non corrigit, ipſe committit. Sic inter fautores numerantur Poteſtates, Capitanei, Rectores, Conſules, et qui præſunt ciuitatibus: qui ad requiſitionem Ordinariorum, & Inquiſitorum, inſtitutiones contra hæreticos inuiolabiliter
Priuati. ſeruare recuſant. Priuati autem non fauent, omittendo ea, quæ ad eorum officium non pertinent: Neque enim fautor eſt hæreticorum priuatus, qui non capit eos, qui non corrigit. Nam ad officium magiſtratus ea pertinent, non priuati: Niſi priuato quoque tale aliquid in-
c. quiſquis. 11. q. 3. iunctum & mandatum fuerit, ueluti quod hæreticorum conuenticula denuncient, & ſimilia. Quo caſu & ipſe fauere hæreticis dicetur, ſi
Bald. l. 1. §. hoc autem ff. ad filla. & in L. non ideo, in ult. col. C. de accuſ. non aduerſus eos exequatur id, quod à magiſtratu ei fuerit mandatum. Vterque autem tam magiſtratus quàm priuatus, hæreticis fauere intelliguntur, quando auxilium eis præſtant. Auxilium eſt omne id, per quod hæretici audaciores fiunt, Catholici timidiores. Sed
Soccimus conſ. 182. in 2. parte & uerbo fauere hæreticis dicuntur, qui eorum errores excuſant, non quidem ex lubrico linguæ, ſed animo deliberato, ueluti ſi in publicis
c. Theugualdus. conuentibus aut frequentioribus hominum cœtibus dicant, non eſſe
c. ita n. q. 3. uera quæ ipſis & eorum doctrinis impinguntur &c. Et ad hunc mo-
c. ſcelus. 2. q. 1. dum Theugualdus Treuerenſis, & Guntharius Colonienſis Epiſco-
Qui Receptatores. pi, quia ſcelus Lotharij Regis, quod cum duabus mulieribus Theberga & Gualdrada commiſerat, excuſauerant, uidelicet præuaricatio-
L. 1. ff. de recepta L. congruit ff. de off. præſid. nem eius argumentis falſis tegentes, & ſub quadam Iuſtitiæ ſpecie, fucatis quibuſdam & exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruentes,
L. 1. ff. de ſe. corrup. de pace, ten. & eius uiol. c. ſi clericus. ubi Bald. tanquàm tutores & fautores ſceleris, à ſacerdotij officio, & dignitate Epiſcopali remoti ſunt. Receptatorum peſſimum genus eſt, ſine quibus latere nemo poteſt. Sunt autem receptatores, qui hæreticis refugium abſcondendi cauſa præſtant, uel in ſuo agro, uel in alio loco,
L. mariti. §. qui quæſtu. ff. de adult. c. fœlicis de pœn. li. 6. Oldrad. conſ. 36. domicilioue, eo animo, ut celati manus Iudicis euadant. Sed et qui hæreticum habitare ſecum patitur, Receptator rectè dicetur: Nec refert, ſiue ſæpius ſiue ſemel receptauerit. Nam & uno actu crimen receptationis contrahitur. Et idem ualet recepto, quod recipio apud Iureconſultos: ſicut et in alijs caſibus multa in iure ciuili, contra ſtrictam ratio-
L. ita uulneratus ff. ad. leg. Aquil. nem diſputandi, pro utilitate communi recipiuntur. Defenſores dupliciter dicuntur, quidam enim errorem, quidam perſonam de-
Qui Defenſores. fendunt. Peſſimi ſunt, qui errores defendunt, & multo damnabiliores his qui errant: Quia non ſolum errant, ſed etiam offendicula er-
c. qui aliorum 24. q. ult. roris alijs præparant, & confirmant. Vnde quia magiſtri erroris

ſunt,

ſunt,non tantum hæretici, ſed etiam Hæreſiarchæ ſunt dicendi. De quibus dicitur, Qui conſentit peccantibus & defendit alium delinquentē,maledictus erit apud Deum & homines,& corripietur increpatione ſeueriſsima. Item,Si quis peccantem defendit, acrius,puàm ille qui peccauit,coerceatur &c. Perſonam defendunt, qui ita protegunt hæreticos,ut impunè errores ſuos docere & prædicare poſsint, omnem ab eis iudicis conatum & animaduerſionem propellentes & impedientes.

Hęreſiarchæ. c.qui conſentit 11. q. 111.

De Origine & cauſis intrinſecis hæreſum. Cap. V.

EXcogitatis primum apud Ægyptios, & Phrygas, Phoenices,Et Babylonios,ac deinde ad Græcos etiã translatis religione & myſterijs, & traditionibus de dijs:eadem myſteria in hæreſes et ſectas, primum quidem in dogmatibus philoſophorum, deinde in Iudaiſmo,poſtremo in religione Chriſtiana compoſita atcꝫ diuiſa ſunt, ut ſcribit Epiphanius. Nos uero hic de hæreſibus non philoſophorum necꝫ Iudæorum, ſed ijs tantum quæ religionem Chriſtianam infeſtant,tractamus. Caput igitur & principium omnis hęreſis, temporibus Apoſtolorum à Simone mago quodam Samaritano cœpiſſe dicitur. Hic ſub Claudio Cæſare (ut refert Iuſtinus martyr) magicis artibus & ope dæmonum ſubleuatus, plurimis deceptis, Romæ Deus decretus eſt: & ſimulacri quaſi Deus honore donatus eſt, habentis titulum latinis literis conſcriptum, Simoni Deo ſancto. Idem quocꝫ miris modis Neroni Imperatori impoſuit,cui adiumentum uictoriæ, ſubiectiones gentium,uitæ longæuitatem,ſalutis cuſtodiam,feralibus artibus pollicebatur:atcꝫ ille credebat,ut qui uim rerum neſciret examinare. Blanditus eſt & Apoſtolis, & ipſe ſimiliter cum multis alijs baptizatus eſt à Philippo, Omnes uerò præter ipſum ſuſceperunt magnorum Apoſtolorum præſentiam,& per impoſitionem manuum ipſorum acceperunt ſpiritum ſanctum. Nam Philippus,cum Diaconus eſſet, non habebat poteſtatem manus imponendi, ut per hoc daret ſpiritum ſanctum. Simon igitur offerebat Petro Apoſtolo pecunias, ut daret illi poteſtatem exhibendi ſpiritum S. per manuum impoſitionem:Hac ratione ſecum inita, quod dare uellet multis promodica pecunia: atcꝫ ſic per exhibitionem ſpiritus, multas pecunias cumulare,ac lucrari: Cui Petrus,Pecunia tua tecum ſit in perditionem,quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri:non enim eſt tibi necꝫ pars, necꝫ ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectũ coram Deo etc. Fuerunt & aliæ hæreſes ſub Apoſtolis. Apoſtolus Paulus Corinthios reſurrectionem carnis nõ credentes, pluribus argumentis ad

Epiph. lib. 1. con. hereſes. Tomo. 2.

Simon magus, primus hæreticus.

Euſe. in Eccl. Hiſt. lib. 2. cap. 13.

Act. 8.

Alij hæretici temporibus Apoſtolorum

Hiero. aduerſus Luciferianos. uerum iter trahere conatur. Nicolaus, qui unus de ſeptem Diaconis fuit, diu noctuq; nuptias faciens, obſcœnos & auditu quoq; erubeſcendos coitus ſomniauit. Euangelium lacerauerunt Saturninus, Baſilides, Ophitæ: ſed & Choiium Carpocratem, & Cherintum, & huius ſucceſſorem Hebionem, tempore Ioan. Apoſtoli erupiſſe ferunt. Ac inter hos magis blaſphemi pernicioſioreſq; fuerunt, qui

Aug. contra Aduerſarii legis lib. 2. uel Deum uerum uel eius potentiam negarunt. De quibus et eorum ſucceſſoribus ita ſcribit Auguſtinus. Poſt Simonem Magum (inquit) fuerunt nonnulli diſcipuli eius in eadem impietate, poſteriores prioribus ſuccedentes. Quorum in ſucceſsione Quartus extitit Baſilides, qui primus aperte auſus eſt dicere Deum, quem gens Iudæa coluit, non fuiſſe uerum Deum. Poſt iſtos fuit etiam quidam Carpocrates, qui negauit iſtum uiſibilem mundum à ſummo Deo creatum, ſed à quibuſdam uirtutibus Dæmoniorum: Negans etiam legem, quæ per Moyſen data eſt, Deum dediſſe. Cerdon poſtea ſurrexit, qui primus inuenitur dixiſſe duos Deos, unum bonum, & alterum malum. Huius Cerdonis Marcion diſcipulus fuit. Apelles quoq; talia docuit. Scio tamen hæreticos, uiuentibus Apoſtolis prẹter paucos aliquos, in abditis locis delituiſſe: eorum autem, et qui pro

Lib. 3. Eccleſ. hiſt. c. 32. dierunt, parum profeciſſe conatum, ut apud Euſebium Egeſippus teſtatur. Poſt hæc idem ſcriptor Egeſippus addidit & hoc, quod uſq; ad illa tempora uirgo munda & immaculata permanſit Eccleſia, corruptoribus ueritatis & diuini uerbi temeratoribus nuſquàm omnino extantibus: aut etiamſi qui fortè fuerant, in occultis, & abditis hiatibus terræ deliteſcentibus. Vt uerò Apoſtolorum chorus, & omnis illa ætas, quæ à Domino ſuſceperat uiuæ uocis auditum, de hac luce diſceſsit, tum uelut in uacuam domum falſæ doctrinæ impius ſe error immerſit: et tanquàm ubi nullus iam diuini cenſus defenſor exiſteret, nudato (ut aiunt) capite, corripientes arma mendacij, oppugnare Apoſtolicam ueritatem nitebantur. Tum igitur hæreſes

Irruptiones hæreſum. agminatim in Eccleſiam irruerunt, una ſuper aliam, ut nunquam ferè ad hæc uſq; tempora quieta fuerit Eccleſia, ut ex Euſebio Epiphanio, Philaſtrio, Auguſtino, alijſq; ueteribus Eccleſiæ ſcriptoribus: & quorundam recentiorum ſcriptis, quibus hæreſes uariarum ætatum enumerantur atq; deſcribuntur, unuſquiſq; facile conijcere poteſt.

Cauſæ hæreſum. Sunt autem uariæ cauſæ, ex quibus hæreſes naſcuntur: & inter has quædam intrinſecæ, quædam extrinſecæ: Intrinſecæ ſunt, quæ hæreticis, atq; his qui hæreticos ſequuntur, adſunt. Prima igitur & præcipua cauſa hæreſum eſt peccatum, tam eorum, qui hæreſes & ſectas in-

Peccata hæreticorum. ſtituunt, quam populi in quo hæreſes oriuntur. Hæreticorum hæc ferè peccata ſunt, nimius amor ſui, inanis gloriæ cupiditas, ſuperbia, pertinacia, contentio, inobedientia, incontinentia, & quæ ſunt gene-

2. Timot. 3. ris eiuſdem: quæ Paulus Apoſtolus ad Timoth. ſcribens enumerat.

Hoc

Hoc autem ſcito,inquit,quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, Cupidi,elati, ſuperbi,blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti: ſine affectione,ſine pace,criminatores,incontinentes,immites,ſine benignitate,proditores,proterui,immundi, & uoluptatum amatores magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Inter hæc autem omnia unum promittit, quod eſt non ſolum hæreſis,ſed & eorum,quæ hæreſim ſequuntur cauſa: Hæc eſt,nimirum φιλαυτία,amor ſui,ex hoc enim omnia peccata alia oriuntur. Qui enim ſuis magis quàm proximi commodis proſpiciunt,nihil non audent, quo efferantur ipſi,proximi ſupprimantur. Ad elationem ſui referuntur cupiditas, elatio, ſuperbia, proteruia,pertinacia,incontinentia,uoluptatum amor etc. Ad ſuppreſsionem proximi blaſphemia, inobedientia, ingratitudo, contentio,criminatio,pacis turbatio,crudelitas, proditio, & ſimilia: de quibus omnibus poſthac, cum de hæreticorum moribus agemus. Sane his peccatis inuoluti, mirum non eſt, ſi à ueritate Catholica abhorrent. De his enim dicit Propheta. Me etenim de die in diem quærunt,& ſcire uias meas uolunt,quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, et quę iudiciũ Dei non dereliquerit. His ſiquidem uerbis planè declaratur,nec inuenire nec ſcire poſſe uias Domini, eum, qui iuſtitiam non fecerit, aut iudicium Dei ſui dereliquerit. Et Chriſtus apud Matthæum: Progenies uiperarum,quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Item Sapiens: Anima unius ſancti uiri enunciat aliquando uera magis, quàm ſeptem circumſpectores,qui ſedent in excelſo ad ſpeculandum.

Philautia, id eſt amor ſui.

Peccata,ex quibus oriuntur hæreſes.

Eſa. 58.

Matth. 12.

Eccle. 37.

Iam uerò & inter crimina, quæ ab amore ſui, tanquàm effectus à cauſa, prodire diximus,quædam & ipſa cauſæ ſunt hæreſum,ut gloriæ cupiditas, de qua Gregorius ſuper illud Iob. Reſpondete ſine contentione. Neq; enim hæretici,inquit,inquiſitionibus ſuis ueritatem conantur aſſequi, ſed uictores uideri etc. Vnde etiam apertis ſcripturis conuicti,tamen uictos ſe eſſe nolunt fateri:et dum propter uanam gloriam erubeſcunt corrigere errorem, non erubeſcunt in errore permanere: timentes ſcilicet ne coram hominibus confundantur,illa uidelicet confuſione,quæ peccatum adducit. Nam, ut Sapiens ait. Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gratiam. Peccatum adducit, tum quis erubeſcit corrigere errorem prauum,ne aut inconſtans putetur, aut diu erraſſe ſeipſo iudice teneatur. Hanc confuſionem timentes, Chore, Dathan & Abiron, uiuentes in infernum deſcenderunt, hiatu terræ abſorpti. Gratiam addit confuſio,cum erubeſcit quiſquis de propria iniquitate, & pœnitendo in melius commutatur. Quod hæretici facere negligunt,ne illis obijciatur illud, Si enim quæ deſtruxi iterũ hæc eadem ædifico,

Gloriæ cupiditas.

Iob. 6.

Duplex Confuſio.

Eccle. 4.

Num. 16.

Gal. 2.

 præuaricatorem

Lib. de utilita te creden c. hæretic 9. 24. q. 3.

prævaricatorem meipſum conſtituo, De his dicit Auguſtinus. Hæreticus eſt, qui pro alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ, principatuſq́; ſui gratia, falſas ac nouas opiniones gignit, uel ſequitur.

Hæretici per auaritiam. 1. Timoth. 6.

Item auaritia hæreſim gignit, De qua Paulus Apoſtolus, Qui uolunt diuites fieri, incidũt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa: & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt á fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Hoc uitio laborans Iudas Chriſtum uendidit.

Euſeb. lib. 9. Eccleſ. hiſt. c. 26.

Paulus Samoſatenus pauperrimus, ſed idem auarus, cum neq; ex parentum ſucceſsionibus, nec aliam quæſtus haberet occaſionem honeſtam, per occaſionem hæreſis, ex ſacrilegijs, & his quæ per fraudem diripuit, concutiens fratres, uendens patrocinia, et exiſtimans quæſtum eſſe pietatem, magnas diuitias corraſit.

Hæretici per incontinentiam carnis. Rom. 16.

De incontinentia carnis, quod & illa hæreſim efficiat, ita ſcribit Paulus, Rogo autem uos fratres, ut obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula per doctrinam, quam uos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis: huiuſmodi enim Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo uentri. Vbi Theophilactus, Ex hac igitur uentris ingluuie omnes eruperunt hæreſes. Ex hac ſiquidem radice pullularunt Cherinthi, Aerianorum, Iouiniani, & aliorum hæreſes, qui liberam hominibus per omne genus illecebrarum carnis poteſtatem permittunt. Ieiunia & corporis caſtigationes, quibus corporis cupiditates refrenantur, tollunt.

Ambitio & ſuperbia hæreſes pepererũt.

Similiter ambitio & ſuperbia, multas hæreſes pepererunt, ut de hæreſi Simonis Magi, Arrij, multorumq́; aliorum Eccleſiaſticę teſtantur hiſtoriæ.

Epiſtola 3. li. 1. ad Cornel. Papam.

Cyprianus, inobedientiam cauſam hæreſum eſſe ſcribit, maxime cum Romanæ Sedi obedientia ſubtrahitur. Cum hæc, inquit, tanta & tam multa alia exempla præcedant, quibus ſacerdotalis autoritas & poteſtas, diuina dignatione firmatur, quales eſſe putas eos, qui ſacerdotum hoſtes, & contra Eccleſiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri Iudicij ultione terrentur? Neq; enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſchiſmata, quàm inde, quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur: nec unus ad tempus in Eccleſia ſacerdos, & ad tempus Iudex uice Chriſti cogitatur &c.

Ezech. 14.

Sed et propter peccata populi permittit Deus, ut qui præſunt populo, incidant in errores, quo minus quæ uera ſunt populum docere poſsint, De quibus ita apud Ezechielem Prophetam legimus: Et factus eſt ſermo Domini ad me dicens, Fili hominis, iſti uiri poſuerunt immundicias ſuas in cordibus ſuis, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſta[illegible]runt contra faciem ſuam. Nunquid interrogatus reſpondebo eis? Propter hóc loquere eis & dices ad eos, hæc dicit Dominus Deus. Homo homo de domo Iſrael, qui poſuerit immundicias in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſtatuerit contra faciem ſuam, &

ueneris

uenerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum, ut capiatur domus Iſrael in corde ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis Idôlis ſuis. Propterea dic ad domum Iſrael, hæc dicit Dominus Deus, Conuertimini, & recedite ab Idolis ueſtris, & ab uniuerſis contaminationibus ueſtris, auertite facies ueſtras. Quia homo homo de domo Iſrael, & de proſelytis quicunq; aduena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fuerit à me, & poſuerit Idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuã: et uenerit ad prophetam ut interroget per eum me: Ego Dominus reſpondebo ei per me, & ponam faciem meam ſuper hominem illum, & faciam eum in exemplum et in prouerbium: et diſperdam eum de medio populi mei, & ſcietis, quia ego Dominus. Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit uerbum, ego Dominus decepi Prophetam illum, & extendam manum meam ſuper eum, & delebo eum de medio populi mei Iſrael. Et portabunt iniquitatem ſuam: Iuxtà iniquitatem interrogantis, ſic iniquitas Prophetæ erit. Alia cauſa hæreſum, eſt aſſidua gentilium librorum lectio (ut ſcribit Alphonſus) in ijs maximè rebus, quibus legentium animus corrumpitur, & ad impietatem inducitur. Nam ſi bonos mores corrumpunt colloquia praua: quanto magis lectio librorũ, qui omni impietate et prauitate pleni ſunt? Qualia ſunt multa ſcripta Poetarũ, Philoſophorum, & quarundam etiam prophanarum hiſtoriarũ. In quibus uerò ea docentur, quę ad uirtutem pertinent, ea minime prohibenda eſſe cenſemus. Ac de ijs quidem tale ferè profert iudicium Baſilius Magnus. Primum quidem, inquit (ut à poetarum diſciplinis, quod uarij ſint in dicendo, incipiam) non omnibus quæ dicunt mentem adhibendam: ſed eis tantum quæ bonorum hominum facta dictaue nobis enarrauerunt, illaq; imitari & omnibus modis ſimiles eis eſſe conari cenſeo. Quando uerò ad infames & nefarios homines ueniunt, hæc omnino uitare, his aures obſtruere non minus quàm Vlyſſem ad cantus Syrenarum feciſſe dicunt, oportebit. Nam prauis aſſueſcere ſermonibus, uia quædam eſt ad rem ipſam. Ideo omni cuſtodia animi curandum eſt, ne per ſermonis uoluptatem deliniti, prauum aliquid ſimul aſſumamus: Veluti qui uenenũ cũ melle concinnant atq; occultant. Non itaq; Poetas laudamus contumelioſos, non cauillantes, aut ſcommata iactantes, non amantes, uel ebrios: non qui in cibis & menſarum lauticijs, ſeu cantibus obſcœnis, fœlicitatem ponunt. Ante omnes uerò, qui de Dijs diſſenſerunt, præſertim ſi plures aut diuerſos ponunt, minime inter ſe concordes. Eadem quoq; de hiſtoricis dicere habemus, eis maximè, qui ut audientium animos corrumpant uerba faciunt. Artem uerò oratoriam ad decipiendum inſtitutam nequaquàm imitabimur. Nam neq; in iudicijs, neq; in

Marginal notes: Gentilium librorum lectio. — 1. Corinth. 15. — Baſilius. — In ſermone ad Adoleſc. quomodo ex gentilium doctrinis proficiant. — Qui Poetarũ ſint uitandi. — Quomodo legendi ſunt Hiſtorici et Oratores.

1. Corinth. 6.

Similitudo a floribus.

actionibus accõmodandum nobis eſt mendacium, uiam uitæ rectã ac ueram ingredientibus: quibus non contendere iudicio, lege præcipitur, ſed ea magis illorum recipiamus, in quibus uirtutem laudauerunt & uitium uituperauerunt. Velut enim florum reliquijs quidam uſq; ad odorem uel colorem eſt uſus, apes autem mel ex ipſis excerpere norunt: Sic & qui diligentes in legendo exiſtunt, non ſolum quod dulce, iucundumq́; fuerit, in eorum libris perſequuntur, ſed quandam ex eis utilitatem animo referre contendunt. Velut item apes, non omnibus floribus ſimiliter inſidunt, neq; ex eis, ad quos accedunt, omnia auferre conantur, ſed quantũ ipſis ad opus neceſſarium fuerit compræhendentes, reliquum dimittunt: Nos etiam ut ſobrij ſapienteſq;, quantum congruum nobis propinquumq́; ueritati ex ipſis fuerit, perſequamur, reliquum prætereamus. Et ſicut in legendis roſis ſentes uitamus: ſic in talibus ſermonibus quicquid eſt utile carpentes, noxium uitemus.

Doctrina uirtutum præcipue intendenda in lectione Gentilium.

Statim igitur ab initio quamlibet doctrinam conſyderare, & ad finem certum accommodare, atq; ex Dorico prouerbio, lapidem ad funiculum applicare oportebit. Et quando per uirtutem ad uitam hanc ueram aſcenditur, uirtus autem ipſa plurimum à Poëtis, hiſtoriographis, multo magis & philoſophis, commendatur, talibus eorum ſermonibus maxime uacandum. Poſtremo antiquorum actiones, factaq; ſtudioſa, Poëtarũ uel hiſtoricorũ ſcriptis cuſtodita, & memoranda et imitãda eſſe docet: & multa ex his exẽpli cauſa enumerat, ut his ipſis inſtructi, in cęteris quoq; quid ſequendum fugiendumq́; ſit, idem iudiciũ ferre poſsimus. Atq; hæc ferè, aliaq; ad eundem modum, de gentilium ſcriptis à Baſilio diſſeruntur: quæ tamen præcipuè ad mores referuntur, uitamq́; rudis adoleſcentiæ formandam.

Quæ utilitas ad doctrinam fidei in libris gentilium.

Cæterum quod ad doctrinam fidei pertinet, gentilium libri in multis quidem utiles ſunt: in multis etiam doctrinæ Pietatis aduerſantur. Vtiles ſunt, quia & rerum cauſas demonſtrant, & hiſtorias habent, ad intellectum ſacræ ſcripturæ conuenientes: tropos item & figuras docent, ad percipiendum ſcripturarum ſenſum neceſſarias, & his alia multa ſimilia. Quæ quidem omnia ex gentilium libris ad ſanam doctrinam, non tanquàm gentilium propria, ſed tanquàm ab ipſis iniuſtè poſſeſſa transferimus.

Lib. 2. c. 40. de doct. Chriſtiana.

Quod Auguſtinus declarat his uerbis. Ægyptij non ſolum idôla habebant, & onera grauia, quæ populus Iſrael deteſtaretur & fugeret: ſed & uaſa, & ornamenta de auro & argento, & ueſtem: Quæ ille populus exiens de Ægypto, ſibi potius tanquàm ad uſum meliorem uendicauit: non authoritate propria, ſed præcepto Dei, ipſis Ægyptijs neſcienter commodantibus, ea quibus non bene utebantur. Sic doctrinæ omnis gentilium, non ſolum ſimulata & ſuperſtitioſa figmenta, graueſq; ſarcinas ſuperuacanei laboris habent, quæ unuſquiſq; noſtrum, duce Chriſto, de ſocietate gentiliũ exiens, debet

abominari

abominari atq; deuitare: ſed etiam liberales diſciplinas uſui ueritatis aptiores, & quædam morum præcepta utiliſsima continent, deq; ipſo uno Deo colendo nonnulla uera inueniuntur apud eos. Quod eorum tanquàm aurum & argentum, quod non ipſi inſtituerunt, ſed de quibuſdam quaſi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ ubiq; infuſa eſt, eruerunt, & quo peruerſe qui iniurioſe ad obſequia dæmonũ abutuntur, cum ab eorum miſera ſocietate ſeſe animo ſeparat, debet auferre Chriſtianus ad uſum iuſtum prædicandi Euangelium, Veſtem quoq; illorum, id eſt, hominum idem inſtituta, ſed tamen accommodata humanæ ſocietati: qua in hac uita carere non poſſumus accipere atq; habere licebit, in uſum conuertenda Chriſtianum. Hæc Auguſtinus. Deinde utiles ſunt gentilium libri, ut ex his ipſis edocti, commodius eorum errores confutare poſſimus. Ad quem modum Origenes olim gentilium ſcripta legit, ut ipſe apud Euſebium de ſeipſo teſtatur, dicens, Cum uerò ad uerbi Dei ſtudia me conuertiſſem; & fama de nobis celebrata haberetur, atq; ob id nonnulli Philoſophorum uel ad percunctandum, uel ad obſiſtendum adire nos, et congredi conuenirent: hæreticorum quoq; quam plurimi ad impugnandos nos excitarentur, uiſum eſt mihi uel Philoſophorum uel hæreticorum dogmata diligentius perſcrutari, ne ad conuincendos eos ſi ignorarem, quæ apud ipſos ſunt, imparatior inuenirer. Hoc autem fecimus, exemplum ſequentes prioris noſtri Apoſtolici uiri Panteni, qui in Græcorum ſtudijs & Philoſophiæ eruditionibus quàm maxime effloruit. Sed & Heraclæ, qui nunc apud Alexandriam cathedram Presbyteri adornat, quem ego apud magiſtrum Philoſophorum reperi, illis ſtudijs aliquot iam annis operam dantem, priuſquàm ego uel omnino inciperem. In tantum autem nihil ex ſupradicto uiro obtrectationis exortum eſt, ut etiam communem habitum, quem prius geſſerat deponens, Philoſophica aſſumeret indumenta, quibus uſq; ad præſens uti non deſtitit: libros quoq; Philoſophorum legere, & in locis exerceri pro uiribus nunquàm ceſſat, hæc ipſe Origenes pro ſe querulis quibuſdam reſpondet. Item Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus apud eundem Euſebium. Ego, inquit, & tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perſcrutor, etſi uidear ad horam uerbis eorum pollui: Sed multum mihi confert hoc ipſum, quod ex eorum uerbis arguere eos poſſum. Deniq; cum aliquis ex fratribus et cõpresbyteris prohiberet me, nec hęretica lectione tanquàm cœni alicuius fœtore pollueret: Viſio mihi quædam à Deo oſtenditur, quæ me confirmaret, & ſermo ad me factus eſt, hæc mihi erudienter proloquens, lege omnia quæcunq; in manus tuas uenerint quia probare ſingula quęq; et diſcernere potes, Quandoquidem ex initio hæc tibi fuit cauſa credendi. Amplexus ſum uiſionem, quia et Apoſtolicæ ſententiæ concordabat dicenti, Omnia legite, quæ ſunt bona

Quid Aurum & Argentum Ægyptiorum

Quid eorum uestes.

Origenes quo animo legit libros Gentilium.

Lib. 6. c. 16.

Exẽpla Panteni & Heraclæ.

Heraclę habitus Philoſophicus.

Lib. 7. c. 6.

Veritas ex lectione librorum hæreticorum.

1. Theſſ. 5. bona tenere. Quod autem gentilium libri in multis doctrinæ Chri
Gentilium libri in quibuſdam fidei noſtræ aduerſantur. ſtianæ aduerſentur, Paulus Apoſtolus aliquoties admonere uidetur. Cuiuſmodi eſt quod ad Colloſſ. ſcribit. Videte, inquit, ne quis uos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam. Item hæc autem di-
Colloſſ. 2. co, ut nemo uos decipiat, in ſublimitate ſermonũ. Quibus locis ſapientiam & eloquentiam gentilium, quatenus ueritati fidei repugnant, cauendas eſſe admonet, ſiquidem gentiles Chriſtum ignorantes, nihil recipiebant quod non euidentibus argumentis comprobarent: Imò tanquàm ſtultitiã deridebãt, quod non eorũ conueniret iudicio.
1. Corinth. 1. Quod idem alio loco teſtatur. Iudæi, inquit, ſigna petunt, & Pauli Græci ſapientiam quærunt: nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, Ipſis autem uocatis Iudæis atq; Græcis Chriſtum Dei uirtutem, & Dei ſapientiam. Quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. Illud præterea quod per Philoſophiã aſſerebant, eloquentia ac perſuaſibilibus ſermonib. probabile reddebãt: Qua re multis contra ueritatẽ imponebãt. Vnde idem Paulus Romanos, poſtq; ab hęreticis eos cauere
Rom. 16. pręcepit, ne eloquentia eorum perſuaſi, à ueritate aberrent: illud etiam addit, Per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Sed audiamus iam de eadem re ſanctos patres de Philoſophia ita ſcribit Tertullianus. Ipſæ deniq; hæreſes à Philoſophia ſub-
Tertul. lib. de preſcrip. her. Errores hęreticorũ ex Philoſophia. ornantur. Inde æones, & formæ neſcio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum, qui Platonicus fuerat. Inde Martionis deus melior de tranquillitate à Stoicis uenerat, et uti anima dicatur interire, ab Epicureis obſeruatur: & ut carnis reſtitutio negetur, de una uita omnium Philoſophorum ſchola ſumitur: & ubi materia cum Deo ęquatur, Zenonis diſciplina eſt: & ubi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus interuenit. Eędem materię apud hęreticos et Philoſophos, uolutantur, ijdem retractus implicantur, hæc Tertullianus. Idem alibi
Idem li. aduerſus Hermog. hæreticos Philoſophorum patriarchas appellat, alibi de Philoſophorum ingenijs omnem hæreſim ominari dicit. Cyprianus Philoſophorum rationes cum Chriſtianorum rationibus pugnare ſcribit. His adde, quod Hieronymus ſcribit, Arrianorum, Origeniſtarum, aliorumq; circa diuinas perſonas errores, ex Philoſophia ſeminarium duxiſſe. Euſebius ſcribit Artemonitas errorem ſuum, cõtemptis ſcrip
Lib. 5. ca. 28. turis, Philoſophia communijſſe. In tantum, inquit, ſtultitiæ impietatisq; prolapſi ſunt, ut ſi quis eis ſermonem de ſcripturis propoſuerit,
Artemonitæ præ Philoſophia ſcripturas cõtemnebant tanquam Geometræ. illi à contrario proponant, utrum hic ſermo, de quo agitur, coniunctum aut ſeparatum genus ſyllogiſmi faciat, & derelinquentes ſanctas Dei ſcripturas, Geometriam tractant: Tanquàm qui uerè de terra loquuntur, & ideo eum, qui de ſurſum eſt, et de cœlis uenit, igno
Ioh. 3. rant. Deniq; Euclides apud eos uel maximè in Geometriæ diſciplinis uiget, ſed & Ariſtotelis & Theophraſtus ab his in admiratione habentur.

bentur. Galenus uerò à nonnullis eorum & adoratur. Quorum arti-
bus & diſciplinis hæreſeos ſuæ impietatem nituntur aſſerere, & de-
ceptionibus hominum ignorantium Deum, ſimplicitatem diuina-
rum ſcripturarum & ſynceritatem fidei ſubruunt. Poſtremo illud Multiplex differentia inter Philoſophiam et Theologiã.
addo, aliam eſſe ſapientiam mundi, aliam Dei: alium hominem ſa-
pientia Dei præditum, alium humana: ille ſiquidem ſpiritualis eſt, hic
carnalis. Sed & longe diuerſa rerum tractandarum ratio eſt in Phi-
loſophia & Theologia. Illa ſiquidem in demonſtrationibus ſuis, dia-
lecticis argumentis utens, ca&quoties;uario uerborum lenocinio exornans,
in ſublime fertur, & ita res tractat, ut humano intellectui certæ, & ne-
ceſſariæ, & quodammodo infallibiles eſſe uideantur: Hæc uerò in
ſimplicitate ambulans, nulliſq; Philoſophorum argutijs uſa, aut
Rhetorum fucis, omnia in ſpiritu docet, & uirtute Dei. Quod Pau- 1. Corinth. 2.
lus ad Corinthios ſcribens his uerbis teſtatur: Et ego, inquit, cum
ueniſſem ad uos fratres, ueni non in ſublimitate ſermonis aut ſa-
pientiæ, annuncians uobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui
me ſcire aliquid inter uos niſi Ieſum Chriſtum & hũc crucifixum, &
ego in infirmitate, timore, & tremore multo fui apud uos: & ſermo
meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ
uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis, ut fides ueſtra non ſit in
ſapientia hominum, ſed in uirtute Dei. Sapientiam autem loqui- Sapientia
mur inter perfectos, ſapientiam uerò non huius ſæculi, neq; princi- Pauli.
pum huius ſæculi qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam
in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſæ-
cula, in gloriam noſtram, quam nemo principum huius ſæculi co-
gnouit. Si enim cognouiſſent, nunquàm Dominum gloriæ cruci-
fixiſſent. Scriptum eſt, quod oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in Eſai. 64.
cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.
Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſanctum. Spiritus enim
omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim ſcit hominum Sapientia Chriſtianorũ per ſpiritũ ſanctum.
quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ
Dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei. Nos autem non ſpiritum
huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ
à Deo donata ſunt nobis. Quæ & loquimur, non in doctis huma-
næ ſapientiæ uerbis, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualib. ſpiritualia
comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpi-
ritus Dei, ſtultitia eſt enim illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiri-
tualiter examinatur, Spiritualis autem iudicat omnia, et ipſe à nemi-
ne iudicatur, ſicut ſcriptum eſt. Quis enim cognouit ſenſum Domi- Eſai. 40.
ni, aut quis inſtruxit eum? Nos autem ſenſum Chriſti habemus. Hæc
ad Corinthios Apoſtolus. Nec tamen ita humilis eſt, & abiectus
ſermo diuinus, quin ipſe quoq; in ſublimitate feratur, non quidem
humanæ ſapientiæ, ſed ſpiritus Dei à uero modus etiam dicendi,

quo

hæreticos, ueræ & Catholicæ fidei ueritatem ſubuertere conatur: Propter quod ſancti patres ipſum, interdum regem, interdum patrem hæreticorum uocant. Diuus Hieronymus ait, hæreticos diaboli ſpiritum in alis ſuis ligaſſe, ut qui circumferuntur omni uento doctrinæ, & ſtabili pede in Eccleſia permanere non poſſunt.

Hiero. in comment. in Oſeā. cap. 4.

Quis dat intellectum eorum, quæ ad hæreſes faciunt? Diabolus, inquit Tertullianus, cuius ſunt partes interuertendi ueritatem, qui ipſas quoque res ſacramentorum, in myſterijs Idolorum æmulatur. Auguſtinus dicit, priuilegium diabolicum hæreticorum eſſe, ut quicquid eſt in Euāgelio, uel in Epiſtolis canonicis, quo adiuuari hęreſim ſuam putent, id eſſe à Chriſto & Apoſtolis dictū, teneant atque ſuadeant: Quicquid autem ex iiſdem codicibus aduerſus eos ſonuerit, imiſſum ab infalſatoribus, ore impudenti ac ſacrilego non dubitent dicere.

Lib. 22. contra Fauſtum Manicheum.

Regula Diaboli pro hæreticis.

Altera cauſa hæreſim extrinſecus efficiens, eſt negligentia Prælatorum. Eam accipimus, quando Prælati uel ea negligunt quæ ſunt officij ſui, uel ea agunt quæ ſunt aliena & contraria officio ſuo.

Secunda cauſa, eſt negligentia Prælatorum.

Pręlatorum officiū eſt, ut diligenter curent atque cuſtodiant gregem, ne in caules irrumpentes lupi, hæretici, oues diripiant, et in baratrum errorum ſuorum perducant. Id officium ne deſerant Paſtores, rectè ab Apoſtolo admonentur his uerbis: Attendite uobis & uniuerſo gregi ueſtro, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Tunc autem Eccleſiam regunt, cum ſubditos uerbo Dei paſcunt, & ſacramentorum pabulis reficiunt, eosque ne in luporum inſidias incurrant, diligenter cuſtodiunt: Tunc autem negligentes ſunt, cum hæc ipſa intermittunt.

Attendere gregi.

Act. 20.

Regere Eccleſiam.

Vigilandum eſt igitur Prælatis, ut hæc diligenter pręſtent: non dormiendum, ne quod facere tenentur negligant. Sunt enim Prælati domini illi, de quibus Euangelica parabola: qui ſeminarunt bonum ſemen in agro ſuo, quibus dormientibus uenit inimicus, & ſuperſeminat zizania in medio tritici. Ager mundus eſt, bonum ſemen filij regni Catholici: zizania, filij nequam, hęretici et ſchiſmatici, ex eodem ſemine Euangelij & Chriſti nomine procreati, et prauis opinionibus ad falſa dogmata conuerſi: Inimicus, qui ſeminauit ea, eſt diabolus.

Declaratio Parabolæ de zizania.

Matth. 13.

Tunc dormiunt prælati, cum non docent populum uerbum Dei. Illis ſiquidem dictum eſt: Prædicate Euangelium omni creaturæ, quod cum non faciunt, primum oues in uerbo doctrinæ paſcere negligūt, maxime ſi increbreſcentibus hæreſibus taceant, nec graſſantibus lupis reſiſtāt. Ideoque mercenarij magis quàm paſtores dicēdi ſunt: Propheta canes mutos uocat, non ualentes latrare. Hij ſunt, ad quos alius Propheta ait: Nō aſcendiſtis ex aduerſo, neque poſuiſtis uos murū pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini. Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis uoce libera, aduerſis poteſtatibus contraire: Et in die Domini in prælio ſtare, eſt prauis decertantibus ex

Quō dormiunt Prælati.

Mar. cap. ult.

Mercenarij et canes muti.

Eſai. 56.

Ezech. 13.

Quid eſt, Ex aduerſo aſcendere, et in prælio ſtare.

Thren. 4. tibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Hij ſunt etiam, quos culpat alius propheta, dicens: Paruuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis.

Deinde populum, qui in tenebris ignorantiæ iacet, illuminare: quod et ipſum ad Prælatorum officium pertinet. Negligunt, dum uerbum Dei eis ſubtrahunt, ſiquidem lucerna (ut inquit Pſalmus) pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis. Item, Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Subtracto igitur uel potius non communicato uerbo Dei populo, neceſſe eſt, ut dum ueritatem à paſtoribus non docentur, in quoſuis errores ab hæreticis facilime perducantur. Ita enim fit, ut dum incultus ager Domini iacet, facile in ipſo & ſponte uepres naſcantur: quanto magis, ſi in ipſum etiam zizania ſeminentur? In eadem culpa ſunt paſtores & Prælati, qui prædicandi officium ijs committunt, qui non ſunt idonei, & qui peritiam ſcripturarum non habent: neque enim rectè ſcripturas uel iudicare uel prædicare poſſunt, qui ſcripturas ignorant. Ideoque tam in diuinis quàm Philoſophorum doctrinis nec tutum eſt nec honeſtum (ut inquit Cyprianus, in prologo libri de Cardinalibus operibus Chriſti) ineruditos & ignaros ſenſuum ad literas illas pertinentium, proſilire ad diſcuſsionem eorum quæ neſciunt, & de his ſibi uſurpare magiſterium, quæ ignorant. Huius rei forma Seraphin faciem Dei & pedes uelat, & patentibus, quæ in medio ſunt principium fineméque maieſtatis diuinæ alarum extenſio, infra ſupráque operiens, aditum ad ſe temerarijs tractatoribus uel ſcriptoribus interdicit. Præterea multarum hæreſum cauſa fuit, quod uel negligentia Prælatorum, uel metu Tyrannorum ſynodi tam uniuerſales, quàm particulares, rarius quàm oportuit, celebratæ fuerunt, ut alibi à nobis plene dictum eſt. Propter impietatem & indulgentiam principum ſecularium hæreſes naſcuntur, uel natæ augentur: quando principes ipſi uel hæretici ſunt, uel hæreticis fauent, uel officium ſuum in extirpandis hæreſibus negligunt. Sic propter hæreſim Conſtantij & Valentis, Arriana hæreſis in tantum aucta fuit & confirmata, et in tantum etiam tempus protracta, ut ab eorum ſucceſſoribus Chriſtianis principibus uix tandem quàm maximis laboribus utcunque ſedari: funditus autem nunquàm extirpari potuerit. Certum eſt enim, ex illius reliquijs Mahumeticam ſectam originem duxiſſe, quæ cum magno totius Chriſtianitatis detrimento etiam hodie maximā orbis partem occupat. Similiter & multas hæreſes, principum partim impietas, partim in hæreticos fauor & indulgentia peperit, ut de Zenone, Valente, Anaſtaſio, Heraclio, Iuſtiniano (ultimo in Heraclianæ gentis principe) Philippico, Bardone, Leone Iſauro, & illius filio Conſtantino, Leone Armenio, & quibuſdam alijs receptiſsimè tradunt hiſtoriæ. Plurimum etiam hæreſes excitat, uel excitatas promouet negligentia principum, quod uel uno Vuenzeslai Regis exemplo

Illuminare per uerbū Dei.
Pſal. 118.
Eodem Pſal.
Neglectus uerbi Dei.
Alia culpa Prælatorum, per indoctos Prædicatores.
Figura Seraphin.
Eſai. 6.
Neglectus ſynodorum.
Culpa ſecularium principū.
Tertia hæreſum cauſa.
Conſtantio et Valenti imputatur et Arriana & Mahumetica hæreſis.
Imperatores alij Hæretici.
Negligentia Vuenzeslai Regis in Bo-

exemplo facile colligi poteſt. Cuius negligentia Huſsitica hæreſis in Boëmia eò propagata eſt, ut non ſolum radicitus extingui non potuerit, ſed alias multas etiam hæreſes ex reliquijs eius, hac tempeſtate enatas eſſe uideamus. Deus optimus maximus Eccleſiæ ſuæ eam gratiam largiatur, ut ſi quid in his ipſis domandis hactenus neglectum eſt, reſtaurari poſsit: ut extirpatis hæreſum erroribus, correctis abuſibus, ac tandem Eccleſijs reſtituta pace, omnia ad unitatem ueræ fidei, & ad gloriam Dei & Eccleſiæ ſuæ redigantur. Deprauatio autem ſcripturarum his ferè rebus fit: additione, diminutione, mutatione, falſa compoſitione, interpretatione, & male detorta allegatione: Quibus quidem modis hæretici ſcripturas corrumpere, & falſum earum ſenſum in animos legentium immittere ſolent.

Pium uotum Autoris.

Quarta hæreſum cauſa, Deprauatio ſcripturarum.

Etenim Hæretici ideo ſcripturas deprauant, ut per uerba legis legem impugnent. Proprium enim ſenſum uerbis aſtruunt legis, ut prauitatem mentis ſuę, legis authoritate commendent. Sciens enim impietas, authoritatem multum ualere, fallaciam ſub nomine eius componit: ut quia res mala per ſemetipſam acceptabilis eſſe non poteſt, bono nominis commendetur. De his ita Tertullianus: Iſta, inquit, hæreſis non recipit quaſdam ſcripturas: & ſi quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui inuertit: & ſi recipit, non recipit integras: & ſi aliquatenus integras præſtat, nihilominꝰ diuerſas expoſitiones commentata connectit. Tantum ueritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum & corruptor ſtylus: Variæ præſumptionis neceſſario nolunt ea agnoſcere per quæ reuincuntur. His nituntur quæ ex falſo compoſuerunt, & quæ de ambiguitate cœperunt. De Martione & eius ſectatoribus ita ſcribit Irenæus: Martion & qui ab eo ſunt, ad intercidendas conuerſi ſunt ſcripturas: Quaſdam quidem in totum non agnoſcentes, ſecundum Lucam autem Euangelium & Epiſtolas Pauli decurtantes: hæc ſola legitima eſſe dicunt, quæ ipſi minorauerunt. Idem: Cum hæretici ex ſcripturis arguuntur, in accuſationem conuertuntur ipſarum ſcripturarum, quaſi non rectè habeant, neq; ſint ex authoritate. Item Hierony. Hæretici, quicquid contrariũ dogmati ſuo uident, eradunt ex ſcriptura: Nonnullas Epiſtolas Pauli integras repudiandas credi derunt, Vt eam quæ eſt ad Timoth. utramq;, ad Hebre. & eam quæ eſt ad Tit. Helcheſaitas, Euſebius narrat, quædã de ſcripturis ſanctis refutaſſe, & rurſum teſtimonijs de ueteri & nouo teſtamento uſos fuiſſe, ſed ijs tantũ quibus uoluerunt. Iidem Apoſtolũ Paulũ ex integro reiecerunt: ſed et librũ quendã fecerunt, quem de cœlo delapſum eſſe dicebãt: cuius uerba ſi quis audiret, remiſsionẽ acciperet peccatorũ, aliam præter illã quàm Chriſtus dedit. Sæpe etiam uerũ ſcripturarum intellectũ detortis allegationib. corrũpunt: quædã quidem allegantes, quædã prętereuntes, de quibus Cypri. Corruptores, inquit, Euangelij

Ambro. in Epiſtola ad Titum cap. 2.

Li. de preſcri. Heret.

Lib. 3. aduer. heret. Valent. c. 12.

In prohemio Epiſt. ad Titũ.

Lib. 6. c. 27.

Praue allegationes ſcripturarum.

In li. de ſimpl. prelat.

Euangelij, & interpretes falſi, extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partim memores, & partim ſubdole corrumpentes: ut ipſi ab Eccleſia ſciſsi ſunt, ita capituli unius ſummam ſcindunt. Tranſlatione deprauant ſcripturas hæretici, dum eas de una lingua in aliam uertentes, quædam illis addunt, quædam adimunt, quædam inuertunt, quædam ambiguis uocibus obſcura reddunt, Aptiſsimum ſanè inſtrumentum, ut & cæteræ ſcripturarum deprauationes, ad hæreſes uel fingendas uel augendas, uel confirmandas: Quo Græci in primis uſi fuiſſe dicuntur, ut Nicolaus in Epiſtola ad Michaelem Imperatorem teſtatur, qui tum canonicas ſcripturas, tum conciliorum decreta, & ſanctorum patrum ſcripta, tranſlationibus alijsq́ deprauationibus corruperunt, ut alibi de actis Quintæ Synodi demonſtrauimus. Et Leo Papa primus ad eundem modum Epiſtolam ſuam ſynodicam, quam ad Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum in Epheſina ſynodo ſecunda legendam ſcripſerat, corruptam & falſatam eſſe conqueritur. Simili modo Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, de quibuſdam Epiſtolis ſuis ab hæreticis falſatis ad hunc modum ſcribit apud Euſebium: Epiſtolas enim quaſdam, inquit, fratribus rogantibus me ſcripſi: quas tamen Apoſtoli Sathanæ Zizanijs repleuerunt, quædam auferentes, alia autem addentes, qubus Vę repoſitum eſt in iudicio Dei. Quid autem mirum, ſi Dominica uerba ſanctæ ſcripturæ falſare conati ſunt, qui uilia hęc quæ nos ſcripſimus corruperunt? Sic Iconoclaſtæ, beati Nili ſententiam de imaginibus in templis pingendis deprauantes, multos etiam doctiſsimos Epiſcopos deceperunt, et in ſuam ſententiam pertraxerunt. Nam quod ſanctus pater apertis uerbis proconſuli olympiodoro conſuluerat, in templo quod ædificauerat, hinc inde in parietibus ueteris & noui teſtamenti picturam eſſe collocandam: id illi inuertentes, pro collocandã, dealbandam poſuerunt, qua una uocula tota ſententia ſancti patris mutata, decepti Epiſcopi in errorem eorum perducti ſunt, ut ipſi poſtea in ſeptima ſynodo palam conteſtati ſunt.

Falſę Tranſlationes de lingua in linguã.

Leonis 1. Epiſtola ad Flauianũ falſata.

Lib. 4. Eccle. Hiſt. c. 23.

B. Nili ſententia falſo tranſlata.

Act. 4. ſept. ſyno.

De uita & moribus hæreticorum, Cap. VII.

HÆreticorum mores prauiſsimi ſunt, quorum alij ad uitam, alij ad doctrinam eorum, alij uerò communiter ad utrunq́ referuntur. In ijs quæ ad actiones uitæ pertinent, hæretici uarij ſunt, & inter ſe diuerſi. Quidam extrinſecus uitæ ſanctitatem ſimulant, intus autem omnium uitiorum ſordibus contaminati: nimirum ſepulchris illis dealbatis perſimiles, quæ à foris quidem apparent hominibus ſpecioſa, intus uerò oſsibus mortuorum, & omni ſpurcitia plena ſunt: Sic enim & ipſi à foris quidem apparent hominibus

Similes ſepulchris dealbatis.

Matth. 23.

hominibus iuſti,intus autem pleni hypocriſi & iniquitate. Hi certè quanto ſanctiores apparent,tanto magis ſub prætextu ſanctitatis no cent,ut qui honeſtatis ſpecie,cum uita errores etiã probabiliores red- dunt,et in mentes ſimplicium facilius inſtillant,ut alibi docet Ambro. Hoc idẽ pulchrè admodũ explicat Origenes exponens illud Prophe- tę: Sumpſiſti ueſtimenta tua multicoloria,et operuiſti illa: Id eſt, uaſa glorificationis,quæ in Idola commutaſti. Varia, inquit, ueſtis eſt,& hic unus in ſcripturis locus,quo induimur,aſſumentes uiſcera miſeri- cordiæ,benignitatis, humilitatis, manſuetudinis,longanimitatis:ad ſufferendum inuicem has uarias ueſtes,& pulchros amictus,quos no bis largitus eſt Deus, ſi laceramus atq; conſcindimus, & circunda- mus falſæ doctrinæ, ad deceptionem hominum:Non dubium eſt, quin uarijs ueſtibus operiamus Idola. Intelliges autem hoc quod di- citur,ſi ipſam rem manifeſtius deſcribamus. Vide mihi aliquem Mar tioniſtam, ſiue diſcipulum Valentini, aut certe cuiuslibet hæreſis de- fenſorem:& conſydera,quomodo Idola ſua,id eſt,figmenta, quæ ip- ſe compoſuit,manſuetudine & caſtitate ueſtiat, ut in aures audienti- um facilius uitæ bonitate ornatus ſermo ſubrepat: & cum hoc fecerit, intelligo eum aſſumpſiſſe ueſtem uariam morum & conuerſationis optimæ: & Idolis ſubieciſſe,quæ ipſe conſtruxit. Ac iuxta mei qui- dem animi ſenſum,multo nocentior eſt hæreticus bonæ uitæ,& plus in doctrina ſua habet authoritatis eo, qui doctrinam conuerſatione maculat.Qui enim uitæ peſſimę eſt, non facile homines ſolicitat: nec poteſt per umbram ſanctitatis, audientium decipere ſimplicitatem: Qui uero ſermone peruerſus eſt, & diſciplinis ſaluti contrarius: mo- res autem compoſitos & ornatos habet, nihil facit aliud,niſi accipit indumenta uaria inſtituti boni, & conuerſationis quietæ, & circun- dat ea Idolis ſuis,ut magis decipiat audientes. Idcirco ſolicitè cauca- mus hæreticos,qui conuerſationis optimę ſunt, quorum forte uitam non tam Deus quàm diabolus inſtruxit. Nam quomodo quaſdam illecebras eſcarum aucupes proponunt, ut facilius aues capiant,per oblectamentum gulæ: ſic (ut audacius dicam) eſt quædam caſtitas diaboli: Id eſt, decipula humanæ animæ, ut per huiuſmodi caſtitã- tem & manſuetudinem,& iuſtitiam poſſit facilius capere,& falſis ſer- monibus irretire. Id autem tum facilius efficit Diabolus, ſi contrà Catholici Doctores ſint malæ conuerſationis. Quod idem Orige- nes declarat his uerbis: Diuerſis diabolus pugnat inſidijs,ut miſe- rum perdat hominem:et bonis malam tribuit uitam,ad decipiendos uidentes:& malam bonis inurit conſcientiam. Mihi ipſi qui in Eccle ſia prædico,laqueos ſæpe tendit, ut totam ex mea conuerſatione Ec- cleſiam confundat: & ideo plus hij, qui ſunt in medio,oppugnantur ab inimico,ut per ruinam unius hominis,quæ celari non poteſt,om- nibus ſcandalum fiat: & impediatur fides per conuerſationem peſſi- mam Cleri-

Ambro. lib. de Noe et Archa cap. 14.

Homelia 7. in Ezech.

Quòd uaria ueſtis Idolis circundata.

Hæreticus bonæ uitæ nocentior eſt eo, qui malę eſt uitę.

Caſtitas Diaboli in hęretico.

Laquei Diaboli in mala uita Catholici Doctoris.

mam Clericorum. Omnia (ut diximus) diabolus operatur, & ea quæ uidentur eſſe bona, nec ſunt: & ea quæ per naturam mala ſunt, omnia aduerſum humanam commentatur animam.

Pia admonitio pro Catholicis.

Vnde qui curam habet uitæ ſuæ, neq; manſuetudine hæreticorum capitur, ad conſentiendum doctrinæ eorum: neq; meis delictis, qui uideor in Eccleſia prædicare, ſcandalizabitur, ſed ipſum dogma conſyderans, et pertractans Eccleſiæ fidem, à me quidem auerſabitur: doctrinam autem ſuſcipiet, ſecundum præceptum Domini qui ait. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, omnia quæcunq; uobis dicunt, audite & facite: iuxta opera autem illorum nolite facere, dicunt quippe & non faciunt.

Matth. 23.

Verba Origenis ad populum.

Iſte ſermo de me eſt, qui bona doceo, & contraria gero, & ſum ſedens ſuper cathedram Moyſi quaſi ſcriba & Phariſæus: Præceptum tibi eſt o popule, ſi non habueris accuſationem doctrinæ peſsimæ, & alienorum ab Eccleſia dogmatum: Conſpexeris uero meam culpabilem uitam atq; peccata, ut non habeas iuxta dicentis uitam tuam inſtituere, ſed ea facere, quæ loquor.

Non Prædicatorē, ſed Chriſtum in uita imitemur.

Nullum imitemur, & ſi uolumus imitari quempiam: præpoſitus eſt nobis ad imitandum Chriſtus Ieſus: Deſcripti ſunt Actus Apoſtolorum & prophetarum geſta, de ſacris uoluminibus agnoſcimus. Illud exemplum firmum eſt, illud propoſitum ſolidum, quod qui ſequi cupit, ſecurus ingreditur. Si uerò quærimus nobis culpabiles ad æmulandum, ut cum dicamus, ille docet, facit ipſe contraria, aduerſum præceptum Domini facimus: qui mandat doctrinas magiſtrorum magis conſyderari debere quàm uitas, Hæc Origenes. Alij fidei tribuunt omnia, actionibus nihil, de quibus Hieronymus: Hæretici, inquit, cum uiderint alios delinquentes, aiunt, nihil aliud quærit Deus, niſi fidei ueritatem, quam ſi cuſtodieritis non curat quid agatis. De his propheta: Secundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo: peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum.

Oſeæ, cap. 4.

Ex hac radice ſuccreſcunt, ſuperbia, intemperantia, auaritia, mendacia, crudelitas, ſacrilegia, furta, deuaſtationes Eccleſiarum, adulteria, ſtupra, & his innumera alia ſimila: quæ à quibuſdam quidem clàm perpetrantur, & quantum fieri poteſt, celantur: Ab alijs etiam apertè admittuntur, qui ſibi propter publicam licentiam, impunitatem promittunt. Omnium autem peſsimi, qui his ipſis, quantumlibet immania ſunt, tamen uirtutis titulum prætexunt. Non rapimus, inquiunt, ſanctimoniales, ſed ab iniuſta & tyrannica captiuitate eas liberamus: non ſtupra cum his commiſcemus, ſed legitima matrimonia contrahimus: Non Dei templa, ſed Idolorum deſtruimus: Non ſanctorum Dei hominum collegia diſsipamus, ſed ſynagogas Sathanæ demolimur: ſed nec iuſtas leges abrogamus, ſed impias potius oſtendimus, quas adulatio Impiorum Epiſcoporum, neſcio quibus

Impunitas ſcelerum, quæ uirtutis titulo excuſantur.

ſimplicioribus

ſimplicioribus principibus extorſit. Hij, inquam, ſunt peſsimi, qui &
in malitia ſua gloriantur, & cū malefecerint, exultant in rebus peſsi- Prouerb. 2
mis. Auguſtinus, ſuperbiam omnium hæreticorum matrem appel- Lib. cōtra Epi
lat. Hij Eccleſiæ ſimplicitatem paruipendunt, & fidem imperitiam re- ſtolā Manich.
putant. De quibus Propheta: Superbia cordis tui extulit te habitantē Superbia hæ-
in ſciſſuris petrarum, exaltantē ſolium tuum. Hij regna cœlorum ſibi reticorum.
in miniſterijs ſuis repromittūt, de quibus Apoſtolus: Sine me regna Abdiæ, 1.
tis, et utinam regnetis. Item pſalmus, Ideo tenuit eos ſuperbia, operti 1 Corinth. 4.
ſunt iniquitate & impietate ſua. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eo- Pſalm. 72.
rum, tranſierunt in affectū cordis. Cogitauerunt, & locuti ſunt ne-
quitiam, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Poſuerunt in cœlum os ſu
um, & lingua eorum tranſiuit in terra. De intemperantia hæreti- Intemperātia
corum ita Hieronymus: Hęretici deſperantes, gulæ ſe tradunt & de- Hæreticorum
litijs, ueſcunt carnibus, frequentes adeunt balneas, muſco fragrant,
ungentis uarijs delibuti, quærunt corporis pulchritudinē: ſemel enim
futura non ſperant, neq; credunt in reſurrectionem. Quod cum ſer-
mone non pandant, oſtendunt operibus: ſi enim crederent, iſta nō
facerent. Vnde quantumuis hodie Hęretici, Chriſtum profiteantur: Vita Hęreti-
& illius fidem, & prædicent, & credentibus promittant uitam æter- corū indicat,
nam: Et ſi, inquam, hęc & alia dicant, tamē, quia operibus aliud oſtē- eos non crede
dunt, adeóq; uitam degunt turpiſsimam, omnibusq; uoluptatum il- re quod ore
lecebris refertiſsimam, et (ut ille inquit) clunes agitant, cum de uirtute prædicant.
loquuntur: procul dubio quæ uerbis proferunt, corde non credunt: Iuuenalis.
ſi enim crederent, iſta non facerent. Proinde dubium non eſt, cum
hæc ſpecioſa in ore habent, tum eos in animo cogitare, quæ de impi- Cogitationes
orum cogitationibus in ſapientia Salomonis leguntur. Dixerunt impiorum.
enim Impij, cogitantes apud ſe non recte: exiguum & cum tædio eſt Sap. 2.
tempus uitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis: & non
eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quia ex nihilo nati ſumus, &
poſthæc erimus tanquam non fuerimus. Quia fumus et flatus eſt in
naribus noſtris, & ſermo ſcintillæ ad commouendum cor noſtrum. De pœn. diſt. 2.
Quia extinctus cinis erit corpus noſtrum, et ſpiritus diffundetur tan c. ſi en. m. diſt.
quam mollis aer: Et tranſibit uita noſtra tanquam ueſtigium nubis, 3. c. in caſſum.
& ſicut nebula diſſoluet, quæ fugata eſt á radijs ſolis, et á calore illius
aggrauata: et nomē noſtrū obliuionem accipiet per tempus, et nemo
memoriam habebit operum noſtrorum. Vmbræ enim tranſitus eſt
tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri, quoniā conſignata
eſt, & nemo reuertitur. Venite ergo et fruamur bonis quæ ſunt, et u-
tamur creatura tanquam in iuuentute celeriter: Vino precioſo et un
guentis nos impleamus, et non prętereat nos flos temporis, corone-
mus nos roſis antequam marceſcant, nullum pratum ſit quod non
pertranſeat luxuria noſtra: nemo ueſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ,
ubiq; relinquamus ſigna lætitiæ, quoniā hæc eſt pars noſtra, et hæc

Auguſt. de moribus Manich. lib. 2. cap. 19. eſt ſors noſtra &c. Auguſtinus horrenda quędam de Manichæorum moribus ſcribit: Quorum aliqua etiam uidiſſe ſe teſtatur, ut inter quos nouem annos uixit, ac de incontinentia eorum ita ſcribit.
Incontinētia Manichęorū Vidi ipſe (inquit) non ſolus, ſed cum his, qui partim iam illa ſuperſtitione liberati ſunt, partim adhuc opto ut liberentur. Vidimus ergo in quadriuio Charthaginis in platea celeberrima, nō unum ſed plures quàm tres electos, ſimul poſt tranſeuntes neſcio quas fœminas, tam peulāti geſtu adhinnire, ut omnium triuialium impudicitiam ſuperarent. Narrant præterea conqueſtam ſibi eſſe mulierem quandam, quæ in conclaui, ubi cum alijs fœminis fuiſſet de Māichęorum ſāctitate ſecura, ingreſsis pluribus electis, et ab uno lucerna extincta, incertū cuius eorum in tenebris appetita eſſet amplexu: & coacta in flagitium, niſi ſubſidio clamoris euaſiſſet: idq; factum ea nocte, qua
Leo Pap. Ser. 5 feſtæ apud eos uigiliæ celebrabantur. Simile quiddam de Manichęis narrat Leo papa: De ſacris tamen eorum, inquit, quæ apud illos tā obſcœna ſunt, quàm nefanda, quod inquiſitioni noſtrę Dominus manifeſtare uoluit, non tacemus: ne quiſquam putet nos de hac re, dubię famę et incertis opinionib. credidiſſe. Reſidētibus itaq; mecum Epiſcopis ac Presbyteris, & in eundē conſeſſum Chriſtianis uiris ac nobilibus congregatis, electos & electas eorum iuſsimus pręſentari: Qui cum de peruerſitate dogmatis ſui, & de feſtiuitatum ſuarum conſuetudine multa referarent, illud quoq; ſcelus, quod eloqui uerecundum eſt, prodiderunt: quod tanta diligentia inueſtigatum eſt, ut nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus relinqueretur ambiguum. Aderant enim omnes perſonæ, per quas nefandum facinus fuerat perpetratum: Puella ſcilicet ut multum decennis, et duæ mulieres, quæ ipſam nutrierant, & huic ſceleri præpararant: pręſto etiam aderat adoleſcentulus uitiator puellæ, & Epiſcopus ipſorum deteſtandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & unà cōfeſsio, & patefactum eſt execratum, quod aures noſtræ uix ferre potuerunt. De quo ne apertius loquentes, caſtos offendamus auditus, geſtorum documenta ſufficiunt: Quibus pleniſsimè docetur, nullam in hac ſecta pudicitiam, nullam honeſtatem, nullam penitus reperiri caſtitatem: in qua lex eſt mendacium, diabolus religio, ſacrificium turpitudo. Hos igitur homines, Dilectiſsimi, per omnia execrabiles atq; peſtiferos, quos aliarum regionum perturbatio nobis intulit crebriores, ab amicitia ueſtra penitus abdicate: uoſq; præcipuè mulieres, à talium notitia & colloquijs abſtinete: ne dum fabuloſis narrationibus incautus delectatur auditus, in diaboli laqueos incidatis: Qui ſciens, quod primum uirum mulieris ore ſeduxerit, & per fœmineam credulitatem omnes homines à Paradiſi uoluptate deiecerit: ueſtro nūc quoq; ſexui ſecuriore inſidiat̄ aſtutia, ut eas, quas ſibi potuerit, per miniſtros ſuæ falſitatis allicere, & fide ſpoliet & pudore.

Deniq;

Deniq; quæ ad mores hæreticorum pertinent, ipſi etiam Apoſtoli Quales ſunt Hæretici mores.
ſignificanter expreſſerunt, ut Petrus: Poſt carnem, inquit, in concu-
piſcentia immunditiæ ambulant, dominationemq; contemnunt, 2. Pet. 2.
audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere, Blaſphe-
mantes, uoluptatem exiſtimantes diei delicias, coinquinationis &
maculæ delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes uobiſcum,
oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti, pellicientes
animas inſtabiles, cor exercitatum in auaritia habentes, maledictio-
nis filij, derelinquentes uiam rectam, errauerunt ſequuti uiam Ba- Num. 22.
laam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit, correctionem uerò
habuit ſuæ ueſaniæ, ſubiugale mutum animal, in hominis uoce lo-
quens, prohibuit prophetæ inſipientiam. Hi ſunt fontes ſine aqua,
& nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſerua-
tur, Superbia enim uanitatis loquentes, pelliciunt in deſiderijs car-
nis luxuriæ eos qui paululum effugiunt. Qui in errore conuerſati Ioan 8. c.
libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis: à quo De pœn. diſt. 4
enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt, Si enim refugientes coin- c. ſi refugien.
quinationes mundi in cognitione Domini noſtri, & ſaluatoris Ieſu
Chriſti, his rurſus implicati ſeparantur, facta ſunt eis poſteriora de-
teriora prioribus: Melius enim erat illis non cognoſcere uiam iuſti-
tiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis tra-
ditum eſt, ſancto mandato: Contigit enim eis illud ueri prouerbij, Prouerb. 26.
Canis reuerſus eſt ad ſuum uomitum, & ſus lota in uolutabro luti. 33. q. 2. c. de his.
Pulchre hic Apoſtolicus ſermo falſos doctores & imperitiæ factio- c. ſi enim. de
nē depingit, inquit Hieronymus: Aperiunt enim quaſi fontes ſcien- pœn. diſt. 2.
tiæ, quia cum aquam non habent doctrinarum, promittunt imbrem
uelut nubes propheticæ, ad quas perueniat ueritas Dei: & turbinibus
exagitantur dæmonum atq; uitiorum: Loquuntur grandia & totus
ſermo eorum ſuperbia eſt (Immundus eſt autem apud Dominū, om
nis qui exaltat cor ſuum) ut qui paululum refugiunt à peccatis, ad ſu-
um reuertantur errorem, et ſuadent in luxuria ciborum carniſq; deli-
tijs. Quis enim non libenter audiat: Manducemus & bibamus, &
in æternum regnabimus, & ſapientes & prudentes prauos uocant:
eos uerò qui dulces ſunt in ſermonibus, plus audiunt. Item Paulus
in Epiſtola ad Timotheum: Hoc autem ſcito, quia in nouiſsimis die- 2. Timoth. 3.
bus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos aman- 1. Timoth. 4.
tes: cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingra 2. Pet. 2.
ti, ſceleſti: ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, im- Iude. 1.
mites: ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, & uolup- De con. diſt. 4.
tatum amatores magis quàm Dei: habentes ſpeciem quidem pieta- c. quamuis de-
tis, uirtutem autem eius abnegantes, & hos deuita Ex his enim ſunt, beret.
qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas pec-
catis, quæ ducuntur uarijs deſyderijs, ſemper diſcentes, & nunquàm

ad ſcientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum Iamnes & Mambres, qui reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt ueritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed ultra non proficient: Inſipientia enim eorum manifeſtata erit omnibus, ſicut & illorum fuit.

Exod. 7. 26. q. 5. c. nec mirum.

De moribus Hæreticorum, ad doctrinam ſpectantibus, *Caput VIII.*

Catalogus morum Hæreticorum.

MOres Hæreticorum ad doctrinam pertinentes, hi fere ſunt: diligentia, propria prudentia, contentio, animoſitas & pertinacia: falſa doctrina cum eruditione coniuncta, æmulatio ueræ religionis, diſcordia, contemptus omnium traditionum Eccleſiaſticarum. Illud item peculiare eis eſt, quòd ſuis ſalutem promittunt, Catholicis negant: reddunt rationem fidei, bonis moribus aduerſi. Primum igitur ſolent hæretici de diligentia maxima gloriari, quam certè eis adimere non poſſumus: Neque enim uideo quæ induſtria, quis labor, quæ aſsiduitas, cum Hæreticorum diligentia comparari poſsit. Verum ea diligentia omnis in malo procedit, Quemadmodum diligentiam & inquiſitionem, contra proprium patrem ſuum cum Achitophel exercuit Abſolon: Ac talem diligentiam præſtant etiam Hęretici, contra matrem noſtram, ſanctam Dei Eccleſiam. Propriæ prudentiæ innituntur Hæretici, perſuadentes ſibi, ſe ſolos in luce uerſari, & ueritatem tenere, reliquos omnes, quantalibet eruditione & uitæ ſanctimonia pollentes, errare, & in tenebris ambulare. Quod & paſsim iactant: ſcripturas iactant, Euangelium iactant, Prophetas iactant: nec audiendum in negocijs fidei quenquàm clamant, niſi diuinis ſcripturis munitum & inſtructum. Vnde & hodie quoſdam uideas, qui ſe doctiores Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio, omnibusque alijs Eccleſiæ patribus palàm proclamant: Immo magnam partem eorum, quę ſancti patres ſcripſerunt, ſtipulas, ligna, incommodas opiniones, lapſus, & meros errores eſſe calumniantur. Qua re & magnam ſibi eruditionis opinionem apud rudiores conciliant, uerum miſerè eos fallunt. Quemadmodum enim ex diuino conſilio, falſorum Prophetarum uaticinia oriri Achaz arbitrabatur, uerùm ſpe ſua fruſtratus fuit: ſic & ſimplices iſti perſuaſi, ut credant Hęreticos ſolos eſſe prudentes, decipiuntur. Nam (ut in Prouerb. dicitur) ſunt uiæ, quæ uidentur uiro rectæ, ſed exitus earum in fundum Inferni deducunt. De hac hæreticorum prudentia dicitur, Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit conſilia. Item Propheta. Væ: qui ſibi ſapientes uidentur, & in ſe ipſis eruditi. Multi, qui ſibi hoc modo ſcioli uidentur, pro ueris & ueluti indubitatis principijs aſſerunt, quæ ſunt manifeſtè falſa: & ſcripturis ſanctis, omniumque Orthodoxorum doctrinæ, & ueris Catholicisque

Diligentia Hære. — *2. Reg. 15.* — *Iactantia Hęreti.* — *3. Reg. ult.* — *Prouerb. 14. Ibid. 12.* — *Eſaie. 5.* — *Scioli.*

cisq; dogmatibus contraria. Non nego tamen inter hæreticos mul-
tos eſſe eruditos & doctos, aliquos etiam idiotas, Arrio acumen in-
genij & magnam eruditionem tribuunt hiſtoriæ: contra, Eutichetis
errorem ex imperitia potius quàm uerſutia prodijſſe, aliquoties teſta- *Epiſtola 11. & 13.*
tur Leo Papa. Sic inter Catholicos & Hæreticos docti indoctiq;
reperiuntur: quanquàm raró admodum hęreſes fingant, niſi qui ſint *Hæretici ardentis ingenij.*
ardentis ingenij: Quales fuerunt Valentinus, Martion, Bardeſa-
nes, cuius ingenium et Philoſophi admirantur, ut Hieronymus teſta- *In Oſeã, ca. 10.*
tur. Multa quoq; ſcribunt & prædicant, quæ ſunt ueritati conſen-
tanea, nec à pietate abhorrentia: Qualia olim fuerunt ſcripta Tatia-
ni, Eunomij, Acatij, Perinthij, & aliorum hæreticorum: & noſtra
tempeſtate multa doctè, rectè, ac piè ſcripſerunt hæretici: ſed hæc om
nia, non quidem aſſerendæ & affirmandæ ueritatis amore, ſed quo
falſa, quæ intermiſcent probabiliora uideantur. Et eadem ratiòne *Cur falſis admiſcent uera Hæretici.*
hæretici, quoties improbum & impium aliquem ſermonem contexe-
re inſtituunt, quædam ab omnibus confeſſa & aſſerta aſſumunt, ut
propter iſta rectè dicta, in cæteris quoq;, quæ ſubſumunt falſa, fidem
acquirant. Quale eſt (uerbi gratia) quod quidam ex noſtratibus
hæreticis aſſumit. Officium, inquit, Principum eſt, ut Idolatriam & *Phil. Melanth.*
falſas doctrinas deſtruant. Quod Ezechiæ, Ioziæ, Darij, Nabucho-
donoſoris, alijsq; quibuſdam exemplis diuinæ ſcripturæ probat:
Quas tamen ante ipſum, Auguſtinus in Epiſtola, quam ad Bonifa- *Epiſtola. 50.*
cium comitem ſcripſit, congeſsit: & hoc quidem aſſumptum apud
omnes uerum eſt, & confeſſum. Ad quod ſubſumit, Idololatriam &
falſam doctrinam eſſe, quod hactenus ſancta Romana docuit Eccle
ſia. Hoc autem falſum eſt & hæreticum: quod tamen ſimplicibus
hoc ipſo probaſſe ſe putat: quia iam quod aſſumpſerat, uerum eſſe
intellexerunt. Boni igitur principes ſciunt officium ſuum eſſe, Idola
et omnem hæreticam doctrinam extirpare: ſed rurſus id etiam ſciũt,
non ſtatim credendum eſſe unicuiq; ſpiritui, affirmanti hoc uel illud
eſſe Idolum, aut falſum dogma. Nec iudicium de ea re ab hæreticis &
ſchiſmaticis, ſed ab Eccleſia & illius præſidibus eſſe requirendum.
Hæretici nanq;, quibus multa nobiſcum paria ſunt, facile poſſunt *Amb. in comment. in Lucã lib. 4. c. 4.*
innoxias mentes & ſoli Deo deditas, fraudulenta ſocietate percute-
re, ut inquit Ambroſius, dum malorum ſuorum uirus per noſtra de
fendunt. Vnde uehementer nobis cauendum eſt, ne ſe uel ſenſibus
uel auribus noſtris huiuſmodi aliquid, quo per manifeſta uera ma-
nifeſte falſa inferunt, latenter inſinuet: Quia nihil tam cogit in mor-
tem, quam ſub obtentu fidei fidem uiolare. Vt enim Gypſum, aqua
permixtum, lac colore mentitur: Ita hic per ueriſimilem cõfeſsionem
traditio inimica ſuggeritur. Qua de re non ſimilitudo confeſsionis,
ſed ſenſus mentis eſt ponderandus, quo confeſsio ipſa firmatur. Nec
credendum eſt Hæreticis ſcripturas allegantibus, quas plerunq;
deprauant,

deprauant, aut ad falſum ſenſum detorquent: Quia Sathanas ſe transfigurat in angelum lucis &c. Contentio, præſumptionem propriæ prudentiæ comitatur, qui enim prudentes ſibi uidentur, nullis diſputationibus, nullis perſuaſionibus à ſemel concepta ſententia ſe abduci patiuntur. Vnde in miras contentiones inſurgunt, quoties impugnari intelligunt, quod ipſi uerum apud omnes uideri uolunt, ut co modo decipere, et ad ſe attrahere ſimplices poſsint: & inſtar perdicis fouere, quos non pepererunt: & diuitias facere, quanquàm ſine iudicio, ut eſt apud Prophetam. Eſt enim perdix contentioſum animal, & notum eſt quanta auiditate ipſius contentionis currat in laqueum. Non enim diſputare amant hæretici (ut inquit Auguſtinus) ſed quoquo modo ſuperare impudentiſsima pertinacia, ut congregent quæ non pepererunt. Chriſtianos enim quos maxime Chriſti nomine ſeducunt, iam per ipſius Chriſti Euangelium natos inueniunt, & faciunt illos diuitias ſuas, non ſane cum iudicio, ſed cum temeritate inconſyderata: Non enim intelligunt ibi eſſe ueram et ſalubrem, & quodammodo germanam & radicalem Chriſtianam ſocietatem, unde iſtos ſeparauerunt, quos ad diuitias ſuas congregarunt. Nec erubeſcunt hæretici interim ad ſcripturas, diſputationes, & colloquia prouocare: Sed non uacat periculo, certamen ſcripturarum cum hæreticis inire, ut euidenter ſupra demonſtrauimus: Immò ſtultum eſt (ut inquit Auguſtinus) cum hæreticis de ſcripturis agere, cum eos libros, in quibus eſt magna religionis authoritas, falſis capitibus immiſsis, corruptos eſſe dicant. Vt non referam interim (quod ſupra aliquoties admonuimus) alios modos, quibus non ſolum Canonicas: ſed & ſanctorum patrum & Conciliorum ſcripturas corrumpunt. Contentionem ſequitur animoſitas & pertinacia, de qua Auguſtinus. Animoſitas hæreticorum (inquit) inquieta eſt, quos Magorum Pharaonis habere conatum declarat Apoſtolus, dicens. Sicut enim Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ſic et iſti reſiſtunt ueritati, homines mente corrupti & reprobi circa fidem. Confeſsionem fidei ſuę, Id eſt, perfidiæ, & errorum ſuorum, toti orbi notam eſſe uolunt, cuius & rationem reddunt: Quod olim Macedonius fecit. Qualem & noſtris temporibus, Cæſare id permittente, noſtrates quoq; hæretici in comitijs Auguſtanis exhibuerunt, in detrimentum non paruum fidei Catholicæ, & Reip. Chriſtianæ. Nam ex eo tempore toti uulgo perſuaſerunt, ſe uictores euaſiſſe: aduerſarios, id eſt, Catholicam Eccleſiam, ſuccubuiſſe. Veram religionem ęmulantur hæretici, ut & pater eorum diabolus, ut infra ex Tertulliano oſtendemus: Habent enim ſacramenta, Epiſcopos, Diaconos: habent Eccleſias, congregationes & Concilia, ſed omnia hæc adultęrina, & falſa: Fingunt ſibi ſpecioſa nomina ex profeſsione Chriſtianę religionis: ſimulant ſe eſſe Chriſtianos, cũ ſint Pſeudo Chriſtiani: Chriſti

Contentioſi Hæretici.

Hiere. 17.

Perdix aſsimilatur Hæreticis.

Hęretici prouocãt ad ſcripturas.

Lib. 2. de moribus Manich. c. 14.

Epiſtola. 159. Animoſitas Hæreticorum pertinaciter reſiſtentium.

2. Timoth. 3.

Confeſsio Auguſtana, edita Ann. 1530.

Æmulatio ueræ religionis [illegible] hæret.

Chriſti nomen continuo in ore gerunt, diabolum in corde: Immò
in ore etiam laqueum diaboli, & uiſcum confectum commixtione
ſyllabarum nominis Dei Ieſu Chriſti, & paracleti conſolatoris ſpiri-
tus ſancti. Hæc non recedunt de ore eorum, ſed ſonotenus & ſtre-
pitu linguę, cæterum cor inane ueri: Dicunt, ueritas, ueritas, quæ ta-
men nuſquàm eſt in eis: ſed falſa ſunt quæ loquuntur, ut Auguſtinus
de Manichæis ſcribit. Simon Magus uirtutem magnam Dei, &
ex ſupremis ſe deſcendiſſe dicebat: quoniam & patrem ſe eſſe affirma Epiphs. lib. 1. to. 2. de hæreſ.
bat apud Samaritas, apud Iudæos uero ſe filium eſſe dicebat: Paſſim
autem ſe non uere paſſum eſſe, ſed ſolum apparentia. Manes Fauſti Manes ſectæ Manich. magiſter.
præceptor, ſe paracletum appellabat. Magiſter ſectæ Manichęorum
in Epiſtolis ſuis Apoſtolum ſe eſſe Chriſti appellabat. Alij ſe prophe-
tas appellant: ut Montanus cum ſuis mulieribus Priſca & Maximil-
la: Noſtrates ſe Euangelicos appellant. Præterea ijdem cantum Nouę Cantilenæ antiquis abrogatis.
Eccleſiſticum abrogarunt, in eorũ locum ſurrogantes, neſcio quas
uulgari lingua ex ſuis capitibus fictas cantilenas: Paulum Samoſate-
num imitati, qui & ipſe Pſalmos ceſſare faciebat, in Dominum no- Euſeb. lib. 7. cap. 25.
ſtrum Ieſum Chriſtum factos: ſuos autem, id eſt, qui ſuas & proprias
laudes continebãt, à mulieribus decantari faciebat. Promittunt hę-
retici ſuis ſalutem, alijs minantur gehennam, ut Manichæi. Scriptu-
ris, bonis moribus, omnibusq; adeo bonis, aduerſi ſunt, quos erro-
ribus ſuis contrauenire intelligunt. Illud quoq; ad doctrinam hære- Diſcordia inter ipſos hæreticos.
ticorum pertinet, quod inter ſe plerunq; ſunt diſcordes. Nam ut
multitudinis uere credentium cor unum & anima una eſt: Ita hære-
tici, qui ad tempus Eccleſiæ iudicium effugiſſe ſibi uidentur, & ab illa Beda in expoſitione in Samuelem.
lõgius compulſi, inter ſe ſunt ipſi diſcordes: iuxta quod Eſaias ait. Et
concurrere faciã Ægyptios aduerſus Ægyptios, De quibus et alius
propheta dicit. Diuiſerũt corda ſua. Variant igitur inter ſe, ut inquit Oſeæ, 10.
Tertullianus, à regulis ſuis, dum unuſquiſq; proinde ſuo arbitrio
modulatur, quæ accepit, quemadmodum de arbitrio ea compoſuit
ille qui tradidit: Sic Sabellius contra Arrium, contra Neſtorium
Eutiches, Fotinus contra Manichæum: & cæteri contra cæteros ini-
quitatis arma commouent. Quin & qui eiuſdem ſectæ & nomi-
nis eſſe uidentur, ipſi quoq; inter ſe diuiduntur. Sic Arrij ſecta primũ
in tres partes diuiſa fuit: Arrianorum, Eunomianorum, & eorum Ruffinus li. 10. cap. 25.
qui à Macedonio nomen acceperunt, ut Ruffinus & Theoderitus Trip. l. 1. c. 18
tradunt. Aliam deinde diuiſionem Arrianorum longè poſt or- Lib. 9. c. 40.
tam, Socrates in tripartita hiſtoria narrat, diſſentientibus uidelicet Variæ inter Arrianos diuiſiones.
inter ſe Dorotheo et Marino. Qui Marinũ ſequebantur, Pſathyria-
ni uocabantur: ſed qui poſtea & ipſi inter ſe diuiſi ſunt. Hæc diuiſio
Arrianorum uiginti quinq; annis durauit, ab hæreſi Pſathyriano-
rum recedentes uniti ſunt: lege facta, ut capituli (propter quod diui-
ſi fuerant) nulla unquàm mentio fieret. Similiter inter Eunomianos

diuiſio fuit, Eunomio ipſo ab Eudoxo ſeparato, tum aliam ſectam introducente quodam Theophronio, aliam Eutichio. Vnde & Eunomianorum quidam Eunomio Theophroniani, quidā Eunomio Eutichiani uocati ſunt. Fuit item inter Macedonianos diuiſio, Eutropio Presbytero cum Cartherino diſſentiente. Sic & aliæ complures

Ruffinus li. 10. cap. 25. multiformes fuerunt hæreſes: Et hodie uidere eſt, quàm uarie inter ſe diſpertitę ſint hæreticorum ſectæ: Sed et altera repręhendit alteram. Quæ non ſolum inter ſe diuiſę ſententijs, ſed etiam potentia auctæ & multiplicatę fuerant: ut breui multas etiam orbis partes ſerpendo oc-

De fide, lib. 1. cap. 4. cupauerint. Vnde non inconuenienter Ambro. hęreſim Hydrę comparat, quæ uulnerib. ſuis creſcit: Et dum ſæpe ſiue per Catholicos, ſiue

Tres hoc tempore ſectæ nouæ. per diaboli miniſtros hęreticos reciditur, denuo repullulat. Sic Luth. corripiunt Zuinglianos, ipſi omnes Anabaptiſtas: nihilo tamen me-

Hilarius li. 7. de Trinita. liores ipſis, Immò pari ſorte & conditione ab Eccleſia ſeparati: Pſeudochriſtiani, & Sathanæ miniſtri. Qui dum ſe ipſos uincunt, nihil tamen ſibi uincunt: uictoria enim eorum, Eccleſiæ triumphus ex omnibus eſt, dum in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi altera, Eccleſiæ fides damnat. Nihil enim eſt, quod hæreticis commune eſt: & inter hæc fidem noſtram, dum ſibi aduerſantur, affirmant.

Hęretici capitibus diſſecti, caudis colligati. In eo autem conueniunt omnes, quantumlibet inter ſe diſſentientes, quod pari Marte contra Catholicam Eccleſiam belligerantur: capitibus quidem diſſecti, cauda autem colligati, ut inquit Innocen-

Pſal. 61. alias + ut decipiant ipſi de uanitate in id ipſum. Iud. 15. tius Papa. De quibus et in Pſalmo dicitur + Ipſi de uanitate in unum colligantur: Quàmuis enim opinionum uarietate diſcordent, ſimili tamen uanitate colligantur. Vnde & Sampſon uulpium caudas colligauit. Vulpes ſiquidem inſidioſos maxime hæreticos ſignificant,

Aug. in Pſal. 80. doloſos, fraudulentos, cauernoſis anfractibus latētes et decipientes. Ambroſius itaq; Hæreticorum plurima nomina eſſe dicit, ſed unam perfidiam, impietate non diſſonantem, ſed communione diſcordantem: non diſsimilē fraude, ſed cogitatione diſcretam. Vnde et Tertul. dicebat: Hæreticos, licet diuerſa tractantes, tamen ad unius ueritatis

In Epiſtola ad Orient. Epiſcopos. expugnationem conſpirare. Hormiſda Papa, de erroribus Eutichis & Neſtorij ſcribens, ita ait: In ipſis ſynodis necata ſunt Eutichis et Neſtorij uenena: qui quodammodo contrario inter ſe ſyllogiſmo contendunt: Aduerſus autem diuinam ſaluatoris myſterij diſpenſationem, ſub quadam ęqualitate ſacrilegij concordant, inæquales

Epiſtola. 41. Epiſtola. 50. ſententijs, & unanimes impietate. Leo Papa, diſsimile eorum commentum, parem autem impietatem uocat. Et diui Imperatores, Va-

L. quicunq;. C. de hereticis lentinianus III. & Martianus, de Apollinariſtis & Eutichianiſtis loquentes: diuerſam quidem eorū appellationem eſſe dicunt, ſed in hæreſis tamen prauitate coniunctionem: & diſpar quidem nomen,

Li. de preſcri. hereticis. ſed idem ſacrilegium. Poſtremo, Cyprianus & Tertullianus ita hæreticorum & mores & conuerſationem deſcribunt, & ſuis quaſi

coloribus

coloribus depingunt, ut nullus Apelles melius poſsit in tabula. Ille in Epiſtola ad Cornelium Papam. Hæretici (inquit) bonis & proſperis Catholicorum ad furorem adacti, non deponunt errorem: ſed dementium more, quo magis dilectionis & fidei apud Catholicos creſcit gloria, tanto magis apud illos diſſenſionis & zeli crudeſcit inſania: nec uulnus ſuum miſeri curant, ſed adhuc grauius & ſe & ſuos uulnerant, in perniciem fratrum ſuorum lingua perſtrepentes, & facundiæ uenenata iacula contorquentes, magis duri ſæcularis Philoſophiæ prauitate, quàm Philoſophiæ dominicæ leuitate pacifici: deſertores Eccleſiæ, miſericordiæ hoſtes, interfectores pœnitentiæ, doctores ſuperbiæ, ueritatis corruptores, perditores charitatis. Et infra. Neq; enim quærunt illos, quos iam ſubegerunt, aut geſtiunt euertere quos iam ſuos fecerunt, inimici & hoſtes Eccleſiæ: quos alienauerunt ab Eccleſia & foras duxerunt, ut captiuos et uictos contemnunt & prætereunt. Eos pergunt laceſſere, in quibus Chriſtum cernunt habitare, Quanquàm & ſi aliquis ex talibus fuerit apprehenſus, non eſt quod ſibi in confeſsione nominis blandiatur: cum conſtet, ſi occiſi huiuſmodi extra Eccleſiam fuerint, fidei coronam non eſſe, ſed pœnam potius eſſe perfidiæ: nec in domo Dei inter unanimes habitaturos eſſe, quos uidemus de pacifica & diuina domo, furore diſcordiæ receſsiſſe, Hæc Cyprianus. Sed ſignificantius aliquanto Tertullianus. Non omittam, inquit, ipſius etiam conuerſationes hæreticæ deſcriptionem, quàm futilis, quàm terrena, quàm humana ſit: ſine grauitate, ſine authoritate, ſine diſciplina, aut fidei ſuæ congruens. In primis quis Catechumenus, quis fidelis, incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: Etiam Ethnici ſi ſuperuenerint, ſanctum canibus, & porcis margaritas, licet non ueras iactabunt, ſimplicitatem uolunt eſſe poſt rationem diſciplinæ, cuius penes nos curam lenocinium uocant. Pacem quoq; paſsim cum omnibus miſcent, nihil enim † inuerum eſt illis, licet diuerſa tractantibus, dum ad unius ueritatis expugnationem conſpirant omnes: ſcientiam pollicentur, ante ſunt perfecti Catechumeni quàm edocti. Ipſæ mulieres hæreticæ quàm procaces, quæ audeant docere: contendere, exorciſmos agere, curationes repromittere, fortaſſe an & tingere? Ordinationes temerariæ, leues, inconſtantes. Nunc Neophitos collocant, nunc ſæculo obſtrictos, nunc Apoſtatas noſtros, ut gloria eos obligent, quia ueritate non poſſunt. Nuſquam facilius proficitur, quàm in caſtris rebellium, ubi ipſum eſſe, illic promereri eſt. Itaq; alius hodie Epiſcopus, cras alius, hodie Diaconus, qui cras lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nam & Laicis ſacerdotalia munera iniungunt. De uerbi autem adminiſtratione quid dicam, cum hoc ſit negocium illis, non Ethnicos conuertendi, ſed noſtros euertendi: hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus

Lib. 1. Epiſtolarũ, Epiſt. 1.

Cõfuſio apud Hæreticos.

Qualis inter eos Pax. alias † uerum ineſt.

Quales Ordinationes Hæreticæ.

Qualis prædicatio uerbi.

ruinam, non ſi iacentibus eleuationes operentur. Quoniam & opus eorum non de ſuo proprio ædificio uenit, ſed de ueritatis deſtructione: noſtra ſuffodiunt, ut ſua ædificent. Ad hæc ſolummodo opera humiles & blandi & ſubmiſsi agunt. Cæterum nec ſuis præſidibus reuerentiam nouerunt: Et hoc eſt, quod ſchiſmata apud hæreticos ferè non ſunt, quia cum ſint, non pârent ſchiſmata. Eſt enim unitas ipſa. Mentior, ſi non etiam à regulis ſuis uariant inter ſe, dum unusquiſq; proinde ſuo arbitrio modulatur quę accepit, quemadmodum de arbitrio ea compoſuit ille qui tradidit, agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ more profectus rei. Idem licuit Valentinianis quod Valentino: idem Martionitis, quod Martioni: de arbitrio ſuo fidem innouare. Deniq; penitus inſpectæ hæreſes omnes, in multis cum authoribus ſuis diſſentientes depręhenduntur. Notata ſunt etiam commercia hęreticorum cum Magis, quàm pluribus cum Circulatoribus, cum Aſtrologis, cum Philoſophis, curioſitati ſcilicet deditis, quærite & inuenietis ubiq; meminerunt, libera ſunt illis omnia, & ſoluta. Deum non timent: Vbi autem Deus non timetur, niſi ubi Deus non eſt: nec ueritas ulla eſt, meritò & talis diſciplina eſt, At ubi Deus, ibi metus in Deum, qui eſt initium ſapientię. Vbi metus in Deum, ibi grauitas, honeſtas, & diligentia attonita, & cura ſolicita, & adiectio explorata, & communicatio deliberata, & promiſsio emerita, & ſubiectio religioſa, & apparitio deuota, & preſsio modeſta, & Eccleſia unita, & Dei omnia, hæc Tertullianus. Neq; uero nos Hæreticorum malos mores ita repræhendimus, ut hos ipſos multis etiam Catholicis communes eſſe negemus: Aut Catholicos, qui his ipſis contaminati ſunt, defendamus. Paulus nanq; Apoſtolus, enumeratis opinionibus carnis, non de hæreticis tantum: ſed de omnibus generaliter, qui hæc ipſa perpetrant, dicit: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebunt. Non immeritò igitur quæſitum eſt, Vtrum is, qui ſimul ſit fornicator, immundus, luxurioſus, auarus, ueneficus, diſcordioſus, contentioſus, ęmulus, animoſus, ſeditioſus, inuidus, ebrioſus, commeſſator &c. etiam ſi hæreticus non ſit: tamen unus hæreticus, etiam ſi cæteris criminibus infectus non ſit, hoc uno quod hæreſi infectus eſt, quolibet Catholico, quantumlibet etiam peſsimo, peior eſſe uideatur: Tum quia hæreſis crimen eſt, quo ueritas ipſa agnita negatur & impugnatur, & quo ſpiritus ſanctus offenditur: quod peccatum omnino utiq; grauiſsimum eſſe conſtat, ut quod (ipſo etiam Domino atteſtante) neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro remittetur: Tum quia tanto peius eſſe exiſtimatur peccatum, quanto magis nocet. At hæreſis omnium nocentiſsima peſtis eſt, quæ non hæreticum tantum extra Eccleſiam eijcit, & omni ſalute deſtituit: ſed etiam latiſsime ſerpens, contagione ſua quam plurimos corrumpit, totumq; adeo agrum Dominicū deuaſtat. Propter

quod

Multa inter eos uariatio pro cuiusq; arbitrio.

Commercia cum Magis et Aſtrologis.

Gal. 5.

quod aliquibus uiſum eſt, propter immanitatem huius criminis, hæ- *Aug. contra*
reticum etiam quouis Ethnico, quantumlibet malo, eſſe peiorem, *Donatiſtas de*
Quidam etiam, propter magnitudinem huius ſceleris, cum qui neſ- *baptiſmo. li. 6.*
ciens in hæreſim irruit, ei qui ſciens ab Idolatria non diſcedit, coę- *cap. 44.* *Idem ibidem*
quandum eſſe putant: Cum tamen alioqui regula ſit, ut peccata ſcien *lib. 4. c. 5.*
tium peccatis ignorantium præponantur.

De Fraudulentia hæreticorum. Capute IX.

NVnc ad eos mores uenio, qui ſunt uitæ & doctrinæ
hæreticorum communes, inter quos primatum ob-
tinet fraudulentia. Propter fraudulentiam itaq; Hæ-
retici uulpibus in ſanctis ſcripturis comparantur.
De qua re ita ſcribit Ambroſius. Vulpes (inquit) *Amb. in Luc.* *lib. 7. c. 9.*
plenum fraudis eſt animal, foueam parans, & in fo-
uea ſemper latere deſiderans. Ita ſunt Hæretici, qui domum parare
ſibi non norunt: ſed circumſcriptionibus ſuis alios decipere conan-
tur. Iacob domum habitat, hęreticus in fouea eſt, ut fraudulenta uul-
pes, gallinæ illi Euangelicæ dolum ſemper intendens: De qua ſcrip- *Matth. 23.*
tum eſt. Quoties uolui congregare filios tuos, ſicut gallina, & nolui-
ſti: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Merito ergo foue-
as habent, quia domum, quã habuerant, perdiderunt, Hæc Ambro.
Cæterum fraudes & mendacia hæreticorum uaria ſunt, ſed quæ ta-
men ad unum ſcopum tendunt omnia: nempe, ut Catholicos deci-
piant & à uia ueritatis auertant. Primum igitur amicitiam ſimulant,
pulchra ſane ad decipiendos etiam prudentes decipula. Tanta enim *Faudulentæ*
uis eſt amicitiæ et beneuolentiæ, ut ſi non conſentire, tamen conniue- *amicitiæ.*
re ut plurimum, aut cæcutire in amicorum erroribus ſoleamus.
Amicitia autem contracta, facile pacem perſuadent ſimplicibus: quis
enim bellum ab eo, quem credat amicum eſſe, expectet? Ad hæc, uer-
ba adhibent blanda, omniſq; adeo amicitiæ & beneuolentiæ plena,
quæ & ipſa aptiſsima ſunt amicitiæ tum conciliandæ, tum cuſtodien- *Fictus cõſen*
dæ. Fingunt ſeſe nobiſcum ſentire, & ſubinde in multis etiam nobiſ- *ſu nobiſcum.*
cum communicant, Catholicos ſe appellantes, & Chriſtianos: & ſi
nobiſcum, in uno aut altero uerbo diſſentiant, propter hoc totum Ec-
cleſiæ corpus non oportere diſſolui, nec amicitiam fratrum Chriſtia-
norum uiolari dicunt: tum ſi quid eſt, quo grauius lædi Catholicos
uident, ſimulant ſe quoq; idipſum repudiare, & ad nos & Eccleſiæ
unitatem redire, noſtris ſubinde ſententijs ſubſcribentes: ſed omnia
hæc fraudulenter & doloſe. Siquidem pacem & amicitiam ſimulan- *Mel in ore,*
tes, acerrimi Eccleſiæ ſunt hoſtes: blanda & bona uerba dantes, mel *Fel in pectore*
quidem in ore, fel autem in pectore geſtant: & cum nobiſcum ſe ſen- *De alijs crimi-*
tire affirmant: tum alieniſsimi ſunt à ſententijs noſtris, cum ſe redire *nib. to. 2. con-* *cil fol. 25.*
fingunt: tum quo magis noceant, propius nobis appropinquant, &

ſe aliquando Catholicorum decretis ſubſcribunt: tamen id uel non ex animo ſed fraudulenter faciunt, aut in ſententia minime perſiſtunt. Ac tales quidem figurati ſunt per hoſtes Iudæ et Beniamin,
1.Eſdr.4. De quibus ita in Eſdra ſcribitur. Audierunt autem hoſtes Iudæ & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Iſrael: & accedentes ad Zorobabel & ad Principes patrum, dixerunt eis: Ædificemus uobiſcum, quia ita ut uos quærimus Deum ueſtrum. Ecce nos immolamus uictimas, ex diebus Aſſaraddan Regis Aſſur, qui adduxit nos huc. Hoſtes ſiquidem Iudæ & Beniamin, falſos fratres, hoc eſt, Hæreticos & malos Chriſtianos, figuraliter exprimunt. Et hoſtes ſunt Iudæ, id eſt, confeſsionis & laudis, quam Eccleſia Domino in præſenti per fidem rectam & opera fide digna offert. Hoſtes quoq; Beniamin, id eſt, filij dextræ ſunt: dum eos, qui ipſos audiūt, à ſorte ſegregant populi fidelis, qui ad dexteram Iudicis, in futuro benedictionem eſt & regnum percepturus
Trip. lib. 1, cap. 14. Theod. lib. 1, cap. 4. Arrij et Achilles fraudulentiæ. æternum. Huiuſmodi fraudibus uſi ſunt, Arrius & Achilles: de quibus Alexander, Alexandriæ Epiſcopus, ad Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum ita ſcribit. Conati ſunt tamen illi, inquit, diſcurſionibus uti, & aduerſum nos machinari, qui apud unanimes comminiſtros noſtros figuram pacis, & unitatis dignitatem ſe exercere fingunt. Quod autem uerum eſt, abripere quoſdam eorum ad peſtem propriam, per boniloquia ficta faſcinant: & literas ab eis manifeſtas, & indubitatas exigunt: ut relegentes eas ſeductis à ſe perſonis, ſine pœnitentia eos in delictis ſuis faciant remanere, tanquàm unanimes habentes eadem ſecum decernentes Epiſcopos. Nō enim quæ apud nos male docuerunt & egerunt, ea fatentur: Propter quod & ſunt expulſi, ſed hæc aut taciturnitati contradunt, aut fictis eos rationibus, & quibusdam obumbrationibus ſepiunt. Veri ſimilibus uero & pompoſis, corruptibilem doctrinam ſuam uelantes eloquijs, attrahunt in deceptionem quemlibet incautum: non abſtinentes, etiam apud omnes noſtræ pietati calumniari. Vnde contingit quoſdam eorum literis ſubſcribentes in Eccleſiam ſuſcipi, maximo (ſicut reor) imminente periculo, præſumentibus talia comminiſtris, eò quod nec Apoſtolica hoc regula patiatur, & effundunt ſuper eos diabolicam efficaciam contra Chriſtum. Simili fraude uſus eſt Pelagius, in Concilio Palæſtino, hęreſim ſuam contra, quę gratiam Dei acerrime impugnabat, confeſsione & ſcripto non ex animo anathematizauit, ne ipſe à Catholicis ſacerdotibus anathematizatus, locum docendi in Eccleſia ac ſuum errorem ſeminandi facultatem
In Epiſtola ad Mediola. Eccleſiam. amitteret. De ſubdolo ſermone hæreticorum addo, quæ Syricius Papa contra Hęreticos ſui temporis ſcribit: Iam (inquit) incognitus ſermo hæreticorum in Eccleſia, cancri more ſerpebat, ut occupans pectus, totum hominem præcipitaret in mortem, Et niſi Dominus

Sabaoth laqueum, quem parauerant, diſrupiſſent, techna tanti mali & hypocriſis publicata, multorum ſimplicium corda traxiſſet in ruinam: quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur, uolens magis per ſpacioſam uiam ambulare, quam arctæ uiæ iter cum labore tranſire. De ijs qui ſub prætextu nominis Chriſtiani, ſe in amicitiam Catholicorum inſinuant, & ſe de noſtris eſſe fingũt, idem Syricius ita ſubiungit: Qua de re neceſſarium ſatis fuit, dilectiſsimi, hæc quæ geſta ſunt hic, ad ueſtram conſcientiam cognoſcenda mandare, ne ignorantia cuiuſdam ſacerdotis peſsimorum hominum Eccleſiam irrumpentium, ſub religioſi nomine contagia uiolaret, ſicut ſcriptum eſt, dicente Domino: Multi uenient ad uos in ueſtimentis ouium, intus autem ſunt lupi rapaces: ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Hi ſunt qui ſubtiliter Chriſtianos ſe iactant, ut ſub uelamento pij nominis gradientes, domum orationis ingreſsi: ſermonem ſerpentinæ diſputationis effundant, ut ſagittent in obſcuro rectos corde, atq; à ueritate Catholica auertendo, ad ſuæ doctrinæ ſcabiem, diabolico ore transducant, atq; ouium ſimplicitatem defraudent. Item de iiſdem Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ad Leonem Papam primum. Sunt, inquit, quidam ueſte ſua oues ſignificantes, interius lupi rapaces, quos ex fructibus eorum debemus cognoſcere. Iſti prima fronte uidentur eſſe de numero noſtro, ſed non ſunt de numero noſtro: ſi enim de numero noſtro eſſent, nobiſcum manſiſſent. Quando autem cœperunt aſſumere impietatem, illud quod prius occultabatur, aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifeſtus. Inueniuntur autem infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones neſciunt, & ſecum eos in perditionem præcipitant, diſsipantes & uituperantes patrum diſciplinas: & relinquunt ſanctas ſcripturas ad ſuam perditionem, quos quidem debemus præuidere, & à quibus multum oportet cauere, ne in malitia ſua occupati, concidant de ſua firmitate: Exacuerunt enim linguam ſuam quaſi ſerpentes, & uenenum in labijs habent, quaſi aſpides, de his hæc Propheta clamauit. Et generaliter Hæretici, ſub titulo Chriſtiani nominis ſe uenditant: Qui & ipſi ſibi Chriſtum habere uideri uolunt. Non enim Chriſti nomen negant, ſed negant Chriſtum & Deum: Quia non omnia, quæ Chriſti ſunt & Dei, confitentur. Addo ad ea, quæ ante de impoſturа uerborum dicta ſunt, Quod Theoderitus de Arrianis in Tripartita ſcribit. Dicebant, inquit, Arriani, conuenientes in Arimino, uolentes Heſperijs ſuadere ſimplicibus, quod non oporteret propter duo uerba, quæ nec inuenirentur ſcripta, ſeparari corpus Eccleſiæ: ſed ſimilem per omnia profiteri filium genitori, ſubſtantiæ uero tacere nomen: Sed fallaciam ſentientes horum Homuſiani Pontifices, eos abdicauerunt. De fraudibus autem & in

Matth. 7.

Syricius Papa.

Matth. 7.

Epiſtola Flauiani ad Leonem. I.

1. Ioan. 2.

Pſal. 139.

Ambro. lib. 6. Luce. cap. 9.

Lib. 5. Trip. cap. 10.

Duo uerba, Homuſion & Homoeuſion.

conſtantia hęreticorum in ſubſcriptionibus, alio loco à nobis dictum eſt. Quod autem in multis nobiſcum communicent, multis quidem exemplis demonſtrari poteſt. Nam & Chriſtianorum nomen uſurpant, ut dictum eſt, Catholicos ſe nobiſcum appellantes: Chriſtum nobiſcum confitentur, altare habent, ſacrificium panis & uini offerunt, baptizant: ſcripturas ſanctas legunt, miniſteria Eccleſiaſtica perficiunt, & innumera alia, quæ ſunt generis eiuſdem: & hæc omnium ſubtiliſsima fraus eſt, qua hæretici ſimplices decipiunt, ut Chryſoſtomus teſtatur. Hæretici, inquit, quibus multa nobiſcum paria ſunt, facile poſſunt innoxias mentes, & ſoli Deo deditas, fraudulenta ſocietate percurrere, dum malorum ſuorum uirus per bona noſtra defendũt. Nihil enim periculoſius his hæreticis eſſe poteſt, quàm qui integrè per omnia decurrunt, uno tamen uerbo, ac ſi ueneni gutta, meram illam ac ſimplicem fidem, dominicæ ac exinde Apoſtolorum traditionis, inficiant.

In multis nobiſcum communicant hæretici.

At non excuſantur qui his artibus hæreticorum decipiuntur: quanquàm leuius peccant, quàm qui ab Idolatris ſeducuntur. Qui enim Idolatram audit, inquit Chryſoſtomus, qui non confitetur Chriſtum, & manifeſta eſt gentilitas: ſi ſeducitur per eum, non culpa tantum eſt, ſed & inſania: Qui autem eum audit, qui confitetur Chriſtum, ſed non ſic quemadmodum mandauit Chriſtus, negligentiæ eſt, ſi ab eo ſeducatur. Qui enim in occultam foueam cadit, negligens eſſe dicitur, quia non cautè perſpicit: Qui autem in manifeſtam foueam cadit, non negligens eſſe dicitur, ſed inſanus.

Leuius peccatum eſt Audire hæreticos quam audire Idolatras.
Homelia, 19. in Matth.

Nec excuſant quæ de ſimilitudine Eccleſiaſticorum miniſteriorum dicta ſunt, quoniam & ſimia hominis habet membra, et per omnia hominem imitatur, nunquid propterea dicenda eſt homo? Sic & hæreſis omnia Eccleſiæ habet & imitatur myſteria, ſed non ſunt Eccleſiæ. Immo & diabolus ipſe, hæreticorum pater, in ipſa etiam Idolatria (cum qua non parum conuenit hęreſis) ſacramentorum rebus uſus eſt.

Non excuſat ſimilitudo in myſterijs hæreticos.

De qua re ita ſcribit Tertullianus. Diaboli, inquit, partes ſunt interuertendi ueritatem, qui ipſas quoq; res ſacramentorum diuinorum, in Idolorum myſterijs æmulatur. Tingit & ipſe quoſdam credentes & fideles ſuos, expiationem de lauacro repromittit: & ſi adhuc meminit Mythræ, ſignat illis in fronte milites ſuos, celebrat panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam. Quid quòd & ſummum pontificem nuptijs ſtatuit? habet & uirgines, habet & continentes. Cæterum ſi Numæ Pompilij ſuperſtitiones reuoluamus: ſi ſacerdotalia officia, inſignia, priuilegia: ſi ſacrificantia myſteria, & inſtrumenta, & uaſa ipſorum ſacrificiorum, ac piaculorum, ac uotorum curioſitates conſyderemus, nonnè manifeſtè diabolus moroſitatem illam Iudeæ imitatus eſt. Quid ergo ipſas res, de quibus ſacramenta Chriſti adminiſtrantur, tamen æmulanter affectauit exprimere in negocijs Idola-

Li. de preſcri. heret.

Similitudo quędã in myſterijs Chriſtianorum & Idolatrarum.

ciis Idolatriæ: utiq; & idem & eodem ingenio geſtiit, & potuit inſtrumenta quoq; diuinarum rerum & ſanctorum Chriſtianorum, de ſenſibus uerba, de uerbis parabolas, de parabolis prophanæ & æmulæ fidei attentare. Et ideo neq; à diabolo immiſſa eſſe ſpiritualia nequitiæ, ex quibus etiam hæreſes ueniunt: dubitare quis debeat neq; ab Idolatria diſtare hæreſes, cum & authoris & operis eiuſdem ſint, cuius & Idolatria, hæc Tertullianus. Non igitur excuſantur, qui propter communionem hæreticorum, in myſterijs Eccleſiaſticis, eorum errores amplectuntur: Nam & boni & mali eadem faciunt eademq; patiuntur. Pharao populum duris oneribus atterebat: Moyſes eundem populum impie agentem duris coertionibus affligebat. Ieſabel occidit Prophetas, Helias occidit Pſeudoprophetas: Ceciderunt Iudæi Paulum Apoſtolum, ceciderunt & Græci pro Paulo Apoſtolo Soſthenem Iudæum. Deus proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: & de filio ipſo dicit. Qui me dilexit, & tradidit ſemetipſum pro me. Rurſus etiam de Iuda dicitur, quod iterit in eum Sathanas, ut traderet Chriſtum. Ecce pater tradidit, filius tradidit, Iudas tradidit, omnes unum tradiderunt: Catholici perſecutionem patiuntur ab Hæreticis, et rurſus Hæretici affliguntur à Catholicis: Catholici ne mortem quidem ipſam pro Chriſto ſubire formidant, ſed & Hæretici, priuſquàm errores ſuos relinquant, mortem patiuntur. Quod Auguſtinus de Donatiſtis & Circumcellionibus ſcribit: & noſtra tempeſtate multa Anabaptiſtarum ſupplicia, læta etiam fronte accepta, teſtantur. Imitandi ſunt igitur in his rebus boni, non mali: Catholici, non Hæretici.

Hereſis et Idolatria a Diabolo ſunt.

Exempla, ubi eadem agunt patiunturque Boni et Mali. Exod. 5. & 3. 3. Reg. 18. Rom. 8. Gal. 2. Act. 14. & 16. Iob. 13. Epiſtol. 15.

At quis diſcernit, inquis, Catholicum ab Hæretico, qui extrinſecus tam in multis pares eſſe uidentur? Fateor ſimplicioribus de his rebus iudicium eſſe per difficile: immò nec ad ipſorum, ſed ad paſtorum et Prælatorum officium pertinere. Quibus & ipſis ad eam rem ſumma opus eſt diligentia, ut Liberius Papa ad Athanaſium, & Ægyptiorum Epiſcopos de hæreticis ſcribit. Non oportet, inquit, nos deinceps tacere aut quieſcere, ne quoquo modo iniqui iudicemur, odibilem Deo pacem amplectentes, quoniam ſcriptum eſt, Zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum uidens: & dicatur etiam de nobis. Sacerdotes mei contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea: inter ſanctum & prophanum non habuerunt diſtantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt: ſed conſurgere cum Deo, & conſiſtere, promptè induentes arma ſpiritus, aduerſus malignantes cōtra fidem eius, ut approbemus ſpiritum ſapienter, id eſt, uerba eorum, ſi ex Deo ſunt: Scriptum eſt enim in Hieremia. Probatorem dedi te in populo robuſtum, & ſcies et probabis uiam eorum. Multa nanq; nobis neceſſaria eſt uigilantia, & tanta diuinæ ſapientiæ rimatio, quod occulta tenebrarum reuelat: ad requiſitionem huiuſmodi

Difficultas diſcernendi hæreticos.

Verba Liberij Papæ ad Athanaſium. Pſal. 72. Soph. 3. Ezech. 22. 1. Ioan. 4. Hiere. 6.

huiuſmodi rei,& ſcrutationem,quoniam latet quodammodo et ab-
ſconditur , uixq́ comprӕhenditur doloſa exiſtens malitia : pro eo,
quòd ſibi pietatem callide blandiatur,ut ualeat ſcrutantium mentem
August. Epiſtola. 48. latere. Quod utiq́ ſciens beatus Apoſtolus,ait. Nam huiuſmodi
pſeudoapoſtoli, & operarij ſubdoli, transfigurant ſe in Apoſtolos
2. Corinth. 11. Chriſti : Sed nõ mirum, quoniam et ipſe Sathanas transfigurat ſe ue
lut angelus lucis:& ideo non mirum, ſi miniſtri eius transfigurantur
ueluti miniſtri iuſtitiæ,quorũ finis ſecundum opera eorum. Sed Do-
Matth. 7. minus in hoc præmuniens nos,ait: Attendite à falſis Prophetis,qui
ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi ra-
paces:à fructibus eorũ cognoſcetis eos, Hæc Liberius. In hac igi-
Per quid ſeparatur Hęreticus a Catholico. tur ſimilitudine,communicatione ſacramentorum,aliarumq́ rerum
pietatem præſeferentium, Prælati non res ipſas & actiones,ſed cau-
ſas ipſas ſpectabunt : Siquidem non res ipſæ, quas foriniſecus oſten-
dunt,ſed cauſa ipſa & intentio quæ intus latet, hæreticum à Catholi-
Intentio diſcernit actum bonum a malo. co ſeparat. Pharao Dominatione inflatus populum afflixit : Moy-
ſes zelo inflammatus iuſtæ correptionis eundem coërcuit: Traditio
patris & filij pia fuit, Iudæ impia : Tres cruces in uno loco erant, in
una,latro liberandus:in alia,latro damnandus: in media Chriſtus,
alterum liberaturus, alterum damnaturus. Quid ſimilius iſtis cruci-
bus? quid diſsimilius iſtis pendentibus? Idem igitur de ſacramen-
tis,& alijs rebus,quibus Catholici & Hæretici communicant,dicen-
dum eſt. Catholicorum ſacramenta uera ſunt, quia ijs ritè ad colen-
dum Deum utuntur : Contra, Hæreticorum falſa ſunt, quia ijs non
ſicut Chriſtus inſtituit,ſed ad confirmandam impietatem ſuam,et de-
Bona et mala perſecutio. cipiendum eos, qui ſunt fidei non uſq; adeo firmæ,utuntur. Hæretici
perſequuntur Catholicos,ut eos ad adoranda impietatis ſuæ Idola
compellant:Rurſus Catholici Hęreticos perſequuntur,ut quos man-
ſuetudine non poſſunt,eos ſeueritate ad unitatem Eccleſiæ reducant,
& ab impietatibus ſuis coërceant. Hij perſequuntur diligendo, illi
ſæuiendo : Hij ut corrigant, illi ut euertant : Hij ut reuocent ab erro-
re,illi ut præcipitent in errorem. Agar paſſa eſt perſecutionẽ à Sara,
Gene. 16. Pſal. 17. ſed iuſtè: Dauid perſecutionẽ paſſus eſt, ſed iniuſtè. Catholica Eccle-
ſia perſequens Hęreticos dicit: Perſequar inimicos meos,& compre-
hendam illos;& non conuertar donec deficiant. Catholici,qui per-
ſecutionem patiuntur ab Hæreticis , ſpem habent in uerbo Domi-
Matth. 5. ni dicentis. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam:&
Pſal. 42. dicere poſſunt, Iudica me Deus , & diſcerne cauſam meam de gente
non ſancta. Mortem ſubeunt Catholici propter fidem Chriſti, &
Mortem ferunt hæretici propter ſuperbiam. dicuntur Martyres : Mortem non formidant hæretici, non amo-
re pietatis , ſed tumore ſuperbiæ, propter uanam gloriam : ne re-
deuntes & errorem ſuum abiurantes, coram mundo confun-
dantur. Ex qua cauſa multi etiam Ethnicorum mortem ſibi ſpon-
te intu-

ſe intulerunt, ne dum illatam ſuſtinuerunt. Cuius rei quædam exempla à Tertulliano referuntur. Lucretia, quæ uim ſtupri paſſa eſt, cultrum ſibi adegit in conſpectu propinquorum, ut gloriam caſtitati ſuæ pareret. Mutius, manum ſuam dexteram in ara cremauit, ut hoc factum eius fama haberet. Heraclitus Philoſophus, bubulo ſtercore ſe oblitum exuſsit. Empedocles in ignes Aethnæi montis deſilijt. Haſdrubalis uxor, cum iam ardente Carthagine maritum ſuum ſupplicem Scipionis uideret, cum filijs ſuis, in incendium patriæ deuolauit. Regulus dux Romanorum, captus à Carthaginenſibus, cum ſe unum pro multis captiuis Carthaginenſibus compenſari noluiſſet, maluit hoſtibus reddi, & in arcæ genus ſtipatus, undiq; extrinſecus clauis transfixus, tot cruces ſenſit. Beſtias foemina libens appetijt, & utiq; horridiores aſpides ſerpentes tauro uel urſo, quos Cleopatra immiſit ſibi, ne in manus inimici perueniret. Si hęc Ethnici, quid mirum, ſi hæretici ex eadem cauſa uel etiam maiora patiantur: ut Catholici propter fidem Chriſti, mortem, & quæuis etiam tormenta ſubeãt, ſicut uerbo & exemplo Chriſti edocti ſunt: Vt hæretici portentoſam ipſam mortem, qua ſponte in ignes irruunt, gladio iugula pręben, patiantur, à diabolo inſtigati. Idem enim eſt qui mortem ſuadet hæreticis, & qui ſaluatori noſtro, ut ſe de pinna templi præcipitaret, tanquàm de lege ſuggeſsit. Quo ſuaſore, & cor eorum poſsidente, ita pereunt: quemadmodum grex ille porcorum, quem de monte in mare turba dæmonum deiecit.

Tertul. in lib. quem ſcripſit ad Martyres.

Exempla gentilium propter gloriam mortem paſſorũ.

Hæretici Instinctu Diaboli ſubeunt mortem.

Luce. 4.

Matth. 4.

Marci. 5.

Quibus

Quibus modis hæretici cognoſcantur, *Caput X.*

ALphonſus Minorita, tres modos enumerat, quibus Catholicos ab hæreticis diſcerni poſſe exiſtimat: ſtudium docendi noua, libertatem in docendo, & impatientiam. Studium nouitatis, gloriæ cupiditatem habet annexam, iuxta illud Ioan. Apoſtoli. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriã quęrit. A ſemetipſis autem loquuntur, qui noua docent & prædicant, uerbo Dei Eccleſiæ incognita, et illius traditionibus aduerſa. Hi ſunt qui abrogatis Eccleſiæ ordinationibus nouas ipſi faciunt, noua altaria erigunt, & ab Eccleſiæ unitate deficiunt. A quorum nouitatibus cauendum apoſtolus Timotheum admonet: O Timothee, inquit, depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas uocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ: quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Catholici autem in unitate manent, ad quam omnes Chriſtianos hortatur idem Apoſtolus Paulus: Obſecro autem uos, inquit, fratres, per nomen Domini noſtri IeſuChriſti, ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint in uobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. Hanc unitatem qui diuidunt, procul dubio falſi Prophetæ ſunt, de quibus Ioannes Apoſtolus ait, Omnis ſpiritus qui diuidit Ieſum, ex Deo non eſt. Vnde quidã hęretici timentes, ne hoc tam certò ſigno proderentur, hunc uerſiculum ex Epiſtola Ioannis eraſerunt, ut Beda ſcribit. Similiter Petrus Apoſtolus, de magiſtris mendacibus loquens, ſectas eos introducere ait perditionis. Et generaliter, quoties Apoſtoli à falſis Prophetis cauendũ eſſe admonuerunt, ſimul etiam inter ſigna quibus cognoſci poſſent, ſtudium nouarum ſectarum expreſſerunt: Vt Iudas Apoſtolus his uerbis ſignificat, Vos aũt, inquit, chariſsimi memores eſtote uerborũ, quę prędicta ſunt ab Apoſtolis Domini nr̃i Ieſu Chriſti, qui dicebat nobis, Quia in nouiſsimis temporibus uenient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus: hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos: animales, ſpiritum non habentes. Hoc ſigno prodita olim fuit impietas Core, Dathan, & Abyron, quibus & Pſeudoapoſtoli ęquiparantur. Sic enim de his ſcribit Iudas Apoſtolus. Hi autem, quæcunq; quidem ignorant, blaſphemant: quæcunq; autem naturaliter tanquàm muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Væ illis qui in uia Cain abierunt, & in errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt. Hoc ſigno hodie manifeſtantur omnes, qui Hierarchiam Eccleſiæ impugnant, qui unum in Eccleſia caput Romanum Pontificem negant, qui cognitionem difficilium cauſarum, ad ſedem Apoſtolicam pertinere negant,

Marginal notes:
A ſe ipſo loqui quid ſit. Ioan. 7.
Studium nouitatis Hæreticos facit.
2. Timoth. 6.
Studium Catholicorũ eſt ſapere unum omnes.
1. Corinth. 1.
Hæretici diuidunt Ieſum.
1. Ioan. 4.
2. Pet. 2.
Iudæ. 1.
Hæretici ſegregãt ſemetipſos.
Num. 16.
Hæretici ſunt in uia Cain et in contradictione Core.
Signa, quibus hodie manifeſtantur hęretici.

negant, aliaq́ quibus Eccleſiæ unitas ſcinditur docent: hæc enim qui pertinaciter affirmauerint, procul dubio miniſtri ſunt Sathanæ & Pſeudoprophetæ, ut alio loco demonſtrauimus. Eiuſdem conditionis ſunt, qui doctrinam Catholicæ Eccleſiæ, & ſanctorum Conciliorum condemnant. Nam & ipſi nouitati ſtudent. Tales ſunt, quorum hodie ſcripta circumferũtur, quibus miris modis conciliorũ authoritatem & decreta, ſanctorumq́ patrum ſententias calumniantur, uanaq́ docent eſſe omnia, quæ cum eorum doctrina non conſentiunt. Huiuſmodi ſunt, quæ in libello, quem quidam de authoritate Eccleſiæ & ueterum ſcriptis ædidit, condemnantur, in quo ſanctorum Conciliorum & patrum ſententias, alias quidem ſtipulas, id eſt, opiniones incommodas, & aliquid erroris habentes: alias lignũ id eſt, meros errores appellat: alias ex falſa opinione & errore uulgi deſumptas eſſe affirmat. Stipula eſt, inquit, quod Ambroſius de ieiunio Quadrageſimæ ſcribit: Cætera ieiunia ſunt uoluntatis, hoc neceſsitatis. Vita monaſtica, quæ à Baſilio aſſeritur, ſtipula eſt. Pœnæ Canonicæ, quæ Cypriano admodum placent, ſtipulæ ſunt. Nomen ſatisfactionis Auguſtinus à uulgo ſumpſit. Cœnam Domini uulgi more oblationem uocant. Conſuetudo populi Cyprianum & alios uicit, ut probarent prohibitionem coniugij ſacerdotum.

Multa hæreſ(?)ca docentur hodie in nouis ſectis.

Phil. Melanth.

Sentẽtias Patrum pro ſtipulis habent ſectarij.

Applicationem miſſarum pro uiuis & mortuis, cultum uotorum & ſanctorum, prohibitionem coniugij ſacerdotum, meros errores eſſe dicit. Reprehendit in Dionyſio, monachorũ ordinationem tanquam ſuperſtitioſam. In Tertulliano, quod conſuetudinem Eccleſiæ pro lege ſeruandam eſſe docet. In Baſilio, inuocationem ſanctorum. In Hieronymo, diſputationem aduerſus Iouinianum, in qua falſas & ſuperſtitioſas opiniones de traditionibus humanis eſſe dicit: & alia quædam, quæ non ſunt digna Chriſtiano. Item diſcrimen ciborum. In Auguſtino, quod uota approbauerit. In Gregorio, Monachatum, ritum inuocationis ſanctorũ, oblationem corporis et ſanguinis Chriſti pro mortuis: Diſtractionem matrimoniorum ſacerdotalium. Has & alias quaſdam ſimiles patrum ſententias, quas unanimi conſenſu Catholica Eccleſia recepit & obſeruauit: homo ille, ſtipulas, ligna, & incommodas opiniones, lapſus & errores uocat, & neſcio ſub quam cenſuram reuocat omnes Eccleſiæ patres & doctores: quaſi totius Eccleſiæ magiſter & cenſor ipſe conſtitutus ſit. Eodem pertinet, quod hæretici ſcripturas non ſolum deprauant, ſed etiam quaſdam ita calumniantur, ut ſcripturas eſſe negent, quod & ipſum certiſsimum ſignum eſt, eos, qui talia faciunt, eſſe falſos Apoſtolos. Eſt enim hoc proprium hæreticis (ut inquit Irenæus) Vt cum ex ſcripturis arguuntur, in accuſationem conuertantur ipſarum ſcripturarum, quaſi non recte habeant, neq́ ſint ex authoritate. Et Auguſtinus Fauſtum accuſat, quòd Epiſtolam Pauli, ad Roma-

Calumniatores & Deprauatores ſcripturæ.

Lib. 3. aduer. hæret.

Lib. 11. contra Fauſt. Manic. cap. 1. & 2.

ad Romanos, aliorum falſitate corruptam dixerit. Nec uero canonicas tantum ſcripturas, ſed etiam ſanctorum patrum ſanctiones & decreta, ad hunc modū calumniantur. Etenim quæ à ſanctis pontificibus uariæ extant ad Chriſti fideles Epiſtolæ, quibus eos in fide & moribus inſtruunt, quibusq́; regulas Eccleſiaſticæ diſciplinæ præſcribunt, eas mentito patrum nomine æditas eſſe ipſi mentiuntur: ac propterea non eſſe canones, qui ex ipſis decerpti in Ius canonicum relati ſunt. Quales ferè ſunt, quos hodie quidam eliminant: canones de non accuſandis à laicis Prælatis, de pœnitentijs & ſatisfactionibus, de priuilegijs Romanæ ſedis, & ſimiles. Sed & uerum canonum ſenſum inuertunt contra patrum ſententiam, eos ipſos ad confirmandos errores ſuos, uel impugnandā Catholicam ueritatē torquentes. De quibus Epiphanius quidā in ſeptima ſynodo. Qui ſpiritualem, inquit, impugnant Ieruſalem, uidelicet Catholicam Eccleſiam, configurātur quodammodo ijs, qui terreſtrem Hieroſolymam opugnant. Student etiam patrum uti ſermone, quemadmodū Rapſaces aliquando hebraica lingua contra Iſrael uſus eſt: ſiquidem contra patres & Catholicam Eccleſiam, hæretici patrum doctrinam, & Eccleſiaſticam uocem uſurpant. Eodem modo leges quaſdam Imperiales calumniantur, dicentes, falſo & ementito titulo principum, ſub quorum nominibus æditæ ſunt, in libros legales eſſe immiſſas. Ad quem modum hac noſtra tempeſtate hæretici, duas Epiſtolas: alteram Ioannis Papæ, ad Iuſtinianum principem: alteram Iuſtiniani ad eundem Ioannem Pontificem, ſcriptas, & in codicem Iuſtinianicum relatas: ſimiliter titulum, ut Romana Eccleſia Centum annorum præſcriptione gaudeat: Eo tantum nomine, quod in his ipſis Romanæ Eccleſiæ authoritas, primatus & priuilegia aſſerantur, & confirmentur, repudiant. Sed omnia hæc impudentiſsime, & contra apertam hiſtoriarum ueritatem. Studium nouitatis plærunq́; libertas pronunciandi comitatur, quæ & ipſa certum indicium eſt, qui ea in doctrina fidei utitur, eum uel incidiſſe in hæreſim, uel ſtatim in eam eſſe prolapſurum. Ac de illa libertate intelligendum eſt, quod ait Iacobus Apoſtolus: Si quis putat ſe religioſum eſſe, nō refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius uana eſt religio. Et iterum, Lingua inquietum malum, plena ueneno mortifero. In eandem ſententiam quadrat, quod Gregorius ſcribit, qui exponēs illud Iob. Reſpondete quæſo abſq́; contentione, & loquentes id quod iuſtum eſt: iudicate, ſic ait. Qui in dictis ſuis reprobationem metuit, ipſe prius debet examinare quod dicit, quatenus inter cor et linguam æquus quidem diſcretuſq́; arbiter ſedeat: ſubtiliter penſatis, ſi recta uerba cor efferat, quæ utiliter ſuſcipiens, ad auditorum iudicium lingua perducat. Beatus igitur Iob ſua contra amicos agens, ſed contra hæreticos noſtra denuncians, præcipitationē loquentium reprehendit,

Calumniatores Canonum & Decretalium Epiſtolarum.

Canones, quos reprobāt aut inuertunt.

Act. 6.

Similes Rapſaci. 4. Reg. 19.

Calumniæ in Leges imperiales.

L. inter claras & L. nos reddētes C. de ſummi tri. et ſid. Cat. in Aut. ut eccleſia Rom. cen. anno. collo. 2.

Libertas pronunciandi ſignum eſt hæreſeos.

Iacob. 1.

Idem. 3.

Gregorius L. *Iob. 6.*

hendit, atq; ad eam mentē uerba recolligit dicens: Loquētes id quod iuſtū eſt, iudicate, ac ſi aperte diceret. Si in eo quod ad nos per egreſſum loquutionis exit, reprehendi non uultis, intus iuſtitiæ libram tenete: ut tantū foris quod dicitur ex ueritatis pondere placeat, quantum hoc interius trutina diſcretionis penſat, hæc Gregorius. Reperiuntur multa in ſcripturis Eraſmi Roterodami, quæ ille continentioris aliquanto linguæ non liberè profert, ſed alijs iudicanda proponit, & inter hæc quædam certè à uera Eccleſiaſtica doctrina abhorrentia, Quæ ſi libere proferret, nō uideo, quomodo ab hæreſi excuſari poſſet: ſed hęc eadem cum alij proferāt liberius, & quod ille dubitat, aut per iocū dicit, hi affirment, meritò pro hæreticis habendi ſunt. Sic quod Eraſmus innuit, Lutherus, & qui ex eo deſcenderunt ſtrenuè ac diligenter exequuntur. Vt pulchre colligit Ioan. Geneſius Sepulueda, in Antapologia, pro Alberto pio comite Carpenſi in Eraſmum. Offenditur, inquit, Eraſmus multitudine monaſteriorū, Lutherus omnia monaſteria demolitur: Muſſat ille, neſcio quid, de cultu diuorum, Lutherus cultum diuorum execratur: Alter uult Cæremonijs, cantibus, feſtis, modum imponi: alter ſummouet hæc omnia: De primatu Petri & Eccleſiæ Romanæ neſcio quid quæris Eraſmus, Lutherus Petrum redigit in ordinem, & omnes Apoſtolos pares facit, Eccleſiamq; & Epiſcopum Romanū nihilo cæteris dignitate præfert: Vidit aliquid Eraſmus, quo decreta Eccleſiæ poſſent in melius emendari, Lutherus Eccleſiæ & Conciliorum decretis omnem adimit authoritatem: & ad hūc modum de plærisq; alijs Lutheri dogmatis loquuntur, Hæc ille. Impatientia quoq; prodit hæreticorum fallaciam, cum deprehenſis tandem & apertis eorum dolis, fideles admonitiones & correctiones non ſolum ægrè admittunt, ſed in eos illico per indignationem & impatientiam inſurgunt: & ueluti anguis calcatus ſe hac et illac torquent, circumſpicientes in quos uirus conceptum euomere poſsint. Ac primum in eos, quorum antea amicitiam ambire ſimularunt, conuitia iaciunt, impios, ſeditioſos, & pacis turbatores eos appellantes: & crimina, quæ ipſi perpetrarunt, in Catholicos transferētes. Quod olim Donatiſtas & Circumcelliones, in Aphrica feciſſe Auguſtinus teſtatur. Hi perſecutionē ſe pati ſub terribilibus legibus Imperatoris conquerebantur: cum tamen in poſſeſsionibus ſuis ſecuri ſedentes, nec à quoq; Catholicorum turbati, ipſi Catholicos crudeliter perſequebantur: ut quos fuſtibus, & ferro concidebant, quorum domos compilando uaſtabant, oculos calce & aceto extinguebant. Præterea indoctos, idiotas, imperitos, nihil ſcientes, uocāt Catholicos, quod Arrius & Sabinus Macedoniorum Epiſcopi fecerunt: Immò & hæreticos, & quemadmodum Catholici hęreticos, non ab Eccleſia à qua abſciſi ſunt, ſed à magiſtris eorum denominant: ut ab Arrio Arrianos, à Macedonio

Qualia ſunt ſcripta Eraſmi.

Sic breuiter & facete ait Kilianus Leib Prior Rebdorfenſis: Eraſmus innuit, Lutherus irruit.

Ioā. Geneſius de Eraſmo & Luthero.

Impatienter ferunt Hæretici aliorū admonitiones.

Eſaie. 27.

Sua ſcelera in Catholicos retorquent.

Epiſtola. 68.

Conuitia in Catholicos.

Macedonianos, à Pelagio Pelagianos, à Donato Donatiſtas &c. Ita & hæretici Catholicos nō ab Eccleſia, cuius tamen membra ſunt, ſed ab Epiſcopis olim nominabant: ut Ioannitæ, Athanaſiani, Pauliani.

Improbitas Hæreticorum noſtri temporis.

Similes ſunt, his etiam noſtri temporis hæretici, qui & ipſi omnibus iniurij, ſacrilegi, fœdifragi, uirginum raptores, Eccleſiarū & monaſteriorum deprędatores, & uaſtatores iuris, & iuſtitiæ uiolatores, ſeditioſi, pacis publicæ turbatores, à nullis ipſi læſi, nec iniuriam aliquam paſsi: tamen non uerentur uociferari, ſe non eſſe tutos, ſe uim timere, pacem & ſecuritatem poſtulare, ad ius et iuſtitiam prouocare: Sed & Catholicos, impios, indoctos, aſinos, Antichriſtos, Papiſtas appellant.

Impatientia & conuitia Lutheri in Ducem Georgiū & in Card. Moguntinū.

Iam qua indignatione et impatientia Lutherus, in Illuſtriſsimū quondam principem GEORGIVM Ducem Saxoniæ, & nuper etiam in Reuerendiſsimum Cardinalem, & Archiepiſcopum Moguntinum, ALBERTVM, Marchionem Brandenburgenſem debacchatus fuerit, eo tantum nomine, quod nimis fraternè eum ſæpe admonuerunt, deinde etiam ut Prælati & principes per eos quos oportuit corripuerunt: quidam illius ſpurciſsimi & inſani libelli, contra optimos principes ędití, demonſtrānt. Vt interim de alijs taceam, quorum omnium impatientiam & furorem uaria eorum ſcripta facile demonſtrant. Sed de his iam ſatis.

De multitudine & paucitate hæreticorum, deq; hæreſum ſucceſsibus & exitu, ,Caput XI.

SVnt qui neq; prudentia & eloquentia, neq; fraudibus uarijsq; impoſturis, & deceptionibus hæreticorum decipiantur, & hac tamen ſola ratione uincantur, ut ab unitate Eccleſiæ deficiant: quod & augeri quotidie hæreticorum numerum, & in tot regnis & prouincijs propagari, & tanto tempore durare, & fœlicius omnia hæreticis quàm Catholicis ſuccedere uideant: hinc omnino conijcientes, ideo & auctam fuiſſe hactenus hanc doctrinā & augeri, & propagari quotidie, quoniam ex Deo ſit, & quæ hominum conſilio diſsolui non poſsit: ut in Concilio Iudæorum de doctrina Apoſtolorum Gamaliel Phariſæus, legis Doctor, diſſerebat. Hac certe coniectura multi decipiuntur, præſertim qui communem ſenſum & prudentiam ſequuti, magis quid accidat & quem euentum una quæq; res habere poſsit, quàm quib. ex cauſis fiat, conſyderant.

Deceptio ex proſpero ſucceſſu Hæret. Act. 5.

Nulla hæreſis contra Eccleſiam pręualere poteſt.

Nos uero huiuſmodi coniecturam falſam et meram deceptionem eſſe, & uerbo Chriſti & exemplis docebimus. Primum certum eſt, hanc doctrinā in multis, fidei Catholicæ Eccleſiæ & ſanctis ſcripturis aduerſari. At Eccleſia ſuper firmā Petrā ædificata eſt, quæ concuti quidem poteſt, euerti autem non poteſt. Eo dicente, qui Eccleſiam fundauit:

fundauit: ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam. Portæ autem inferorum hæreſes ſunt, quæ Eccleſiam quidem impetunt, euellere autem non poſſunt. Impeti ſiquidem poſſunt humanis præſumptionibus (ut inquit Gelaſius Papa) quæ diuino ſunt iudicio conſtituta: uinci autem quorumlibet poteſtate non poſſunt. Atq; utinam ſic contranitentibus pernicioſa non ſit audacia, quemadmodum quod ab ipſo ſacræ religionis authore præfixum eſt, non poteſt ulla uirtute conuelli, firmamentum enim Dei ſtat, Nunquid nam cum aliquibus manifeſta religio eſt, quantacunq; potuit nouitate ſuperari, non magis hoc inuicta permanſit, quod exiſtimata eſt poſſe ſuccumbere? Immò hoc proprium eſt Eccleſiæ, ut tunc uincat cum læditur, tunc intelligat cum arguitur: tunc ſecura ſit cum ſuperata uidetur, ut inquit Hilarius. Sed nec uana eſſe potuit promiſsio Chriſti, quam Eccleſiæ ſuæ fecit, ut ab Hæreticorum inſultibus ſemper tuta & inuicta eſſet futura. Quomodo enim fallere potuit, qui eſt ueritas ipſa? qui peccatum nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Multa quidem ſæpe grauiſsima bella Eccleſiæ ab hæreticis intentata legimus, quibus multiuariam impugnata fuit: quam tamen nulla uis unquàm expugnare & euertere potuit, neq; aduerſus eam portæ inferi præualere. Quod innumera propè hæreſum exempla (quibus Eccleſia iam inde ab ipſis Apoſtolis, ad hæc uſq; noſtra tempora uarijs modis attrita fuit) facile demonſtrant. Tria cornua fecit Diabolus contra Iob, inquit Origenes: ad dimicandum uerò aduerſus Eccleſiam non tria cornua, ſed innumerabilia omnes ſectæ & hæreſes faciunt, per quæ aduerſus Eccleſiæ unitatem dimicant. Sed quemadmodum tunc tribus cornibus aduerſus Iob aggreſſus cũ confuſione eſt ſuperatus, nihil præualens aduerſus Iob: ſic nihil præualebũt hæretici aduerſus Eccleſiam, firmum enim firmamentum Dei ſtabit, & portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam. Habet Eccleſia tres hoſtes, & eoſdem quidem acerrimos, Tyrannidem, Hæreſim, & Antichriſtum: qui quidem diuerſis armis contra Eccleſiam dimicant. Tyrannis quidem uiolentia, ut proſcriptionibus, tormentis, cædibus &c. Et hæc leoni comparatur. Hæreſis fraudulenta eſt, quæ uarijs dolis & fraudibus Eccleſiã aggreditur: hæc uulpi ſimilis eſt. Antichriſtus utriſq; utetur, & uiolentia & fraudibus: uim habebit in imperio, dolum in miraculis, & tamen ab his omnibus hactenus ſemper inuicta fuit, & poſthac etiam firma ſtabit Eccleſia. Quin illud etiam addo, huiuſmodi aduerſitates, ut nunquàm nocuerunt, ita plurimum ſæpe Eccleſiæ profuiſſe. Eccleſia Catholica, inquit Auguſtinus, per totum orbem ualide lateq; diffuſa, omnibus errantibus utitur ad profectus ſuos, & ad eorum correctionem, cum euigilare uoluerint. Vtitur enim gentibus ad materiam operationis ſuæ:

Matth. 16.

Portæ inferorum hæreſes ſunt.

In Epiſtola ad Anaſtaſ. Auguſtum.

Hila. lib. 7. de Trin.

Ioan. 14. 1. Pet. 2.

Orig. in Expoſit. in Iob.

Tres hoſtes Eccleſiæ, Tyrannis, Hæreſis et Antichriſtus.

Lib. de uera Religio.

hæreticis, ad probationem doctrinæ ſuæ: ſchiſmaticis, ad documentum ſtabilitatis ſuæ: Iudæis, ad comparationem pulchritudinis ſuæ. Alios ergo inuitat, alios includit, alios relinquit, alios antecedit. Et de hęreſi Paulus, Oportet hæreſes eſſe, ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant in nobis.

1. Cor. 11.

Probatior per hæreſes fides & dilectio.

Ad idem Auguſtinus: Hæreſes & ſcandala futura prædicta ſunt, ut inter inimicos erudiātur, ac ſic & fides & dilectio noſtra poſsit eſſe probatior: fides, ne ab eis decipiamur: dilectio, ut eis corrigendis quantū poſſumus conſulamus, non ſolum ne infirmis noceāt, atq; ut ab errore nefario liberentur, ſed etiam orantes pro eis, ut aperiat Dominus illis ſenſum, ut intelligant ſcripturas.

Catholicis proſunt hæreſes.

Item proſunt hæreſes, nō quidem hęreticis docendo uerū, ſed Catholicis quod neſciunt: carnales quidem ad quærendum uerū, ſpirituales aūt ad aperiendū excitando. Non eſt igitur periculum, ut Eccleſia ullis aduerſitatum & errorum procellis euerti poſsit, ut quę eſt ædificata ſuper firmam Petram, id eſt, fidem Apoſtolicam, quę nunquàm deficiet, Domino id promittente Petro, ac dicēte: Ego autem pro te rogaui, ut non deficiat fides tua, &c.

Luc. 22.

Auguſt. lib. 2. contra aduerſarium legis & Prophetarum. Idem, de unitate Eccleſiæ.

Sed nec bonos terrere debet malorū multitudo. Nam illud peculiare eſt hæreticis, ut ſi pauci fuerint, de paucitate: Si multi, de multitudine glorientur. Quod Donatiſtas in Africa feciſſe legimus, qui primum quidem de paucitate gloriantes dicebāt. Totū orbem terrarū apoſtatauiſſe, & Eccleſiam in ſola parte Donati remanſiſſe. Quod ut probabile ſimplicioribus facerent, nōnullis etiam ſcripturarum exemplis nitebantur. Enoch (inquiebant) † uiuo inter omnes homines placuit Deo, & tranſlatus eſt. Poſtea toto mundo aquarū inundatione deleto, ſolus Noë cum coniuge & filÿs & nuribus ſuis in Arca meruit liberari. Adiungebant etiā de Loth, quod ſolus cum filiabus de Sodomis liberatus ſit. De ipſo quoq; Abrahā & Iſaac & Iacob, quod pauci fuerint Deo placentes, cæteri Idolis dediti & dæmonibus. His atq; alÿs ſimilibus exemplis, paucitatē ſuam cōmendare conabantur Donatiſtæ, & in ſanctis Eccleſiæ multitudinē blaſphemare nō ceſſabāt. Sed & ÿdem deinde in collationibus cum Catholicis habitis, numero Epiſcoporum ſuperare Catholicos uideri uolebant. Sic & noſtris temporibus hæretici, ab initio de paucitate gloriabātur, quaſi uero ipſi eſſent, parua illa familia: Abraham, Elias, Eliſeus, Maria, Ioſeph, Zacharias, Simeon, Anna, Paſtores: Catholici uerò multitudo Chaldæorum, Ægyptiorū, Iudęorū & aliorum impiorū.

† uiuus

Iactantia de augmento.

Aucta aūt ipſorum ſecta, tum uarÿs fraudibus & impoſturis, tum etiam lenitate Imperatoris, & ſimplicitate quorundam principū, & malitia peruerſorū quorundam adulatorū: poſtq; ex paucis facti ſunt multi, mox de multitudine gloriari cœperunt, id quod multi ab ipſis æditi libelli plane indicant, In quibus regna, principatus, Ducatus, & cōmunitates enumerant, olim à Catholicorū, nunc à ſua parte ſtantes. Verum Eccleſia non ex multitudine uel paucitate credentium, ſed ex uera & Catho-

lica fide exiſtimanda eſt. Etenim fideles ſunt, qui Catholicam fidem tenent, & hi Eccleſiam Catholicam conſtituunt, ſiue multi ſiue pauci: Rurſus hæretici & ſchiſmatici ſunt, qui nouã ſectam ueritati Catholicæ contrariam eligentes, ab unitate Eccleſię deficiunt, ſiue multi ſiue pauci.

Eccleſia nõ ex multis aut ex paucis: ſed ex re a fide cognoſcitur. Vide Aug. de ſer. Domini in monte lib. 2.

De paucitate Eccleſiæ in comparatione multorũ malorum dicitur: Quia anguſta & arcta uia eſt, quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt, qui ambulant in ea. Et rurſus de multitudine ipſius dicitur: Sic erit ſemen tuũ, ſicut ſtellę cœli, ſicut harena maris.

Matth. 7. Gen. 15.

Catholici itaq; in comparatione infidelium pauci ſunt, per ſe aũt multi. Quę quidem multitudo multitudini impiorum præfertur: de qua dicitur, Lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & exclama, quæ non parturis, quoniã multi filij deſertæ magis, quàm eius quæ habet uirũ. Quo loco Apoſtolus multitudinem Chriſtianorum, multitudini Iudæorũ præfert. Item illud. Et multi ab Oriente & Occidente uenient, & recumbent cum Abraam, Iſaac, & Iacob, in regno cœlorũ.

Eſa. 54. Gal. 4. Matth. 8.

Sed & in ipſa multitudine eorum qui Chriſtiani appellantur, multitudo eſt & paucitas: multitudo quidem infirmorũ, paucitas aũt eorum qui inconcuſſam in fide ſtabilitatẽ ſeruant, de quibus ita ſcribit Auguſtinus. Et quia, inquit, exhibet ſibi Deus populũ abundantẽ, ęmulatorem bonorum operũ. Et multa millia, quæ numerare nemo poteſt, uidẽtur in Apocalypſi, ex omni tribu et lingua, in ſtolis albis, palmisq; uictricib. Ipſa eſt quæ aliquãdo obſcuratur, & tanq; obnubilatur multitudine ſcandalorũ, quando peccatores intendunt arcũ, ut ſagittent in obſcura luna rectos corde. Sed & tunc in ſuis firmiſsimis eminet, & ſi aliqua in his uerbis diuinis diſtributio facienda eſt, fortaſſe nõ fruſtra dictum eſt de ſemine Abrahæ, Sicut ſtellę cœli, & ſicut arena, quæ eſt ad orã maris: ut in ſtellis cœli, pauciores, firmiores, clarioresq; intelligãtur: in arena aũt maritimi littoris, magna multitudo infirmorũ atq; carnaliũ: Quæ aliquãdo tranquillitate tẽporis quieta, & libera apparet: aliquãdo aũt tribulationũ & tẽtationũ fluctib. operitur atq; turbatur.

Epiſt. 48. Idem in lib. de unitate Eccleſiæ c. 12. Pſal. 10. In paucis, firmi: In multis, infirmi ſunt in Eccleſia.

Non eſt igitur attendendus numerus hæreticorũ. Melior eſt enim unus timens Deum, quàm multi filij impij, ſicut locutus eſt Dñs per Prophetã, dicẽs: Fili, ne iucunderis in filijs impijs ſi multiplicãtur tibi, cum nõ fuerit timor Dei in ipſis.

Cyprianus Epiſtola 3. lib. 1. Eccleſ. 16.

Habet Eccleſia bonũ ſemen, quod ſeminauit filius hominis: habet et zizania, ſed nõ eſt triticũ relinquendum propter zizania: nec uera Domini frumenta per zizania extingui poterũt, ſed manebũt ſemper illæſa uſq; ad tempus meſsis, quantumlibet in comparatione zizaniorũ pauca, Quod Auguſtinus pulchrè explicat his uerbis. Totus mũdus, inquit, in maligno poſitus eſt, propter zizania, quæ ſunt per totũ mundũ: & Chriſtus propitiator eſt peccatorũ noſtrorũ: non tantum noſtrorũ, ſed totius mundi: propter triticum, quod eſt per totum mundum. Refrigeſcet aũt charitas multorũ, propter abundantiam ſcandalorũ, quanto magis magisq;

In Eccleſia triticum eſt & zizania. Pſal. 11. 1. Ioan. 2. Matth. 24.

glorificato Chriſti nomine congregentur in communionem ſacramentorũ eius etiam maligni, & perſeuerabunt omnino peruerſi: ſed tamen tanquam palea de area dominica non niſi ultima uentilatione ſeparandi. Non extinguent iſti frumenta dominica, in eorũ quidem comparatione pauca, ſed multa per ſe ipſa: non extinguunt electos Dei congregandos in fine ſæculi, ſicut Euangelium loquitur, à quatuor uentis, à ſummis cœlorum uſq; ad terminos eorũ: ipſorum enim uox eſt. Saluũ me fac Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt ueritates à filijs hominum. De quibus & Dominus dicit, inter abundantiã iniquitatis: Qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Deniq; non unũ hominem, ſed plures in eodem Pſalmo loqui conſequentia docent, ubi dicitur: Tu Domine ſeruabis nos & cuſtodies nos à generatione hac in æternum. Proinde pernicioſe errant, qui hæreticorum doctrinam ex eorum multitudine piam æſtimant: Catholicorum uero impiam propter eorum paucitatem. Neque enim paucitas uel multitudo attendenda eſt nomen Chriſti profitentium, ſed fides potius & opera uere credentium. Sic Chriſtus cum dixiſſet, paucos eſſe qui inueniunt anguſtam portam & arctam uiam, Ne hæretici & mali ſe ſupponant nomine paucitatis, ſtatim ſubiecit: Cauete à Pſeudoprophetis &c. Sed iſti nõ fallunt oculum ſimplicem, ſiue multi ſiue pauci, qui arborem ex fructibus dignoſcere nouit: Ait enim, Ex fructibus cognoſcetis eos &c. Admonendi ſunt igitur omnes, qui ueri Chriſtiani eſſe uolunt, ut uerã Chriſti fidem ſequantur, etiam à paucis prædicatam: falſam doctrinam repudient, etiam à multis aſſertam. Melius eſt enim inter pauca frumenta Domini in horreo Domini congregari, quàm inter multa zizania in ignem proijci, ubi non minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. Hæc de numero & multitudine hæreticorum, nunc de diuturnitate erroris, quæ & ipſa multis ad hæreticos deficiendi occaſionem præſtat. Sed falluntur qui diuturnitatem errori patrocinari putant, neq; enim ulla conſuetudo ueritati officere & præiudicare poteſt, quin potius conſuetudo ſine ueritate uetuſtas erroris eſt, ut inquit Cyprianus: Veritas enim ualet & inualeſcit in æternum, & uiuit & obtinet in ſæcula ſæculorum. Arrij hæreſis ſemel in Nicena Synodo condemnata, mortuo Conſtantino principe, uires reſumpſit, & patrocinio quorundam impiorum principum uſq; ad Iuſtiniani tempora & eo amplius perdurauit. Sic multæ aliæ hæreſes ſemel ſopitę, per antiquum hoſtem ueritatis inimicum, & organa ſua hæreticos, iterum reuocatæ, ad longa tempora protractæ fuerunt. Sed quæ tamen nunquam conſiſtere, & aduerſus Catholicam Eccleſiam praeualere potuerunt. Quin potius quotquot in mundo hæreſes fuerunt, quantumlibet magnæ & pompoſæ, cum magna tandem confuſione perierunt & euanuerũt, ut uere de his dictũ intelligatur: Spernentur tanquam

Electi, in comparatione reproborũ, pauci ſunt: ſecundum ſe multi.
Mat. 13.
Pſal. 11.
Matth. 10.
Pſal. 11.
Aug. De ſermone Domini in monte, lib. 2.
c. multi. 2. q. 1.
Hæreſes non approbat diuturnitas.
c. Conſuetudo. diſt. 8.
Cyp. in Epiſtola ad Pompeiũ contra Epiſtolam Stephani.
Arriana hæreſis ualde diuturna fuit.
Conſilium hæreticorum ex hominibus eſt non ex Deo.

tanquam aqua decurrens, Nam ut torrentes fluuij uidelicet hyemalibus aquis collecti & impleti, poſt paululum tranſeunt: Ad tempus perſtrepũt, & mox ceſſant, Ita hæreſes tanquam aqua decurrens diu ſtare non poſſunt: nam multæ hæreſes iam emortuæ ſunt, cucurrerunt in riuis ſuis quantum potuerunt: decurrerũt, ſiccati ſunt riui, ut uix eorum memoria reperiatur. Nec id ſanè mirum, fuit enim conſilium eorum ex hominibus, immo ex patre eorũ diabolo, ideo opus eorum diſſolutum fuit, ut rectè dixit Gamaliel: Quemadmodum & poſthac quicquid contra Eccleſiam ſtatuent, diſſoluetur, ſolum ſemper firmum ſtabit fundamentum ueritatis Eccleſia, quod nulla unquam ui, necꝗ mundi necꝗ principis illius diaboli, poterit expugnari. Nec ſibi blandiantur hæretici, de proſperioribus ſucceſsibus ſuis, & dura ſeruitute Catholicorum: ad tempus quidem hæc gaudia durant, ad poſtremum autem in perpetuum luctum cõuertentur. Quin potius cogitent uindictam diuinam, quanto tardiorem, tanto fore grauiorem. Item quod Apoſtolus Petrus ait: Vnus dies apud Dominum ſicut mille anni: & mille anni ſicut unus dies. Tametſi igitur tarde ueniat dies ultionis & uindictæ diuinæ, tamen ueniet, quem non euitabunt hæretici & ſchiſmatici, contra quos etiam clamabunt iuſti. Dirumpamus uincula eorum, per gladiũ uidelicet ſpiritualem, quod eſt uerbum Dei: & proijciamus à nobis iugum ipſorũ, per expugnationem prophani ſenſus ipſorum. Tunc enim ipſe quoꝗ Dominus irridebit eos, & ſubſannabit: & tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos, per Prophetam dicens: Falſò Prophetæ uaticinantur in nomine meo, non miſi eos, & non præcepi eis, necꝗ locutus ſum ad eos uiſionem mendacem, diuinationẽ fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant uobis. Idcirco hæc dicit Dominus de Prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego nõ miſi, dicẽtes. Gladius & fames nõ erit in terra hac: In gladio & fame conſumentur Prophetæ illi, & populi quibus prophetauerunt erunt proiecti in uijs Hieruſalem, præ fame & gladio, & nõ erit qui ſepeliet eos: ipſi & uxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundam ſuper eos malum ſuum. Item alius Propheta, ille uero qui præſumit & contumax eſt, uir ſui iactans, nihil omnino proficiet qui dilatauit tanquàm inferus animam ſuam. Et iterum alia ſcriptura: Verba uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in ſtercore erit, & in uermes: hodie extollitur, & cras nõ inuenietur, quoniam conuerſus eſt in terrã ſuam. Et iterum: Vidi impium exaltatum & extolli ſupra cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Item in arrogantem & ſuperbam eorũ iactationem Eſaias. Tu autem dixiſti in animo tuo, in cœlum aſcendã, ſuper ſtellas Dei ponam ſedem meam, ſedebo in monte alto ſuper mõtes altos, in Aquilonem aſcendam ſuper nubes, & ſimilis ero altiſsimo, & addit, dicẽs:

Tu

Auguſt. in Pſal. 57.

Act. 5.

Non gaudeãt hæret. de proſperis ad tempus ſucceſſib.

2. Pet. 3.

Pſal. 2.

Hier. 14.

Cyp. Epiſt. 3. lib. 1.

Eſa. 5.

Abacuc 2.

1. Macha. 2.

Pſal. 36.

Gloria hæret. non erit perpetua.

Eſa. 14.

Tu uerò ad miſeros deſcendes in fundamenta terræ, & qui uidebũt te, ſuper te mirabuntur. Quin & ipſi tandem uidebunt, inſtar Ma-
Inſipiẽtia eorum manifeſtabitur. gorum Pharaonis, potentiam Dei eſſe contra ſe, & dicent: Digitus Dei eſt hic. Et apparebunt omnibus eorum fraudes, doli, & inſi-
Exod. 8. pientia, ut in Pſalmo. In muſcipula iſta, quam occultauerũt, compre-
Pſal. 9. henſus eſt pes eorum. Item Hiere. Propheta: Perdix fouit quę non
Hiere. 17. peperit, fecit diuitias, ſed non in iudicio, in dimidio dierum ſuorum derelinquet eas, & in nouiſsimo ſuo erit inſipiens, Id eſt, qui primo tanquam per pollicitationem & oſtentationem excellentis ſapientiæ ſeducebat: erit inſipiens, id eſt, apparebit inſipiens eis, quippe quibus primo erat ſapiẽs, tunc erit inſipiens, cum apparebit: quia demen-
Lib. 13. contra Fauſtum c. 12. tia eius nota erit omnibus, ut Auguſtinus interpretatur. Poſtre-
Exitus hæret. mò parem quoq; delictis eorum ſcripturæ minantur exitum, ut Eſa-
Eſa. 2. ias: Dies Domini Sabaoth ſuper omnem iniurioſum, & ſuperbum,
2. Pet. 2. & ſuper omnem elatũ & excelſum. Item Petrus Apoſtolus. Fuerunt uerò & Pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in uobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis: & eum qui emit eos Deum negant, ſuperducentes ſibi celerem perditionem: & multi ſequuntur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blaſphemabitur: & in auaritia fictis uerbis de uobis negociabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Si enim Deus an-
Iob. 4. gelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in Tartarũ tradidit cruciandos in iudicium reſeruari, & originali mun-
Gen. 7. do non pepercit: ſed octauum Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum inducens: & ciuitates Sodomorũ & Gomorreorum in cinerem redigens, euerſione damnauit: Exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt, ponens: & iuſtum Loth oppreſſum, à
Gen. 19. nefandorum iniuria ac luxurioſa cõuerſatione eripuit: aſpectu enim & auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſti iniquis operibus cruciabant. Nouit Deus pios de tentatione eri-
2. Pet. 2. pere, iniquos uerò in diem iudicij reſeruare cruciandos: magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationesq; contemnunt: audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemantes. Vbi angeli fortitudine & uirtute cum ſint maiores, non portant aduerſum ſe execrabile iudicium: hi uero uelut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & perniciem, in his quæ ignorant blaſphemantes, incorruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ.

De uarijs Typis, figuris & uaticinijs, quibus hæreſes in ueteri & nouo teſtamento deſignatæ atq; prænunciatæ ſunt,
Caput XII.

HActenus quæ ad originem & cauſas hæreſum & mores hæreticorum pertinent, quanta potuimus breuitate perſtrinximus: nunc de uarijs typis, figuris, uaticinijs, & nominibus hæreticorum: quibus hæc ipſa myſtica quadam ſignificatione in ſanctis ſcripturis deſignantur & prænunciantur, dicendum eſt. Ac primum quidem, quod ad figuras ueteris teſtamẽti attinet, Auguſtinus filiorum Noë propheticam figurationem explicans, in Cham hęreticos deſignatos eſſe ſcribit. Cham, inquit, qui interpretatur calidus, medius Noë filius, tanquàm ſe ab utroq; diſcernens, et inter utrunq; remanẽs: neq; in primitijs Iſraëlitarũ, nec in plenitudine gentium, quid ſignificat, niſi hæreticorum genus calidum, nõ ſpiritu ſapientiæ, ſed ſpiritu uerſipellis aſtutiæ: quo ſolent hæreticorum feruere præcordia, & pacem perturbare ſanctorum. Sic & in Iſmaële & Eſau præfiguratæ ſunt hęreſes. Siquidem per Iſaac & Iacob ſpirituales: per Iſmaël autem & Eſau animales ſiue carnales deſignantur. Ex animali aũt ſenſu (nam & homo animalis non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei) omnes hæreſes, diſſenſiones & ſchiſmata, generantur. Ideo autem Iſaac ſpiritales, Iſmaël autem carnales & animales ſignificat: quia ille de libera & ſecundum repromiſsionem, hic uerò de ancilla & ſine repromiſsione natus eſt. Et per hos quidem duos filios duo teſtamenta ſignificata ſunt, ut inquit Apoſtolus. Vna eſt ergo Eccleſia, quę parit animales & ſpirituales, ad illos pertinet uetus teſtamentum: ad hos uero nouum. Sed primis temporibus utrunq; occultum fuit, ab Adam uſque ad Moyſen: à Moyſe autem manifeſtatũ eſt uetus, & in eo ipſo occultabatur nouum, quia occultè ſignificabatur. Poſtea uerò quàm in carne Dominus uenit, reuelatum eſt nouum: ueteris autem Sacramenta ceſſarũt. In illis enim ſunt, quos Apoſtolus iam per ſacramentum noui teſtamenti natos, adhuc tamen dicit animales nòn poſſe percipere, quæ ſunt ſpiritus Dei. Sicut enim in Sacramentis ueteris teſtamenti uiuebant quidam ſpiritales, ad nouũ ſcilicet teſtamentum (quod tunc occultabatur) occultè pertinentes: ſic & nunc in Sacramento noui teſtamenti, quod iam reuelatum eſt, plærię; uiuunt animales. Qui proficere ſi nolunt ad percipienda, quę ſunt ſpiritus Dei, quo eos hortatur ſermo Apoſtolicus, ad uetus teſtamentum pertinebunt: ſi autem proficiunt, etiam antequam capiant, ipſo profectu & acceſſu ad nouum pertinẽt. Et ſi prius quàm ſpiritales fiant, ex hac uita rapiantur, cuſtoditi per Sacramenti ſanctitatem, in terra uiuentium computantur, ubi eſt ſpes noſtra & portio Domini, ſicut ſcriptum

Margin notes:

Hæretici per Cham filium Noe præfigurati.

Auguſt. de ciuitate Dei lib. 16 c. 2.

Auguſt. de Baptiſ. contra Donatiſtas c. 15.

1. Corin. 2.

Iſmael et Iſaac, duo teſtamenta deſignant.

Gal. 4.

In una Eccleſia animales & ſpiritales.

In utroq; teſtamento animales & ſpirituales.

1. Corin. 2.

ptum eſt: Imperfectũ meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes
ſcribentur. Vtroſq; igitur per baptiſmum parit Eccleſia, & anima-

Pſal 138.

les & ſpiritales: ſiue apud ſe, id eſt, ex utero ſuo, ſiue extra ſe de ſemine

Variæ figuræ unius matris Eccleſiæ, in pariẽdo animales & ſpiritales.

uiri ſui: ſiue de ſe, ſiue de ancilla. Nam quemadmodũ Rebecca Eſau
& Iacob peperit ex ſe, quorum alter carnalis, alter ſpiritalis fuit. Si-
militer Sara Iſmaëlem & Iſaac, ſed illum carnalem ex Agar ancilla
& ſemine uiri ſui: hunc ſpiritalem, ſed ex utero ſuo. Similiter Lia
& Rachel ex ancillis, ſed ſemine mariti ſui ſpiritales pepererunt.

Diuerſis temporibus diuerſi partus Eccleſiæ.

Ita Eccleſia & carnales & ſpiritales parit. Nam quæ peperit Abel
& Enoch, & Noë & Abraham: eadem peperit Moyſen & Pro-

Boni.

phetas, tempore poſteriores ante aduentum Domini. Et quæ iſtos,
ipſa & Apoſtolos & Martyres noſtros, & omnes bonos Chriſtia-
nos. Omnes enim diuerſis quidem temporibus nati apparuerũt, ſed
ſocietate unius populi continentur, & eiuſdem ciuitatis labores huius
peregrinationis experti ſunt, & uſq; in finem cæteri experientur. Eo-

Mali.

dem modo quæ peperit Chain, & Cham, & Iſmaëlem, & Eſau: ea-
dem ipſa peperit et Dathan, & alios in eodem populo ſimiles. Et quę
iſtos, eadem ipſa & Iudam pſeudoapoſtolum, & Simonẽ Magum,
& cæteros: uſq; ad hæc tempora pſeudochriſtianos, in affectione ani
mali pertinaciter obduratos, ſiue in unitate permixti ſint, ſiue aperta

Typus pariendi in una Eccleſia multiplex.

præciſione diſſentiant. Sed cum tales à ſpiritalibus euangelizan-
tur, & Sacramentis imbuuntur: tanquam per ſeipſam Rebecca eos
parit ſicut Eſau. Cum autem per illos, qui non caſtè enunciant Euan-
gelium, tales in Dei populo generantur, Sara quidem, ſed per Agar.
Item, boni ſpiritales, quando euangelizantibus uel baptizantibus
carnalibus, generantur: Lia quidem uel Rachel iure coniugali eos,
ſed per ancillarum uterum parit. Cum uerò per ſpiritales in Euange-
lio generantur boni fideles, qui uel euadunt in ſpiritalis ætatis affe-
ctũ, uel cõtendere non deſiſtunt, uel ideo non faciunt, quia non poſ-
ſunt: ſicut ex utero Saræ Iſaac, uel Rebeccæ Iacob, in nouam uitam &
nouum teſtamentum naſcuntur. Eodem ferè pertinet, quod alibi

Hæretici comparantur filijs concubinarũ.

Auguſtinus hæreticos & ſchiſmaticos filijs concubinarum compa-
rat, ſecundum id quod ſcriptum eſt: Eijce ancillam & filium eius, neq;

Gen. 21.

enim hæres erit filius concubinæ cum filio meo Iſaac. Et Abrahæ di-

Alij carnis, alij repromiſſionis filij.

xit Deus, In Iſaac uocabitur tibi ſemen. Quod ſic eſt Apoſtolus in-
terpretatus: ut filij concubinarum ſint filij carnis: filij uerò nati ex libe

Gal. 4.

ra, ſint filij repromiſsionis. Scriptum eſt, inquit, quoniam Abraham
duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera: ſed qui de an-
cilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſ-
ſionem. Quemadmodum autem filij repromiſsionis deputantur in
ſemine Abrahæ, ut intelligamus ſemen Abrahæ ſecundum Iſaac,
propter Chriſtum ad Dei filios pertinere, qui ſunt corpus Chriſti &
membra, id eſt, Eccleſia Dei una, uera, germana, Catholica, tenens
piam

piam fidem: non eam quæ per elationem uel tumorem, ſed eam, quę per dilectionem operatur: ita filij concubinarum ſecundum carnem nati ſunt: per quos, eos intelligimus, qui ex Eccleſia eiecti hęredes eſſe non poſſunt. Hij nimirum ſunt hæretici & ſchiſmatici, de quibus dicitur: Ex nobis exierunt, ſed nõ erant ex nobis. Sed & de Cethura, quam poſtea duxit Abraham, nõ ſecundum promiſsionem, ſed ſecundũ carnem ſuſcepit filios: in quibus & ipſis hæreſes & ſchiſmata deſignãtur, quia de libera quidem, ſicut iſti de Eccleſia, ſed ſecundum carnem tamen nati ſunt, non ſpiritualiter per repromiſsionẽ. Sodalis item Sampſonis, qui uxorem eius duxerat, hæreticorum figuram geſsit. Nam hæretici qui Eccleſiam diuiſerunt, uxorem Domini ſui ducere & abducere uoluerunt: de Eccleſia enim & de Euangelijs exierunt, qui impietatis adulterio Eccleſiam, id eſt, Chriſti corpus, in partem ſuam conantur inuadere. Vnde fidelis ille ſeruus & amicus ſponſæ Dominicæ loquitur: Deſpõdi enim uos uni uiro caſtam uirginem exhibere Chriſto. Similiter tres amici Iob, Eliphas Themanites, Baldad Suhites, Sophar Naamathites, hæreticorũ ſpeciem tenent, ut Gregorius in Moralibus teſtatur. Quorũ peruerſa actio, ex ipſa etiam nominum ſuorum interpretatione colligitur. Siquidem Eliphas interpretatus eſt Dei contemptus: Niſi enim Deũ contemnerent hæretici, nequaq; de Deo peruerſa ſentirent. Themanites uerò dicitur ab Auſtro: Thema ſiquidem Auſter interpretatur. Auſter autem uentus calidus eſt. Hæretici igitur qui ardentius appetunt ſapere, quaſi pluſquàm neceſſè eſt, ſtudent calere: unde amplius calorem quàm debent ſapientiæ percipere appetentes, ab Auſtro uenire referuntur. Ab hoc calore immoderatæ ſapientiæ, mentes fidelium Apoſtolus temperare curat, dicens: Nõ plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Baldad autem interpretatur uetuſtas ſòla: dum enim reuinci fugiunt, & peruerſo ſtudio eſſe uictores quærunt, nouæ uitæ conuerſationem negligunt: & ex ſola uetuſtate eſt quod intendunt. Suhites autem à loquacitate appellatur. Suhit enim loquens dicitur: A Thema igitur & Suhit, id eſt, à calore & loquacitate uenire referuntur: quia per hoc, quòd ſcripturarum ſe ſtudioſos exhibẽt, ſolis uerbis loquacitatis, non aũt uiſceribus charitatis calent. Sophar uerò ſpeculam diſsipans interpretatur. Hij etenim qui in ſancta Eccleſia ſiti ſunt, redemptoris ſui myſteria fide uera humiliter contemplantur: ſed dum hæretici cum falſis allegationibus ueniunt, ſpeculam diſsipant: quia eorũ mentes, quas ad ſe trahunt, ab intentione rectæ contemplationis inclinant. Naamathites autem à decore dicitur. Naama ſiquidem interpretatur decor, quia enim docti non eſſe, ſed uideri appetũt: ex eruditionis uerbis ſpeciem bene uiuentium ſumũt, & per calorem loquacitatis in ſe imaginem oſtendunt decoris: ut eo per decorem linguæ peruerſa facilè perſua-

1. Ioan. 2.
Filij de Cethura, carnales, & in typo hæretici.
Gen. 25.
Auguſt. in expoſitione epiſtolæ ad Galat.
Iud. 14.
Auguſt. ſermone 107. de tempore.
2. Corin. 11.
Grego. in Expoſitione Morali. in Iob. lib. 3. c. 17.
Eliphas
Themanites
Rom. 12.
Baldad
Suhites
Sophar
Naamathites

deant, quo fœditatem uitæ ſenſus caliditate occultant. Iam & ſerpens, qui Euam in Paradiſo decepit, dicens: Quocunque die comederitis ex fructu ligni, quod eſt in medio Paradiſi, aperientur oculi ueſtri: & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum, typum hæreticorum geſsit. Nulli enim loquacius atque iactantius promittunt ſcientiam boni & mali, & in ipſo homine, tanquam quæ plantata eſt in medio Paradiſi: eam dignoſcentiam ſe demonſtraturos eſſe præſumunt. Ac peculiare quidem omnibus hæreticis eſt, ut ſcientiæ pollicitatione decipiant, & reprehendant eos, quos ſimpliciter credentes inuenerunt. Et quia omnino carnalia perſuadent, quaſi ad carnalium oculorum apertionẽ conantur adducere, ut interior oculus excæcetur.

August. de geneſi contra Manichæos lib. 2. c. 25.

Gene. 3.

Cur hæretici dicuntur ſerpentes.

Ioannes Chryſoſtomus alia ratione Serpentes appellat: nempe, quia prudentes ſunt in malo, & ſtulti in bono: & ſicut ſerpentes uarij ſunt in erroribus ſuis, & multiplices in malignitate, qui depoſuerũt imaginẽ Dei, quę eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis: & ſuſcipiẽtes imaginem ſerpẽtis, quæ eſt in malitia & ſchemate † ueritatis: facti ſunt ſerpẽtes, filij ſerpentis illius, ad quẽ Dominus in perſona Eccleſiæ & diaboli dicit: Ecce pono inimicitias inter te & mulierẽ, & inter ſemen tuum & ſemen illius. Super uentrem tuum & pectus tuum repes, & terram manducabis omnibus diebus tuis. Propter quam ſententiam Domini, inter hæreticos & Chriſtianos pax non poteſt eſſe. Si ergo filios Eccleſiæ non perſequũtur hæretici, neque aduerſantur, & ipſi filij ſunt Eccleſiæ: ſi autem perſequuntur, ſemen ſunt ſerpentis illius, cuius ſemen inimicitias exercet aduerſus ſemen Eccleſiæ. Nam & iſti qui ſunt genimina ſerpentis, ſimiliter ſicut & illi, ſuper uentrem ſuum & ſuper pectus repunt, & ſemper manducant terram. Super uentrem quidem & pectus repunt, quoniam quicquid faciunt, propter uentrem ſuum faciunt, & propter uanam gloriam pectoris ſui. Terram autem manducãt, quoniam neminem lucrantur aut capiunt in perfidia ſua, niſi illos, qui in terra ſunt, id eſt, carnales homines. Spirituales autem homines unctionis non conſumit. Manducare enim eſt lucrari uel acquirere, ſiue ad uitã ſiue ad mortem. Non ſolum autem ſerpentes ſunt, ſed etiam uiperæ, quarum natura eſt, ut rumpentes uiſcera matrum naſcantur: Sic & authores hæreſum rumpentes fidem matris Eccleſiæ, proceſſerunt ad principatum, Hæc Chryſoſtomus.

In expoſ. in Mat. h. Homel. 45.

† uanitatis

Gen. 1.

Cur hæretici ſuper uentrem & pectus ſuũ repere dicũtur.

Quomodo manducant terram.

Viperæ

Per Tauros quoque hęretici deſignantur in illo Pſalmi: Congregatio taurorum inter uaccas populorum. Tauros ſiquidem hæreticos uocat, propter ſuperbiam duræ indomitæque ceruicis: Vaccas autem populorum ſeductibiles animas intelligit, quia facile hos tauros ſequuntur. Non enim uniuerſos populos ſeducunt, in quibus ſunt graues & ſtabiles, Vnde ſcriptum eſt, In populo graui laudabo te: ſed in eis populis, in quibus inuenerint uaccas. Ex his enim ſunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur

Cur Tauri dicũtur hęretici.

Aug. in enar. in Pſal. 67.

Pſal. 34.

2. Tim. 3.

cuntur uarijs deſiderijs erroris, ſemper diſcentes & ad ſcientiam ue-
ritatis nunquam peruenientes. Inter plagas Ægypti ſecūda fuit Ci-
niphum, quod animal pennis quidem ſuſpenditur per aëra uolitās: *Auguſt. de tem*
ſed adeo ſubtile eſt & minutum, ut oculi uiſum niſi acutè cernentis elu *pore ſer. 86.*
dat: corpus tamen cui inſederit, acerbiſsimo terebrat ſtimulo. Hoc *Exo. 8.* *Hæretici ſicut*
ergo genus animalis *Auguſtinus arti philoſophiæ uel hæretico- *Ciniphes acu*
rum calliditati comparat, quæ minutis & ſubtilibus uerborum ſti- *leis occulte pin* *gunt.*
mulis aures terebrat: & tanta calliditate circumuenit, ut deceptus
quiſque nec uideat nec intelligat unde decipiatur. Ex arca Noë
quæ Eccleſiam deſignat, duæ aues demiſſæ ſunt: corax & colum-
ba. Ac per coracem quidem hæretici deſignantur, ut Cyprianus in- *Corui ſeu Co-*
terpretatur. Corax ſiquidem immundorū hominum, & in tenebris *races ſunt hæ* *retici.*
perpetuis per ſęculi latam uiam & immunda ueſcentium, Apoſtata- *In epiſtola ad*
rum futurorū, & ad Eccleſiam ultra non reuertentium, figuram por- *Nouatianum*
tabat. Quem (ſicut legitur) inuenimus emiſſum & non amplius *hęret.* *Gen. 8.*
reuerſum. Huic ergo aui, id eſt, immundo ſpiritui, quicunq; fuerint
ſimiles inuenti, ad Eccleſiam amplius reuerti non poterunt. Qui & ſi
uoluerint, donec immūdi manſerint, dominus prohibebit, qui Moy
ſi præcipit, dicēs: Omne uarium & immundum ejce foras extra ca- *Leuit. 7.*
ſtra. Sed & immunditia lepre, cuius cognitio ſacerdotibus ueteris te- *Auguſt. in A-*
ſtamenti ex lege commiſſa erat, hæreſim figurauit. Lepra ſiquidem *poca, Home. x.*
doctrina falſa eſt: Vnde leproſi non immeritò hęretici intelliguntur, *Beda in expoſi* *tione in Leuit.*
eò quod Eccleſiæ puritatem uarijs erroribus maculant. Lepram in cu *c. 13.*
te gerunt, qui exteriora & carnalia ſuadere conantur, ut ſunt Cherin
thiani, qui reſurrectionem futuram in carnis uoluptate exiſtimant:
Vt ſunt Luciferiani, qui animam de carnis ſubſtantia propagatam
eſſe dicunt. In toto corpore lepram portat, qui uarijs doctrinis hære-
ticorum deditus, omnem uitam ſuam maculat. In loco ulceris ſanati *2. Pet. 2.*
lepram portat, qui poſt agnitionem & medicinam innouat aliquid
prioris erroris, uelut canis reuerſus ad uomitum ſuum. In loco uſtio-
nis ignis lepram ſuſtinent Manichæi, qui inani abſtinentiæ cruciatu
corpora exhauriunt, & per infidelitatem inde non mundiciem, ſed
lepram gignunt: De talibus dicit Apoſtolus. Prohibentes nubere, *1. Timo. 4.*
& abſtinentes ſe à cibis quos Deus creauit ad percipiendum. In ca-
pite lepram baiulat: qui blaſphemat diuinitatem, uel in Chriſtū (qui
eſt caput Eccleſiæ) peccat: ut ſunt Arriani uel Manichæi, uel certe Iu-
dæi. In barba lepram oſtendunt, qui de Apoſtolis, & ſanctis prædi-
catoribus peruerſa ſentiunt: atq; illos quidlibet falſum prędicaſſe con
fingūt. Sicut enim barba ornamentum uiro, ita Apoſtoli & Docto-
res præſtant decorem corpori Chriſti. In caluitio aut recaluſtione le-
pram monſtrant, qui poſtquam ſuperflua & mortua deſideria abie-
cerunt, iterum peccatis maioribus inuoluuntur, & peruerſa doctrina
deprauantur: Quod colores leprarū adiecit, formas uarias hæreſum

oſtendit. Pallida enim eſt hæreſis, per falſos fratres: Rubicunda eſt
per Martyrium, quod quamuis infructuoſum, tamen ſubeunt: Alba,
per colorem falſæ iuſtitiæ: Liuida, per quædam inutilia ieiunia.
Hæc Beda ſuper Leuiticum. In nouo prætcrea teſtamento beſtia
Apoca.c.13. illa, de qua in Apocalypſi dicitur: Et uidi de mari beſtiã aſcendentẽ,
habentẽ capita ſeptẽ & cornua decẽ, & ſuper cornua eius decẽ diade
mata, & ſuper caput eius nomina blaſphemiæ. Et beſtia, quam uidi,
ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut pedes urſi, & os eius ſicut os leo-
nis: & dedit illi Draco uirtutẽ ſuã & poteſtatẽ magnã, & uidi unũ de
capitibus eius quaſi occiſum in mortẽ, & plaga mortis eius curata eſt,
& admirata eſt uniuerſa terra poſt beſtiã: & adorauerũt draconem
qui dedit poteſtatẽ beſtię, & adorauerũt beſtiã dicentes: Quis ſimilis
beſtiæ, & quis poterit pugnare cum ea? & datũ eſt ei os, loquens ma-
Hæretici per beſtiã ſeptem capitum deſignati. gna & blaſphemias. Hæc, inquã, beſtia hæreticos ſignificat; ſiquidem
Draco diabolus eſt, qui cum uidiſſet, nõ poſſe continuari perſequu-
tiones, quas per Paganos Chriſtianis ſolebat immittere, beſtiã hanc,
id eſt, hęreticos excitauit, cui Draco dedit uirtutẽ ſuã. Solent enim hę-
retici in hoc mundo potentes eſſe, ut quibus mũdi princeps uirtutem
ſuã cõmunicat. Et ut olim Pagani, ita ipſi nunc Eccleſiã deuaſtant. Sic
& per caput beſtiæ quaſi occiſum ſignificatur, hæreticos quidem ſi-
mulare ſe confiteri Chriſtum: & dum non ſic credunt, ut fides Ca-
tholica habet, blaſphemant. Occiduntur etiam hæreſes per Catholi-
cos, cum ſcripturarum teſtimonijs opprimũtur, ſed illi nihilominus
quaſi Sathanæ plaga rediuiui, peragunt opera Sathanæ, & non ceſ-
ſant blaſphemare, & ad dogma ſuum quos poſſunt attrahere. Sed
Adorantes beſtiam. & beſtiam illam adorant eius cultores: quia ſibi blandiuntur hæreti-
ci, quod nullus melius credat illis, & quod nullus uincat populum
ipſorum, qui beſtiæ nomine cenſetur, cui datum eſt ab ipſo diabolo,
& à Deo permiſſum eſt, ut loquatur magna & blaſphemias, ſicut di
1.Cor.11. cit Apoſtolus: Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt manifeſti
Hæretici dicũtur cauda draconis. ſint in uobis. Sic & per caudam draconis (de qua in eadem Apo
calypſi dicitur: Et cauda eius trahebat partem tertiam ſtellarũ cœli)
Apoc.12. hæretici ſignificantur, ut inquit Auguſtinus. Cauda, inquit, prophe-
Aug. in Apoc. Homel.10. tæ ſunt, id eſt, hæretici, qui ſtellas cœli per errores, adhærẽtes ſibi, de-
Apoc.10. ijciunt in terram. Similiter per uentrem amarum hæretici deſignan-
Auguſt. in Pſal.7. tur, quando in eadem Apocalypſi legitur. Vade & accipe librum de
manu angeli, & deuora illum, & amaricabit uentrem tuum: ſed in
Aug. in quæſtionib. ex no. teſt.q.72. ore tuo erit dulcis ſicut mel. De qua re ita ſcribit Auguſtinus: Quis,
inquit, iſte liber eſt, qui amarũ facit uentrem, cum ſit dulcis? Omnia
diuina uolumina amara ſunt, ſed perfidis atq; carnalibus: Idolatris
enim inſuaue eſt, cum audiunt, Vnum Deum prædicari in Chriſto,
Et Fotinus ſimul pertimeſcit horrore correptus: Erubeſcit etiam Sa-
bellius, audiens patrem eſſe, qui filius dici nõ poſsit: quia ab ipſo ſunt
omnia,

omnia. Filium autem idcirco appellari, quia non utiq; pater ipſe eſt: nec à quo, ſed per quē ſunt omnia. Confutatur & Arrius, cum Chriſtum legit uerum eſſe filium Dei: ſine dubio enim uerus dici non poſſet, niſi proprie eſſet de Deo: Cōuincitur & Martion, addiſcens, quia uerbum caro factum eſt, qui putat Chriſto carnem negandam. Arguitur etiam improbus Manichęus, uidens ſcriptum ab Euangeliſta, *Ioan.2.* quia ſaluator non ſolum præſentia ſui nuptiarum uota decorauit, uerum etiam poculis honeſtauit: qui nuptiarum aditus interdudit, & promiſcuè conuenire hortatur. Hæc cōtinentur in libro, quem Apoſtolus accepit deuorandum. Hic liber Euangelium ſecundum Ioannem intitulatur, quod non ſolum male ſentientibus amarum eſt, uerum etiam indiſciplinatis, qui nolunt corripi, ut in peius proficiant. *Eſa.10.* Iſta reuelatio eo tempore facta eſt, quo Apoſtolus Ioannes in inſula erat Pathmo, relegatus à Domitiano Imperatore, fidei cauſa. Tūc fuit in ſpiritu, ut poſſet uidere cæleſtia: Et dum hęc ei oſtendūtur quæ futura ſunt, cauſa impietatis & ſtupri, & cæterorum, datus eſt illi liber, qui dulcis quidem erat in ore, ſed amarum faceret uentrem, ut ex ĳs qui uidentur corpus eſſe unius hominis. Iſtis dulcis eſſet, qui propter quod integræ profeſsionis ſunt, in ore ſignificati ſunt: hoc enim dulce in ore eſt, quod unū eſt. Illis autem, qui hæretica prauitate carnaliter uiuunt uel ſentiunt (propter quod in uentre ſignificati ſunt) amarus: Accuſabit enim eos in die iudicĳ.

Hiero. lib. 4. Com. in Eſa. 3. Reg. 12.

De uarĳs hæreticorum nominibus in ueteri teſtamento, Capue XIII.

POſtremo, uaria quoq; nomina hęreticis, propter uarias & diuerſas earum qualitates, in diuinis ſcripturis, ueteris & noui teſtamenti, tribuūtur. In ueteri teſtamento hæc ferè nomina habent: uaſa mortis, cauda, domus Ioſeph, ligna infructuoſa, uaccę pingues, ſimiæ, corona ſuperbię, ebrĳ, filĳ perditionis, Prophetæ Samariæ, principes recedentes, Cymbalum, & quædam alia his ſimilia. In Pſalmo dicitur: Arcum ſuum tetendit & parauit illum, & *Pſal.7.* in ipſo parauit uaſa mortis. Quo loco per arcum ſanctæ ſcripturę intelliguntur, ut interpretatur Auguſtinus: ubi fortitudine noui teſtamenti, quaſi neruo quodam, duritia ueteris flexa & edomita eſt. Per uaſa uerò mortis hæretici intelliguntur: nam & ipſi ex eodem arcu, id eſt, ex ĳſdem ſcripturis, in animas, non charitate inflammandas, ſed uenenis perimendas, inſiliunt. Quod non contingit niſi promeritis: propterea diuinæ prouidentiæ etiam iſta diſpoſitio tribuenda eſt, nō quia ipſa peccatores facit, ſed quia ipſa ordinat cum peccauerint. Malo enim uoto per peccatum legentes, malè coguntur intelligere, ut

Nomina multa hæreticorū in ueteri teſt.

ipſa ſit pœna peccati: quorum tamen morte, filij Catholicæ Eccleſiæ, tanquam quibuſdam ſpinis, à ſomno excitâtur, ut ad intelligentiam diuinarum proficiant ſcripturarũ. Oportet enim hæreſes eſſe, ut probati, inquit, manifeſti fiant inter uos: hoc eſt, inter homines, cum manifeſti ſint Deo. Hactenus Auguſtinus. Apud Eſaiam Prophetam legimus: Et diſperdet dominus ab Iſraël caput & caudam incuruantem in die una. Longæuus & honorabilis ipſe eſt caput: & Propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda. Et poſt pauca: Omnis hypocrita eſt & nequam, & uniuerſum os loquutum eſt ſtultitiam. Hic per caudam & hypocritam hæretici deſignantur, ut Hieronymus interpretatur. Quod autem poſt caput & caudam addit: Incuruantem et deprauantem, hanc ſignificationem habet. Quia hæretici legis præcepta ſubuertunt, & rectam deprauant uiam. Hypocritam autem hæreticũ appellat Propheta: quia aliud agit, & aliud ſimulat: & quicquid

Amos 5. loquitur, licet uideatur eſſe ſapientia, tamen eſt ſtultitia. In Amos Propheta legitur: Quærite dominum & uiuite, ne forte furor ſuccendatur, ut ignis domus Ioſeph, & deuoret eam, & non ſit qui ex-

3. Reg. 12. tinguat Bethel. Hic domus Ioſeph propter Hieroboam: qui à ſtirpe

Hieroboã Typus hæreticorum. Dauid populum Dei ſeparauit, & uaccas fecit aureas in Dan & Bethel, & dixit: Non eſt pars nobis in Dauid, neq; hęreditas in filio Ieſ-

Hiero. lib. 2. Commen. in Amos. ſe. Ad perſonam hæreticorũ refertur, ut Hieronymus teſtatur. Qui ſermone compoſito decora atq; formoſa, & (ut ita dicam) aurea ſimulachra finxerunt, & adorant opera manuũ ſuarum, & agriculturam ſub uaccarum ſpecie ſibi imaginem repromittunt. Vnde rectè dicitur ad eos: Quærite dominum & uiuite, Eum uidelicet qui dixit:

Ioan. 14. Ego ſum uia, ueritas & uita: ut poſtq; ambulauerint in eo, & inuenerint ueritatem, tunc incipiant uiuere qui prius mortui erant. Et niſi hoc fecerint, diaboli comburentur ardoribus, nulluſq; poterit inueniri de principibus eorum, qui & ipſi hæretico igni ſuccenſi ſunt, qui poſsit uorantẽ cuncta flammam reſtinguere, & pręcipue Bethel, quę

Eccle. 10. falſum ſibi domus Dei nomen aſſumit. Qui ſubtrahit lapides do-

Hæretici ſunt ligna infructuoſa. lebit in eis, & qui ſcindit ligna periclitabitur in eis, inquit Sapiens. Quo loco per ligna hæretici intelliguntur. Sunt enim ligna infru-

Hiero. in Commen. in Eccleſ. ctuoſa, & ſaltus abſq; utilitate pomorũ. Vnde & in templo Dei prohibetur plantari nemus, & uana foliorũ, id eſt, uerborũ tantũ ſonan-

Deut. 16. Nemus pro luco accipitur. tium, ſpernuntur umbracula. Quamuis igitur ſit prudens & doctus uir, qui gladio ſermonis ſui hæc ligna conſcindat, periclitabitur, niſi

Eccle. 10. Hæretici dicũtur uaccæ pingues. diligẽter attenderit: Maximè ſi ei quod ſequitur, acciderit, ſi retuſum fuerit ferrũ, & faciẽ eius turbauerit: Id eſt, ſi diſputatio eius infirmior fuerit inuenta, nec acumen habuerit ingenij, quo cõtraria quæq; de-

Amos 4. Hiero 2. Commen. in Amos. ſecet, ſed principale cordis eius hebetetur, in partẽ trãſibit aduerſam, & confirmabit eum fortitudo peruerſa. Quod in propheta Amos legimus: Audite uerbũ uaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ:

quæ calumniã facitis egenis, & cõfringitis pauperes. Secundũ Tropologiã de hæreticis intelligitur, qui rectè appellãtur uaccæ pinguiſſimę, ſiue uaccæ ignominioſæ. Hę uaccæ pingues & ignominioſæ & aridæ, in montibus Samariæ ſunt, Cui & in Oſea dicitur: Aufer uitulũ tuũ Samaria. Et rurſum in eodẽ: Quia ſeducẽs erat uitulus tuus Samaria, Et ideo in mõte Samariæ, qui ſemper erigũtur in ſuperbiã, et ſibi ſublimia repromittũt. Samaria quoq; cuſtodia dicitur; nõ quo cuſtodiant ſermones domini, ſed quia cuſtodes præceptorũ eius eſſe ſe iactẽt. Iam & ſimijs rectè à patribus cõparant hæretici: Quoniã ut ſimia (inquit Ioannes Chryſoſtomus) hominis habet membra, et per omnia hominẽ imitatur, nec tamen dicẽda eſt homo: ſic & hæretici Chriſtũ confitentur, altare habẽt, ſacrificiũ panis & uini offerunt, baptizant, ſcripturas ſanctorũ legũt, omnem ordinẽ ſacerdotij, omniaq; Eccleſię myſteria & habẽt & imitantur: ſed non ſunt Eccleſiæ. Et Cyprianus (quẽ refert Gratianus) quemadmodũ, inquit, ſimiæ, cum homines nõ ſint, formã tamen humanã imitantur: Ita & hæretici uultũ Eccleſiæ Catholicæ & authoritatẽ ſibi & ueritatẽ uendicant, cum ipſi in Eccleſia non ſint: benedicũt, cum à Deo ſint maledicti: uitã pollicentur, cum ſint mortui: Deũ inuocãt, cum ſint blaſphemi: ſacerdotiũ adminiſtrãt prophani, munus ponũt ante altare ſacrilegi. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut Antiſtites diaboli audeant Euchariſtiam facere, & cum nec ſacrificari oblatio illic poſsit, ubi ſpiritus ſanctus non ſit, nec cuiquam Dominus per eius preces & orationes proſit, qui Deum ipſe uiolat. Si enim qui Eccleſiam uiolant, Ethnici & publicani habentur: multo magis rebelles & hoſtes, falſa altaria, & illicita ſacerdotia, & ſacrificia ſacrilega, & omnia adulterina fingentes, inter Ethnicos & publicanos neceſſe eſt ut computentur: Quos omnes conſtat à charitate & unitate Eccleſię Catholicæ receſſiſſe. Ergo omnia, quæcunq; faciũt hæretici, carnalia ſunt, & inania, & falſa, ita ut nihil eorum, quæ illi geſſerunt, à nobis probari debeat. Non ſtatim ſuſcipienda ſunt & aſſumenda, quæ iactantur in Chriſti nomine, ſed quæ gerunt in Chriſti uirtute. Eodem pertinet, quod de pſeudoprophetis dicit Chriſtus: Exurgent pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna. Siquidem ſigna dant, qui inſtar ſimiarum eadem faciunt in ſimulatione, quæ fideles faciunt in ueritate. Nam & caſtitati ſtudent, & ieiunia celebrant, & eleemoſynas faciunt, & omnem Eccleſiaſticum Canonem ſupplent: Et hæc an non ſunt magna ſigna ſeductionis, cum diabolum uideamus facere opera Dei? Eandẽ propè ſignificationẽ habet, quod Chriſtus attendendum eſſe monet à falſis prophetis, qui ad nos ueniunt in ueſtimentis ouiũ. Siquidẽ hoc generaliter de omnib. intelligi poteſt, qui aliud habitu ac ſermone promittũt, aliud opere demonſtrant. Specialiter aũt de hæreticis intelligendũ eſt, qui uidẽtur cõtinentia, caſtitate, ieiunio,

Oſee 8.
Vituli Samariæ, hæretici.
Hæretici ut ſimiæ ſunt.
Ioan. Chryſoſt. in expoſitione in Matth. Homel. 19.
1. q. 1. c. ſi quis.
Hæretici uelut Ethnici ſunt & publicani.
Hæretici pſeudoprophetæ.
Chryſoſt. in Matth. Home. 49.
Matth. 24.
Hiero. lib. 1. Commen. in Matth. c. 7.

quaſi quadam pietatis ſe ueſte circundare:intrinſecus uero habentes animũ uenenatum,ſimplicium fratrum corda decipiunt. Hæretici corona ſuperbiæ ſunt, de qua in Eſaia Propheta: Væ coronæ ſuperbiæ,ſiue (ut ſeptuaginta legunt) iniuriæ mercenarij Ephraim, Flos cadens de gloria ſuper uerticem montis pinguis. Ideo ſic appellati, quia dominum blaſphemantes & omnia mercedis cauſa faciunt, & de gloria domini conciderunt:Nec ſequuntur tenuitatem mannæ & humilitatẽ Eccleſiaſticam,ſed in monte pinguiſsimo uerſantur, ebrij abſq; uino. Hic corona iniuriæ mercenarij appellatur Ephraim,qui (iuxta Apoſtolũ) turpis lucri gratia de flore ac ſpecie,& gloria priſtinæ fidei corruerũt,& uerſantur in ſuperbia:& dulciſsimus cibus diaboli ſunt,qui eos quotidie deuorat. Dicũtur & ebrij hæretici, apud eundem Prophetam. Verum hij quoq;, inquit, præ uino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt: ſacerdos & propheta neſcierunt, præ ebrietate abſorpti ſunt à uino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt uidentem, ignorauerunt iudicium: Omnes enim menſæ repletæ ſunt uomitu, ſordiumq;,ita ut non eſſet ultra locus: ſiue (ut ſeptuaginta legunt) propter ebrietatem ſiceræ errauerunt, hoc eſt, φάσμα, maledictio comedet hoc conſilium, ſiquidem iſtud conſilium propter auaritiam eſt. Vino inebriantur hæretici, quando ſcripturas ſanctas malè intelligunt atq; peruertunt: Sicera, quando ſæculari abutuntur ſapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam uincula ſunt appellanda quàm phaſmata, id eſt, umbræ quædam & imagines, quæ citò pereunt & ſoluuntur. Iſtiuſmodi conſilium maledictio poſsidebit, qui quæſtum putant eſſe pietatem, & cuncta faciunt propter auaritiam. De hoc phaſmate & Apoſtolus loquebatur. Attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium, Omnes autem menſæ eorum repletæ ſunt uomitu ſordiumq;, ita ut non ſit ultra locus: Ad ebrietatem hæreticorum ſic refertur, ut uniuerſam doctrinam eorum & cuncta myſteria dicamus uomitu plena & ſordium, dum ſcripturarum ſanctarum non digerunt cibos, nec uniuerſo corpori faciunt eſſe uitales, ſed immaturos & patentes egerunt, ita ut nullũ in eis Deus reperiat locum. Similiter filij perditionis, & ſemen mendax, qui conſolantur in dijs ſuper omne lignum frondoſum, immolantes paruulos in torrentibus ſubter imminentes petras: apud eundem Prophetam appellantur hæretici. Ab initio enim mendaces ſunt, ſicut diabolus, qui eſt pater corũ, qui eſt pater mendacij omnis. Iſti uocant eos, quos deceperunt ad Idola ſiue ad ſimulachra dogmatum ſuorum, ſubter frondoſas arbores atq; nemoroſas, uoluptates illis & delitias pollicentes, ſiue celantes impuritates ſuas. Vnde & Adam poſtq; peccauerat, abſcondit ſe in Paradiſo ſubter arborem, ne Dei pateret aſpectui. Nec dubium eſt quin iſtiuſmodi perditionis filij & ſemen iniquum, habeant plurimos

rimos

Marginalia: Hæretici corona ſuperbiæ dicuntur. — Eſa. 28. — Hier. in Comment. in Eſa. lib. 3. — 2. Tim. 3. — Cur ebrij dicuntur hæretici. — Eſa. 28. — Hier. lib. 9. Cõment. in Eſa. — Quando inebriantur hæretici uino, quã do ſiceras — 1. Thim. 4. — Eſa. 28. — Hæretici filij perditionis & ſemen mẽdax — Eſa. 57. — Hier. lib. 16. Cõmen. in Eſa.

rimos filios, quoſcunq; deceperint, & occidant in profundis ualli-
bus, & in baratro impietatis ſubter imminentes petras, quæ ſemper
minãtur ruinas: quæ pro diuerſitate mendacij & uarietate dogma-
tum peruerſorum plures appellantur petræ. Apud Hieremiam
prophetã, per prophetas Samariæ hæretici intelliguntur. Et in pro-
phetis, inquit, Samariæ uidi ſtultitiam. Quomodo enim prophetæ
Samariæ, quicquid loquebantur, prophetabant in Baal, Idolo uide-
licet dæmonibus conſecrato: ſic hæretici quicquid loquuntur in Ec-
cleſia ſiue extra Eccleſiam, ut ſupplantent populum Iſrael, qui prius
cernebat Deum, loquuntur in dæmonibus. Vnde & ſignificãter ait:
Et in Prophetis Samariæ uidi ſtultitiam, Non enim habent eum, de
quo dicitur: Chriſtus Dei uirtus & Dei ſapientia. Quod in Oſee
propheta dicitur: Da eis Domine, quid dabis eis? da eis uuluam ſine
liberis & ubera arentia: Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi
exoſos habui eos, propter malitiam adinuentionũ eorum, de domo
mea eijciam eos: nõ addam ut diligam eos, omnes principes eorum
recedentes. De hæreticis accipiendum eſt, ubi inter alia hæretici prin
cipes Recedentes dicũtur. Siquidem hunc locum explicans Hierony
mus: Galgal, inquit, interpretatur reuelatio, aut κυλισμοὶ, id eſt, uo-
lutabra. Generaliter igitur omnes malitias hæreticorum dicit eo tem
pore reuelandas, cum dederit Deus eis uuluã ſterilem & ubera aren-
tia, & uiderint ignominiam ſuam. Et qui ſe iactabãt per ſuperbiam,
quod ad excelſa conſcenderent, deuoluentur in terram, ſiue ad infe-
ros protrahentur. Verè hæretici Dei odio digni ſunt, qui loquuntur
contra Dominum mendacium. Porrò de domo eiecti dicũtur hære-
tici, nec addit dominus ut diligat eos: quamdiu in errore permanſe-
rint, omneſq; principes eorũ recedentes à Deo ſunt, ſiue inobedien-
tes. Specialiter autem principes hæreticorum dæmones dicere poſſu
mus, qui uerè à Deo receſſerũt: & appellantur principes, iuxta quod
Dominus loquitur in Euangelio: Veniet princeps huius mundi, &
inueniet in me nihil. Et Apoſtolus aduerſus poteſtates & principa-
tus, & rectores tenebrarum iſtarum pugnare nos dicit. Apud
Eſaiam prophetam dicit: Caupones tui miſcent uino aquam, ubi per
caupones hæretici intelliguntur, qui Euangelicam ueritatẽ corrum-
punt praua intelligentia: & ſunt caupones peſsimi, facientes de uino
aquam: cum è contrario dominus noſter aquas in uinum uerterit, &
tale uinum quod miretur architriclinus, quale & Regina Saba in Sa
lomonis mirata eſt conuiuio, pincernas eius & miniſtros uini ſuauo
ce collaudans. Sed & cymbalum apud eundem prophetam dicun
tur hæretici. Væ terræ cymbalo alarũ, inquit propheta, quæ eſt trans
flumina Æthiopiæ, qui mittit in mare Legatos, & in uaſis papyri ſu-
per aquas. Ite angeli ueloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam:
ad populum horribilem, poſt quem non eſt alius: ad gentem expe-
ctantem,

Hiere.c.23.
Hiero.lib.4. Cõmẽ.in Hier.
Prophetæ Samariæ, hæretici.
1.Cor.1.
Oſee c.9.
Hiero.lib.2. Cõ. in Oſeam.
Principes hæreticorum cur dicantur recedentes.
Ioan.14.
Epheſ.6.
Eſa.1.
Hæretici caupones dicãtur
Hiero.lib.1 Com. in Eſa.
Ioan.2.
2.Para.9.
Cur cymbala dicuntur hæretici.
Eſa.18.

ctantem, expectantem & conculcatam, cuius diripuerũt flumina ter-
ram eius. Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum ele-
uatum fuerit ſignum in montibus, uidebitis, & clangorem tubæ au-
Hiero. lib. 7. Com. in Eſa. dietis. Hunc locum Hieronymus ad hunc modum de hæreticis inter-
pretatur. Hæretici, inquit, dicuntur cymbalum, charitatem Dei non
1. Cor. 13. habentes, iuxta illud Apoſtoli: Si linguis hominum loquar & ange
lorum, charitatem autem non habeam, factus ſum uelut æs ſonans
aut cymbalum tinniens. Et non ſolum cymbalum, rauco crepans ſo-
nitum, ſed propter leuitatem ſermonis hæretici in diuerſa curren-
tis, alarum cymbalum dicuntur: ſiue, iuxta ſeptuaginta πτέρυγες πλοίων,
id eſt, alæ nauium, qui magna mercimonia promittentes nauigant
Cur hæretici alæ nauium dicuntur. in ſeculi iſtius fluctibus. Alas autem nauium uela, quibus ſuſpendun-
tur & trahũtur, intellige. Et pulchrè alas dixit nauium. Omnis enim
hæreticus pollicetur excelſa: & cum alas habere ſe iactet, tamen hæret
alias † ſalis in † falſis fluctibus, & procul nõ recedit à terra, in medioq; curſu pa-
titur repente naufragium. Vnde Aquila pro cymbalo umbram ala-
rum interpretatus eſt: non enim habent alas, ſed alarum ſimilitudi-
Hæretici impietate omnes uincunt. nem. Quodq; infert: Quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, hoc ſigni-
ficat, quod impietate ſua omnes uincant hæretici. Verbi gratia, dicit
Epicurus: nõ eſſe prouidentiam, & uoluptatum maximum bonum.
Comparatione huius ſceleratior Martion & omnes hæretici, qui ue-
tus lacerant teſtamentum: Cum enim recipiant prouidentiam, accu-
ſant creatorem, & aſſerunt eum in pleriſq; operibus erraſſe, & non
ita feciſſe ut facere debuerat. Ad quam enim utilitatem hominum ſer
pẽtes, ſcorpios, crocodylos, & pulices, cimicesq; & culices pertinere?
Hæretici trans flumina Aethiopiæ ſunt. Iſti ergo trans flumina Æthiopiæ ſunt, & mittunt in mare huius ſæ-
culi legatos, id eſt, diſcipulos ſuos: qui eorum portantes uolumina,
rectè uaſa papyri, id eſt chartacea, ſuper aquas portare dicũtur, quæ
delẽtur uelociter. Sicut enim libri iuxta aquas & humores citò obſcu-
rantur, delentur & pereunt: ita ſermo eorum atq; doctrina, cum in
principio aliquam uiſa fuerit fortitudinem poſsidere, pertranſit & la
bitur. Itaq; per Ironiam dicitur ad eos, O angeli hæreticorum, ite ue-
2. Cor. 11. loces (quos Apoſtolus Paulus falſos Apoſtolos, operarios fraudu-
Eſa 18. lentos, qui in Apoſtolos Chriſti transfigurantur, appellat.) Et ite ad
Populus hæreticorum horribilis. gentem auulſam & laceratam: auulſam à Deo, & hæreticorum mor-
ſibus laniatam. Ad populum horribilem: nihil enim horribilius blaſ-
phemia, quæ ponit in excelſum os ſuum: poſt quem non eſt alter po-
pulus. Omne quippe peccatum comparatum blaſphemiæ, leuius eſt.
Sermo hæreticorum omnia percurrit. Gentem expectantem, expectantẽ & conculcatam. Nam omnes hæ-
retici cœleſtia ſibi repromittunt, & pollicentur ingentia, & tamen à
dæmonibus conculcantur. Cuius terram diripuerunt flumina, quæ
non de cœlo habent aquas, ſed de terra. Quis enim angulus eſt: quæ
extrema ſolitudo terrarũ, ad quam non turbidus hæreticorũ ſermo
perueniat?

perueniat: Itaq; omnes, qui habitãt & morantur in orbe terrarum, ad hæreticorum ſignum, quod quaſi in montibus eleuatum eſt, erigunt oculos ſuos, & clangorem tubæ, id eſt, doctrinæ eorũ audiunt. Hæc iuxta hebraicum. Cæterum lxx. ita legũt: Væ terræ nauium ala- *Textus ſecundum lxx.* rum, trans flumina Æthiopiæ, qui mittis in mare obſides, & epiſtolas biblinas ſuper aquam, Ibunt enim nunc leues ad gentem excelſam & peregrinum populum, & peſsimum, qui eſt trans eum, gens abſq; ſpe & conculcata, nunc flumina terræ omnis, ſicut regio, quæ habitatur: Habitatur regio eorum, ſi ſignum de monte eleuetur, & tubæ uox audiatur. Quod Hieronymus ita iuxta anagogen explicat. *Expoſitio Hieron.* Planguntur alæ hæreticorum, quæ inſtar nauium per mare huius ſæculi uolitãt, & impietatem ſuperant Ethnicorum: quos nunc Æthiopes ſcriptura nominat. Et dicitur ad doctrinam eorum atq; ſermonem, qui mittis in mari huius ſæculi libros, obſides peruerſitatis tuæ: & epiſtolas, ad decipiendos eos qui lecturi ſunt. Pergunt nunc leues ad gentem excelſam & peregrinum populum, & peſsimum. Nullus enim Eccleſiaſticorum tantum habet ſtudij in bono, quantum hęretici in malo: & in eo ſe lucrum putant conſequi, ſi alios decipiant, & ipſi perditi cæteros perdant. Gens autem uocatur excelſa, propter ſu- *Qualis gens hæretici.* perbiam: & peregrina & peſsima, quia aliena à Deo eſt. Verè gens ſine ſpe & cõculcata, cuius flumina in tota terra imitantur habitationem Eccleſiæ: ut inueniãt ſibi hoſpitium & regionem, in qua eleuent ſignum doctrinæ ſuæ, in qua ſcripturarum clangant tuba, Hæc Hieronymus.

Hæreticos montes malos, in ſcripturis ſanctis appellari, Caput XIIII.

Vſitatiſsimus loquendi modus eſt in ſanctis ſcripturis: ut quæ magna & excelſa ſunt, montes appellentur. *Matth. 5.* Sic maiora præcepta iuſtitiæ, quæ Chriſtus in monte *Aug. de ſerm. domini in monte lib. 1.* docuit, montes appellantur, iuxta illud Pſalmi: Iuſtitia tua ſicut montes Dei. *Pſal. 35.* Sunt enim præcepta maiora & minora: Et unus Deus per ſanctos prophetas & famulos ſuos, ſecundum ordinatiſsimam diſtributionem temporum, dedit minora præcepta populo, quem adhuc timore alligari oportebat: & per filium ſuum maiora populo, quem charitate iam liberari conuenerat. Sic homines magni & excelſi, ſiue boni ſiue mali, *Montes & colles boni & mali.* montes, colles, & ualles dicuntur. Nam ſicut in bonam partem pro uarietate uirtutum montes appellantur & colles: ſic inter impios pro *Hieron. lib. 1. Com in Eſa.* diuerſitate uitiorum, & maxime ſuperbiæ, alij mõtes ſunt, alij colles, *Ezech. 6.* ſuper quos erit dies Domini, de quibus in Ezechiele ſcriptum eſt: Hęc dicit Adonai Dominus montibus & collibus. Ecce ego inducã ſuper

uos gladium, & diſsipabuntur excelſa ueſtra, & conterentur aræ ue-
ſtræ, & reliqua. Montes igitur boni, magnitudo ſpiritalis: montes
August. in Pſal. 97. mali, tumor ſuperbiæ. Ac de utriſq; dicitur: Montes exultabunt à fa-
cie Domini, quoniam uenit iudicare terram. Ac illi quidem gaude-
bunt, iniqui uerò contremiſcent: poſt montes, colles ſunt: poſt colles,
abyſſus. Montes, excelſæ: colles paruulę animæ ſunt. Ac de utriſq; di-
Aug. in expo. in Euan. Ioan. tract. 1. citur: Suſcipiãt montes pacem populo tuo, & colles iuſtitiam. Abyſ-
ſus, profunditas eſt peccatorum, quo quiſq; peruenit contemnendo
Pſal. 71. Deum, de quo in Pſalmo: Iudicia tua ſicut montes Dei, iudicia tua ſi-
Pſal 35. cut abyſſus multa. Sed reuertamur iam ad montes, quorum alios bo-
Aug. in Pſal. 124. nos, alios malos eſſe diximus. Boni montes ſunt, magni prædicato-
Montes boni. res ueritatis: ſiue angeli, ſiue Apoſtoli, ſiue Prophetæ. Mali & naufra-
goſi montes ſunt, quibus illiſi naufragium circa fidem faciunt: ut hæ-
Aug. in Pſal. 35 retici & ſchiſmatici. Quemadmodum autẽ quando oritur Sol, prius
luce montes illuſtrat, & inde lux ad humilia terrarum deſcendit: ſic
quando uenit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, prius radiauit in alti-
tudinem Apoſtolorum, prius illuſtrauit montes bonos, & ſic deſcen-
Pſal. 75 dit lux eius in conuallem terrarum, ſicut in Pſalmo dicitur: Illuminãs
tu mirabiliter in montibus æternis. Per montes illos, quos æternos
eſſe uoluiſti, prædicans Euangelium, tu illuminans non montes. Ac
Pſal. 86. de bonis illis montibus in Pſalmo dicitur: Fundamenta eius in mon-
Michee 2. tibus ſanctis. Et in alio Propheta: Propinquate montibus æternis.
Hieron. lib. 1. Comment. in Micheam. Montes autem æterni, ad diſtinctionem eorum uocantur, qui non
ſunt æterni, principũ uidelicet huius ſæculi montium tenebroſorum:
qui cum erecti fuerint uelut Cedrus Libani, tranſeũtes cum mundo,
locus eorum nõ poterit inueniri. Item in alio loco de ĳſdem mon-
Pſal. 120. Leuaui oculos meos in montes. tibus bonis: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium
mihi. Sed noli putare quia ipſi montes tibi dabũt auxilium: Accipiunt
enim quod Deus dat, nõ de ſuo dant. Et ſi remanſeris in montibus,
non erit firma ſpes tua: ſed in illo qui illuminat montes, ſpes tua &
præſumptio tua debet eſſe. Auxilium autem tibi ueniet de montibus,
quia ſcripturæ per montes tibi miniſtratæ ſunt, per magnos prædi-
catores ueritatis: ſed noli in illis figere ſpem tuã. Audi quid dicat con-
ſequenter: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxiliũ mihi.
Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. De monti-
bus ueniet auxilium, ſed non à montibus: & à quo? à Domino, qui
fecit cœlum & terrã. Et hĳ ſunt montes de quibus dicitur: Suſcipiant
Auguſt. in Pſal. 124. montes pacem populo tuo, & colles iuſtitiam. Montes magni, colles
Pſal. 71. minores ſunt: montes ergo uident, colles credũt. Qui uident, pacem
ſuſceperunt, & attulerunt ad illos qui credunt. Qui enim credunt, ſu-
ſcipiũt iuſtitiam, quia iuſtus ex fide uiuit. Angeli uident, annunciant
quod uident: & credimus nos. Ioannes ille, In principio, inquit, erat
uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbũ. Videbat,

prædicauit

prædicauit nobis ut crederemus, & per montes ſuſcipientes pacem, ſuſceperunt colles iuſtitiam, Quia de ipſis montibus ait: Suſcipiunt montes pacem populo tuo. Non dixit: A ſe habent pacem, uel inſtituunt pacem, uel generant pacem: ſed ſuſcipiunt pacem. Vnde ſuſcipiunt pacem, dominus eſt. Sic ergo leua oculos tuos ad montes propter pacem, & auxilium tuum ſit à Domino, qui fecit cœlum & terram. Alij ſunt montes (ut dixi) mali, per quos unuſquiſque cum ducit nauim, naufragium facit. Facile eſt enim cum uidetur terra, à periclitantibus quaſi conari ad terram. Sed aliquando uidetur terra in monte, & ſaxa latent ſub monte: & cum quiſque conatur ad montem, incidit in ſaxa, & ibi non inuenit portum, ſed planctum. Sic fuerunt quidam montes, & magni apparuerunt inter homines, & fecerunt hæreſes & ſchiſmata, & diuiſerunt Eccleſiam Dei: ſed iſti qui diuiſerunt Eccleſiam Dei, non erant illi montes, de quibus dictum eſt: Suſcipiant montes pacem populo tuo. Quomodo enim pacem ſuſceperunt, qui unitatē diuiſerunt? Sunt & colles mali, & ualles malæ. Colles, ſucceſſores hæreticorum ſunt: Valles uerò in ima depreſſæ, humilem hæreticorum ſenſum ſignificant: Ac de his montibus, collibus & uallibus dicitur: Dabo carnes tuas ſuper montes, & implebo colles ſanie tua, & irrigabo terram putore ſanguinis tui, ſuper montes & ualles implebuntur ex te. Et hæc quidem hanc ſignificationē habent, quòd omnis ſuperbia, & arrogans hæreticorum tumor, non tàm ut tali & puro, quàm putrido atque fœtenti ſanguine compleatur, iuxta illud, quod ſcriptum eſt: Pone eos ſicut ſtercus terræ, de quo ſanctus à Domino liberatur: Qui ſuſcitat de terra inopem & de ſtercore pauperem erigit, Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui. Et hij ſunt montes ſæculi, & colles mundi, de quibus Propheta dicit: Contriti ſunt montes ſæculi, & incuruati colles mundi. Sunt autem mōtes ſæculi, qui & tenebroſi: de quibus Hieremias præcipit, ne impingantur pedes noſtri ſuper eos. Ideo autem montes appellātur principes hæreſum, quia & ipſi inter homines magni, excelſi ſunt. Non enim putandum eſt, quia potuerunt fieri hæreſes per paruas aliquas animas: non fecerunt hæreſes niſi magni homines, ſed quantum magni, tantum mali montes. Sed & per montes malos dæmones intelliguntur, qui in hæreticis uerſantur, & eleuant ſe contra ſcientiam Dei. Colles quoque aliæ dæmonum fortitudines, quæ faciunt homines, corporum pulchritudinem, dignitates, diuitias, nobilitatem generis, cæteraque mundi bona admirari. Et hij ſunt montes ſæculi & colles mundi, qui cōtriti & incuruati ſunt: Licet enim uidere poſt aduentum ſermonis Dei, & Dei patris præſentiam, quomodo humanæ animæ commouentur, & omne quod terrenum eſt diſſoluatur, & cogitationes priſtinæ redigantur ad nihilum: Tunc deſtruuntur homines, tunc ſæculi altitudines ad nihilum deducuntur,

Montes mali hæretici ſunt. Aug. in expo. in Euang. Ioannis tract. 1.

Ezech. 32. Hiero. lib. 10. Cō. in Ezech.

Pſal. 82.

Pſal. 112.

Montes ſæculi, hæretici. Abacuc 3.

Hiere. 13.

Hæreſiarchæ cur montes dicuntur.

Hiero lib. 2. Com. in Aba.

Contriti ſunt montes ſæculi.

& omnes hæretici,quorum ſcientia, quæ primum tumebat, ad Dei ſermonis aduentum humiliatur,cõteritur,atq; conſumitur: & quod prius pulchrum & maximum uidebatur,quaſi deſpectum abijcitur & paruum. Atq; ad illos montes non ſunt leuandi oculi, neq; enim à

Aug. in Pſal. 124. Deo illuminati ſunt,nec auxilium aliquod ab eis ſperandum eſt. Cauendum eſt igitur omnibus modis,ne ad illos montes cõfugiamus.

Non ſunt admirandi hæretici. Venturi enim ſunt homines & dicturi nobis:Magnus ille uir,& magnus ille homo.Qualis fuit ille Donatus?qualis Maximianus?Et neſcis,Photinus qualis fuit?& ille Arrius qualis fuit? Omnes iſtos mõtes nominamus,ſed naufragoſos:de quibus lucet aliqua flamma ſermonis,& aliquis de ipſis ignis accenditur. Si nauigamus in ligno, & noctem patimur,id eſt,caliginem huius uitæ,non nos fallant,nec dirigamus illuc nauim:ibi ſunt ſaxa, ubi naufragia magna fiũt.Cum ergo laudati Catholico fuerint iſti montes, & cœperit ei ſuaderi,ut

Cauendum eſt Catholico, a laude hæreticorum. ueniat ad ipſos montes quaſi ad auxilium,& ibi requieſcat: Reſpondebit, In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montes ſicut paſſer? Bonum eſt enim ei,ut in illos montes le-

Pſal. 10. uet oculos:unde ſibi auxilium à Domino ſit, ut euadat ſicut paſſer de muſcipula uenantium,nõ tranſmigret in montes. Paſſer enim inſtabilis res eſt,citò morietur,citò uolat hinc & inde:Sed ipſe confidat in Domino,& erit ſicut mons Sion,non morietur in æternum,& non tranſmigrabit in montes ſicut paſſer. Porrò,ſicut montes Dei,id eſt,prædicatores ueritatis,iuſtitia eius,quia per gratiam eius fiunt ma-

Hæreſum principes abyſſus multa gni: Sic hæreſum principes, abyſſus multa,ut qui non ſolum peccant & ueritatẽ peruertunt,ſed etiam doloſe agunt,ne intelligant & ode-

Rom. 1. rint iniquitatem ſuam. Hi ſunt enim de quibus dicitur: Qui cum cognouiſſent Deum,non ut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum:& dicentes ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt: propterea tradidit illos Deus in concupiſcentias cordis eorum. Et facti ſunt abyſſus multa, ut iam defendant etiam errores & peccata ſua, & id quod arguit ſermo diui-

Prouerb. 18. nus:ut recte de his dicatur, Peccator cum uenerit in profundum malorum, contemnit.

De uarijs hæreticorum nominibus in nouo Teſtamento, Caput XV.

Pſeudoprophetæ. IAm ad ea nomina tranſeamus,quę in nouo Teſtamento hæreticis tribuuntur. In quo hæc ferè & ſimilia eorum nomina reperiuntur: pſeudochriſti, pſeudoprophetæ,pſeudoapoſtoli:fures,latrones, lupi rapaces,canes & mali operarij, & id genus alia. Primũ

Matth. 24. igitur hæretici à Chriſto & Apoſtolis,pſeudochriſti

&

& pſeudoprophetæ appellantur. Et multi, inquit dominus, pſeudoprophetæ ſurgent & ſeducent multos. Et ut uaticinij huius memores eſſemus, iterum dicit: Vos autem cauete, Ecce prædixi uobis omnia. Mar.13.
Et Apoſtolus Petrus: Fuerũt uerò & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in uobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis: & eum qui emit eos Deum negant, ſuperinducentes ſibi celerem perditionem, & multi ſequentur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blaſphemabitur: & in auaritia fictis uerbis de uobis negociabuntur. Et Ioannes Apoſtolus: Chariſsimi, nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, quoniam multi pſeudoprophetæ exierũt in mundum. Apoſtolus Paulus hæreticos pſeudoapoſtolos uocat. Nam huiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti: Et non mirum, ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non ergo eſt magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur uelut miniſtri iuſtitię, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. Item, Ego ſcio (inquit) quoniam intrabunt poſt diſceſsionẽ meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi: Et ex uobisipſis exurgẽt uiri, loquentes peruerſa, ut adducant diſcipulos poſt ſe. Idem ad Timotheum: Hoc autem ſcito, inquit, quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erũt homines ſeipſos amãtes: cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obædientes, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace: criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cœci, & uoluptatum amatores magis quàm Dei: habentes ſpeciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes, Et hos deuita. Ex his enim ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, Ita & hij reſiſtunt ueritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed ultra non proficient: Inſipientia enim eorum manifeſtata erit omnibus, ſicut & illorum fuit. Hæc Paulus Apoſtolus. Iidem Antichriſti à Ioanne uocantur: Filioli, inquit, nouiſsima hora eſt, & ſicut audiſtis quia Antichriſtus uenit, nunc Antichriſti multi facti ſunt. Alibi Chriſtus eos fures et latrones deſignat, Sic enim apud Ioannem ait: Quia qui non intrat per hoſtiũ in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Et paulo poſt: Omnes quotquot uenerunt, fures ſunt & latrones. Omnes quippe ſenſus hæreticorũ, nocti & tenebris comparandi ſunt: Quia non habent lumen ueritatis. Qui cum de lege furentur & Euangelio, unde ſibi eoſdem prauos ſenſus, de cordis ſui figmento componant, manifeſtum eſt. Quia ad authoritatem ſibi faciendam aliena furantur. De quibus ſcriptum eſt. Vidi (ait Propheta) & ecce uolumen uolans, longitudo eius xx. cubitorum, & dixit

[Margin: 2.Pet.2. — 1.Ioan.4. — 2.Cor.11. — Pſeudoapoſtoli. — 2.Tim.3. — 1.Ioan.2. Antichriſti. — Ioan.10. — Fures & latrones. — Zach.5.]

Dominus ad me. Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ, Et ueniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in domo eius, & conſumet eam, & ligna eius & lapides eius. Sed & lupos rapaces eos appellat Chriſtus. Attendite, inquit, à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autē ſunt lupi rapaces: ut Cyprianus interpretatur, qui ſub ſpecie non ſolum ouium, ſed etiam paſtorum, ſenſu ſubdolo, ad infeſtandum gregem Chriſti conſpirant, ſicut legimus apud Zachariā poſitum. Ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta non uiſitabit, diſperſum nō quæret, & contritum non ſanabit, & id quod ſtat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & ungulas eorum diſſoluet. Similiter & per Ezechielem increpat huiuſmodi paſtores: ſcilicet lupos illos prædones & latrones, dicens: Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſeipſos: uæ paſtoribus qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis & lanis operiebamini: & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis: quod infirmum fuit, non conſolidaſtis: & quod ægrotum, nō ſanaſtis: quod confractum eſt, non alligaſtis: & quod abiectū eſt, non reduxiſtis: & quod perierat, non quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarū agri, & diſperſæ ſunt. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requirā gregem meum de manu eorū, & ceſſare faciam ut ultra non paſcant gregem meum, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in eſcam. Quis iſta loquitur? Vtiq; ille, qui relictis nonaginta nouē ouibus, quæſiuit illam, quæ de ſuo errauerat grege, ſicut Dauid dicit: Erraui uelut ouis, quæ periit. Quam inuentam, Chriſtus reducit, humero ſuo portans peccatricem delicatam, qui gaudens & exultans uocatis amicis & domeſticis, ait: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam: quæ perierat. Dico uobis, quod ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Hæc Cyprianus ſpecialiter contra Nouatianum, qui lapſis pœnitentiam denegabat, ſed quæ in uniuerſum in omnes hæreticos competūt: qui ut lupi rapaces gregem domini non ſolum non paſcunt, ſed etiam deuorant, & aliis deuorandum obiiciunt atq; relinquunt. Apoſtolus Paulus, hæreticos canes & malos operarios uocat. Videte, inquit, canes, uidete malos operarios. Hæretici ſpinæ & tribuli ſunt, de quibus Chriſtus ait: Nunquid colligent de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus? Nam ut ſpinæ & tribuli nō producunt uuas & ficus: ſic hæretici Eccleſiaſticos fructus proferre non poſſunt, ſed quid proferunt? Vulnera, tribulationes, & cætera mala.

Lupi rapaces. Matth. 7. In epiſt. ad Nouatianum hæreticum. Zacha. 11. Mali paſtores. Ezech. 34. Bonus paſtor. Luc. 15. Pſal. 118. Nouatiani. Canes & mali operarii. Philip. 3. Matth. 7. Spinæ & tribuli. Chryſoſt. in Matt. Hom. 19.

mala. Quemadmodum enim ſpina & tribulus, ex quacunq; parte illam conſpexeris, habet aculeos. Sic & ſerui diaboli, ex quacunq; parte conſyderaueris, iniquitatibus pleni ſunt: ſi loquitur, in dolo loquitur: ſi tacet, male cogitat: ſi iraſcitur, inſanit: ſi patienter agit, tempus expectat nocendi, & oportunitatē conſyderat, quādo noceat: ſi male agit, non erubeſcit: ſi bene facit, ad uanam gloriam propter homines facit. Quomodo proferat bonum fructum cuius radix diabolus eſt: ſub arbore bona & beſtiæ & animalia requieſcunt: ſub ſpinis autem nullum animal requieſcere poteſt, niſi tantummodo ſerpētes: ſic iuxta fidelem hominem, & boni & mali homines pacem habere ac ſe capere poſſunt. Iuxta autē infideles homines, nemo poteſt pacem habere, neq; requieſcere in eis, niſi tantummodo ſerpentes, id eſt, dæmones, qui habēt cubicula in pectoribus eorum: fructus eorum nulli procedunt ad uſum, umbra refrigerij nō eſt in eis. De quibus & Iudas Apoſtolus ait: Vos autem chariſsimi, memores eſtote uerborū, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebat uobis: Quoniam in nouiſsimis temporibus uenient illuſores, ſecundū deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hij ſunt (inquit) qui ſegregant ſemetipſos: animales, ſpiritum non habentes, &c.

Serui diaboli hæretici doloſi.

Sub ſpinis ſerpentes.

Schiſma quid ſit & quale crimen, Cap. XVI.

SChiſma græcum nomen eſt, quod ſciſſuram ſiue diuiſionem ſignificat, à σχίζω, quod eſt ſcindo: ſic dictum, quia per ipſum Eccleſiæ unitas ſcinditur. Dicitur autem Eccleſia una, quemadmodum corpus unum dicitur, cuius membra etſi multa ſint, & inter ſe diuerſa, diuerſa etiam officia habentia: tamen de uno ſpiritu & unā uirtute participātia, ita inter ſe coalita ſunt, ut non ſolum ſingula ſua officia in corpore rectē faciant, ſed etiam pari quadam lege, ad totius corporis, ſuamq; ipſorū communem ſalutem ex æquo cōtendant, mutuumq; ſibi auxilium cōmunicent. Similimodō & Eccleſia una eſt, nam et ipſa corpus eſt, cuius membra ſunt fideles. Multa quidem & diuerſa ſunt, ſed mutuæ charitatis & unius ſpiritus compage ita coniuncta & unita, ut in idipſum pro inuicem ſolicita ſint, Et ſi quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra: ſiue gloriatur unū membrum, congaudeant omnia membra. Atq; inter hæc membra, quædam quidem poſuit Deus in Eccleſia: Primo Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde uirtutes: exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum, &c. Et hæc membra ita inter ſe coēuntia, unum corpus ſunt Chriſti, quod eſt Eccleſia: cuius unitas omnis ad unitatem unius ſpiritus & unius Dei refertur. Nam ſunt diuiſiones gratiarum, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationū, unus aūt Dominus: & diuiſiones operationū, Idem

Eccleſia una membra diuerſa.

Membra Eccleſię charitate & ſpiritu cōpaginata. 1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

uerò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Hanc Eccleſiæ unitatem, ſpiritus ſanctus in Cantico canticorũ, ex perſona Christi Domini deſignat, dicens: Vna eſt columba mea, perfecta mea, & una eſt matris ſuæ, electa genitricis ſuæ. Eandem unitatem ipſa etiam ſacrificia Dominica ſignificant: Nam quando Dominus corpus ſuũ panem uocat, de multorum granorũ coadunatione congeſtum, populum noſtrum, quem portabat, indicat adunatum: & quando ſanguinem ſuum uinum appellat, de botris atq; acinis plurimis expreſſum, atq; in unum coactum: gregem item Christianum ſignificat commixtione adunatæ multitudinis copulatum. Sed & Christus tanquam caput Eccleſiæ, cuius eſt ille ſpiritus, gratiarum largitor, Vicarium quoq; in terris unum reliquit Petrum, penes quem unũ totius adminiſtrationis Eccleſiaſticæ ſumma conſiſtens, ab ipſo in reliqua membra deriuatur atq; diſtribuitur. Quorum unitas ad originem unius capitis uelut ad fontem Petrum, & illius ſucceſſores Romanos Pontifices refertur. Quod Cyprianus his uerbis teſtatur. Loquitur (inquit) Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã, & portæ inferorum non uincent eam. Tibi dabo claues regni cœlorum, Et quæ ligaueris ſuper terram, erũt ligata in cœlis: & quæcunq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta in cœlis. Et eidem poſt Reſurrectionem ſuam, dicit: Paſce oues meas. Et quãuis Apoſtolis omnibus poſt Reſurrectionem ſuam parẽ poteſtatẽ tribuat, & dicat: Sicut miſit me pater, et ego mitto uos, Accipite ſpiritum ſanctum, ſi cui remiſeritis peccata, remittentur illi: Si cui tenueritis tenebuntur: tamen ut unitatem manifeſtaret, eiuſdem originẽ ab uno incipientem, ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant utiq; & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut Eccleſia una mõſtretur, Hęc Cyprianus. Et iterum. Sicut igitur una eſt Eccleſia, ita in Eccleſia unus eſt Epiſcopatus, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur, Eccleſia una eſt, quæ in multitudinem latius incremẽto fœcunditatis extenditur. Quomodo ſolis multi radij, ſed lumen unum: & rami arboris multi, ſed robur unũ tenaci radice fundatum: & cum de fonte uno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radium ſolis à corpore, diuiſionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fructus germinare nõ poterit: à fonte præcide riuum, præciſus areſcet. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa per orbem totũ radios ſuos porrigit: unũ tamen lumen eſt, quod ubiq; diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur: ramos ſuos in uniuerſam terrã, copia ubertatis extendit: profluentes largiter riuos latius extendit, unum tamen caput eſt, & origo una, & una mater fœcundatis ſucceſsibus copioſa: Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur,

Cant. 4.

Symbolum unitatis panis et uinum in ſacrificio.

Cyp. Epiſt. 6. lib. 1.

Vnum caput Eccleſiæ.

In tract. de ſimpl. prælat.

Matth. 16.

Iohan. 21.

Exordium ab unitate in Petro.

Ioan. 20.

Cyp. ibidem.

Exempla originis ab unitate.

Vnitas Eccleſiæ.

nutrimur, ſpiritu eius animamur. Adulterari nõ poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica: unam domum nouit, unius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Et ſicut unus eſt Epiſcopatus, in una Eccleſia multas habens partes: ita unus eſt Epiſcopus, cui totius adminiſtrationis cura cõmiſſa, à quo cæteri in partem ſolicitudinis uocantur: ab uno hoc Epiſcopatu deſcenderũt Apoſtolicæ, & quæ ab his propagatæ ſunt aliæ Eccleſiæ, & in ipſis ordinationes Epiſcoporum ſacerdotum, doctrina fidei, adminiſtratio Sacramentorũ. Atque huius unitatis Sacramentũ, Paulus quoque declarat & docet, dicens: Vnum corpus & unus ſpiritus, & una ſpes uocationis noſtræ: unus dominus, una fides, unum baptiſma, unus eſt Deus. Hoc uinculum concordiæ inſeparabiliter cohærentis (ut Cyprianus declarat) oſtenditur, quando in Euangelio tunica Domini noſtri Ieſu Chriſti non diuiditur omnino, nec ſcinditur, ſed ſortientibus de ueſte Chriſti, quis Chriſtũ potius indueret integra ueſtis accipitur, incorrupta atque indiuidua tunica poſsidetur, loquitur ac dicit ſcriptura diuina. De tunica aũt, quia de ſuperiori parte non conſutilis, ſed per totum textilis fuerat, dixerunt ad inuicem, Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de ea cuius ſit: unitatem illic portabat de ſuperiore parte uenientem, id eſt, de cœlo & à patre uenientem, quæ ab accipiente & poſsidente ſcindi omnino non poterat: ſed totã ſimul & ſolidam firmitatem inſeparabiliter obtinebat. Qui igitur hanc unitatẽ Eccleſię diuidunt, quique indiſciſſam Domini tunicã & deſuper contextam perfruſta diſcerpũt, ſchiſmatici appellantur: A ſchiſmate ſic uocati, quod ſciſſuram interpretati ſumus. Scinditur aũt unitas Eccleſiæ multis modis. Primo, propter diuerſam fidei profeſsionem, uel diuerſam in actibus Eccleſiaſticis ſententiam, cum diſceſsione ab Epiſcopali et Eccleſiaſtica obædientia coniunctam, iuxta illud Prophetæ. Sciſſuras ciuitatis uidebis, quia multiplicatæ ſunt. Et in hac ſignificatione ſchiſma ab Auguſtino definitur, ut ſit recens congregationis ex aliqua ſententiarum diuerſitate diſſenſio. Schiſma enim uel ſciſsio, fieri non poteſt, niſi diuerſum aliquid ſequantur qui faciunt. Hæreſis autem ſchiſma eſt inueteratum, cui & Hieronymus conſentire uidetur, qui inter hæreſim & ſchiſma hanc differentiã facit, quod hæreſis peruerſum dogma habeat: ſchiſma poſt Epiſcopalem diſſenſionem, ab Eccleſia pariter ſeparet. Addens, in principio quidem ſchiſma aliqua ex parte, ab hæreſi intelligi poſſe diuerſum. Cæterũ nullum ſchiſma eſſe, niſi ſibi aliquam hæreſim confingat. Auguſtinus igitur inter hæreticos, maloſque Catholicos & ſchiſmaticos, hoc intereſſe ſcribit, quod hæretici falſa credunt, mali aũt Chriſtiani uera credentes non ita uiuant ut credunt. Schiſmaticos aũt non fides diuerſa facit, ſed cõmunionis diruta ſocietas. Hæretici zizanijs, mali Catholici paleis, ſchiſmatici ſpicis corruptis uel paleis ariſtarũ fractis uel ſciſsis, et de ſegete

Ephe.4.
De ſimplicitate prælatorũ.
Ioan.19.
Tunica Domini inconſutilis et textilis.
Schiſma multiplex, primũ, in fide.
Eſa.22.
Lib.2. contra Creſconium grammat.
Differunt hæreſis & ſchiſma.
Aug. de quæſt. in Matth.c.2.

abruptis, in ſcripturis cõparantur. Sic in ſagena, qua concluduntur mali & boni piſces, non hæretici, ſed mali Catholici intelliguntur. Aliud eſt enim mare, quod magis mundum iſtum ſignificat: aliud ſagena, quæ unius fidei uel unius Eccleſiæ communionem oſtendere uidetur. Quicunque autem conuenticulorum ſegregationes uel Eccleſiæ perturbationes excitare cogitant, iam ſchiſmatici ſunt, & ab unitate corde diſciſſi, etiamſi non inuentis occaſionibus, aut occultatis factis ſuis, Sacramento Eccleſiæ corporali conuerſatione ſocientur.

Orig. in Ezech. Home. 1.

Secundo fit ſchiſma, cum Epiſcopi, alijq́ inferioris ſortis homines, Romano Pontifici tanquam Eccleſiæ capiti, pertinaciter & cum quadam rebellione non obtemperant, De quibus Cyprianus, ad Cornelium Papam, ita ſcribit: Nec enim hæreſes aliunde ortæ ſunt, aut nata ſchiſmata, quàm inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur: nec unus in Eccleſia ad tẽpus ſacerdos, & ad tempus Iudex Chriſti uice cogitatur. Cui ſi ſecundũ magiſteria diuina, obtemperaret fraternitas uniuerſa, nemo aduerſum ſacerdotũ collegia quicq̃ moueret: nemo poſt diuinũ iudicium, poſt populi ſuffragiũ, poſt Coepiſcoporũ conſenſum, iudicem nõ ſe iam Epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſsidio unitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet.

Schiſmatici ſunt, qui Ro. Pontifici pertinaciter rebelles ſunt.

Lib. 1. epiſt. epiſt. 3.

Idem ad Florentium Pupianum ſcribens: Inde, inquit, ſchiſmata oriuntur, dum Epiſcopus, qui unus eſt & præeſt, ſuperbè quorundam præſumptione contemnitur: & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur. Idem in Epiſtola ad Rogatianũ ita ſcribit: Hæc enim ſunt initia hæreticorum, & ortus & conatus ſchyſmaticorũ male cogitantium, ut ſi placeat, præpoſitũ ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur, ſic altare prophanũ foris collocatur, ſic contra pacem Chriſti & ordinationem atq; unitatem rebellatur.

Lib. 4. epiſt 9.

Lib. 3. epiſt. 9.

Et hoc modo qui ab Apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus, eum in ſchiſmate eſſe dubium non eſt, ut inquit Pelagius Papa primus: & hij procul dubio hæretici ſunt, ut qui non ſolũ per inobædientiam, contempta authoritate ſupremi Epiſcopi, ab Eccleſia recedunt, ipſius unitatẽ diſcerpentes, ſed etiam peruerſa dogmata amplectuntur: & ſi enim in multis, quę ſunt fidei, nobiſcum ſunt, tamen in aliquibus & à nobis diſſentiunt. Extra Eccleſiam credũt ſacerdotes & Epiſcopos fieri, & Sacramenta miniſtrari poſſe. Item, non eſſe Romano Pontifici, ut Eccleſiæ capiti, obædiendũ, Quæ quidem dogmata peruerſa eſſe, & Catholicæ fidei contraria, ſupra demonſtrauimus.

Articuli ſchiſmatici.

Sunt & inter hos non pauci, qui alias quoq; hæreſes docent, quales noſtro tempore ſunt omnes propè hæretici, qui nihil non ueterũ hæreſum è Baratro reuocãt: & quo tutius & liberius eas docere poſsint, primatum & authoritatẽ Romanæ Eccleſiæ, ut quæ hactenus una hæreſes extirpauit, ante omnia amoliuntur, Ac de his idem Cyprianus ad hunc modum ſcribit.

Lib. 1. epiſt. 6.

Quod ſi aliquis illud opponit, ut dicat eos

eandem

eandem legem tenere, quam Catholica Eccleſia teneat: eodem ſymbolo quo & nos baptizare, eundem noſſe Deum patrem, eundem filium Chriſtū, eundem ſpiritū ſanctum: ac propter hoc uſurpare eos poteſtatem baptizandi poſſe, quod uideantur in interrogatione baptiſmi à nobis non diſcrepare: ſciat, quiſquis hoc proponendum putat, primum, nō eſſe unam nobis & ſchiſmaticis ſymboli legem: neque eandem interrogationē. Nam cum dicunt, Credis remiſsionem peccatorum, & uitam æternā per ſanctam Eccleſiam, mentiuntur in interrogatione, cum non habeāt Eccleſiam. Tunc deinde uoce ſua ipſi confitentur, peccatorū remiſsionem nō dari, niſi per ſanctam Eccleſiam, quam non habentes oſtendunt, remitti illis peccata non poſſe. Quod uero eundem, quem & nos, patrem, eundem filium Chriſtū, eundem ſpiritum ſanctū, noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt, Nam & Core, & Dathan, & Abiron, cum ſacerdote Aaron & Moyſe, eundem Deum nouerant, pari lege & religione uiuentes: & unum & uerū Deum, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant: Tamen quia loci ſui miniſteriū tranſgreſsi, contra Aaron ſacerdotem (qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei atque ordinatione perceperat) ſacrificandi licentiam uendicarunt, diuinitus percuſsi, pœnas ſtatim pro illicitis conatibus penderunt: nec potuerunt rata eſſe, & proficere ſacrificia, irreligioſè & illicitè contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoque ipſa, in quibus incenſum illicitè fuerat oblatū, ne in uſu de cætero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis & ultionis diuinæ memoriā corrigendis poſteris exhiberent, iuſſu Domini conflata, atque igne purgata, in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari: Secundū quod loquitur ſcriptura diuina. Memoriale, inquit, filijs Iſrael ut nō accedat quiſquàm alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, ut non ſit ſicut Core. Et tamen illi ſchiſma non fecerant, nec foras egreſsi, contra Dei ſacerdotes impudenter atque hoſtiliter rebellauerant: Quod nunc Eccleſiam ſcindentes, & contra pacem & unitatē Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, ac baptizandi ac offerendi licentiam uendicare conantur. Quomodo perficere quod agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo poſſunt, qui contra Deū, quod eis non licet, moliuntur? Huius igitur generis ſchiſmatici omnes, duplici nomine extra Eccleſiā poſiti ſunt: & quia hæretici ſunt, & quia exierunt ex nobis: & quia ſchiſmatici qui à corpore Eccleſiæ, & ab Eccleſiæ unitate deſciuerunt. Vnde nec Chriſtiani ſunt, nec Epiſcopi in Eccleſia eſſe poſſunt, nec aliquam habere functionē, nec alios Epiſcopos aut ſacerdotes creare. De quibus idem Cyprianus adhunc modum. Quiſque ille eſt (de Nouatiano loquitur) & qualiſcunque eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt: Iactet ſe, & philoſophiam uel

Extra Eccleſiam non datur remiſsio peccatorum.

Num. 16. Schiſma Core contra ſummum ſacerdotem.

Exod. 28.

Leuius ſchiſma Core quam Lutheri.

Extra Eccleſiæ unitatem nec Chriſtiani ſunt nec Epiſcopi.

Epiſt. 2 lib. 4. ad Antonianū.

uel eloquentiam ſuam ſuperbis uocibus prædicet, qui nec fraternam charitatē, nec Eccleſiaſticam unitatē tenuit, etiam quod prius fuerat amiſit: niſi Epiſcopus tibi uidetur, qui Epiſcopo in Eccleſia à ſedecim Coepiſcopis facto, adulter atque extraneus Epiſcopus fieri à deſertoribus per ambitum fieri nititur, & cum ſit à Chriſto una Eccleſia per totum mundum in multa membra diuiſa, Item Epiſcopatus unus, Epi-

Illiciti conatus Nouatiani ſchiſmatici cōtra Corneliū Papam.

ſcoporum multorū concordi numeroſitate diffuſus, ille poſt Dei traditionem, poſt connexam & ubicunque coniunctam Catholicæ Eccleſiæ unitatem, humanā conetur Eccleſiam facere, & per plurimas ciuitates nouos Apoſtolos ſuos mittat, ut quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat. Cumque iam pridem per omnes prouincias, & per urbes ſingulas ordinati ſint Epiſcopi, in ætate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſequutione proſcripti, ille ſuper eos creare alios pſeudoepiſcopos audeat, quaſi poſsit aut totū orbem noui conatus obſtinatione peragrare, aut Eccleſiaſtici corporis cōpaginem diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere: neſciens ſchiſmaticos ſemper inter initia ſua feruere, incrementa uerò habere non poſſe, nec augere quod illicitè cœperint, ſed ſtatim cum praua ſua æmulatione deficere. Epiſcopatum aūt tenere non poſſet, etiamſi Epiſcopus prius factus, à Coepiſcoporū ſuorum corpore, & ab Eccleſiæ ſuæ unitate deſciſceret, cum Apoſtolus admoneat, ut inuicem noſmetipſos ſuſtineamus, nec ab unitate, quam Deus conſtituit, recedamus, & dicat: Suſtinentes inuicem in dilectione, ſatis agentes ſeruare unitatem ſpiritus, in coniunctione pacis. Qui ergo nec unitatē ſpiritus, nec coniunctionē pacis obſeruat, & ſe ab Eccleſiæ uinculo, atque à ſacerdotum collegio ſeparat, Epiſcopi nec poteſtatem habere poteſt nec honorem, qui Epiſcopatus nec unitatem uoluit tenere nec pacem.

Ephe. 4.

Et iterum: Quis ergo ſic eſt ſceleratus & perfidus, quis ſic diſcordiæ furore uæſanus, ut credat ſcindi poſſe, aut audeat ſcindere unitatem Dei? ueſtem Domini? Eccleſiā Chriſti? Monet ipſe in Euangelio ſuo, & docet, dicens: Et erit unus grex, & unus paſtor. Et eſſe poſſe uno in loco aliquis exiſtimat, aut multos paſtores, aut plures greges? Apoſtolus item Paulus hanc eandem nobis inſinuās unitatem, obſecrat & hortatur, dicens: Obſecro uos, inquit, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes: & non ſint in uobis ſchiſmata: ſitis aūt cōpoſiti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Et iterū dicit: Suſtinentes inuicem in dilectione, ſatis agentes ſeruare unitatem ſpiritus in coniunctione pacis. Stare tu & uiuere putas poſſe, de Eccleſia recedentem? ſedes ſibi alias & diuerſa domicilia condentem? Cum dictum ſit ad Rahab (in qua præformabatur Eccleſia) Patrem tuū, & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad teipſam in domum tuam: & omnis qui exierit oſtium domus tuæ foras, reus erit. Item, Sacramentū paſchæ,

Cyprianus de ſimplicitate prælat.

Ioan. 10.

1. Cor. 1.

Ephe. 4.

Domus Rahab figura Eccleſiæ.

Ioſue 2.

non

non aliud Exodi lege contineat, quàm ut agnus, qui in figura Chri- Exo. 12.
ſti occiditur, in domo una edatur. Loquitur Deus, dicens: In domo Sacramentū agni paſchalis
una comedetur, nō eijcietis de domo carnem foras. Caro Chriſti &
ſanctum Domini eijci foras nō poteſt: nec alia ulla credentibus præ-
ter unam Eccleſiā domus eſt. Hanc domum, hoc unanimitatis ho-
ſpitium, deſignat & denunciat ſpiritus ſanctus, in Pſalmis, dicens: Pſal. 67.
Deus qui habitare facit unanimes in domo: in domo Dei, in Eccleſia
Chriſti unanimes habitant, concordes & ſimplices perſeuerant. Ex-
tra hanc ergo domum & Eccleſiam nulli ſunt Epiſcopi, nulla Sacra-
menta, quia in hac uera hoſtia redemptoris immolatur: De eius car-
nibus lex foras efferri diuina prohibet, quia ſanctum dari canibus
uetat. Et rurſus idem Cyprianus: Auertandus talis atque fugien-
dus, quiſquis fuerit ab Eccleſia ſeparatus: peruerſus eſt huiuſmodi, &
peccat, & à ſemetipſo damnatus. An eſſe ſibi cum Chriſto uidetur,
qui aduerſus ſacerdotes Chriſti facit? qui ſe à cleri eius uel plebis ſo-
cietate ſecernit? Arma ille contra Eccleſiam portat, contra Dei diſpo
ſitionem repugnat, hoſtis altaris, aduerſus ſacrificium Chriſti rebel-
lis, pro fide perfidus, pro religione ſacrilegus, inobſequens ſeruus, fi-
lius impius, frater inimicus: contemptis Epiſcopis, & Dei ſacerdoti-
bus derelictis, conſtituere audet aliud altare, precem alteram illicitis
uocibus facere, dominicæ hoſtiæ ueritatem per falſa ſacrificia propha
nare: nec ſcire, quoniam qui contra ordinationem Dei nititur, ob
temeritatis audaciam diuina animaduerſione punitur. Item, hi
ſunt, qui ſe ultrò apud temerarios conuenas ſine diuina diſpoſitione Schiſmatici qui ſeipſos
præficiunt, qui ſe præpoſitos ſine ulla ordinationis lege conſtituunt, intrudunt,
qui nemine Epiſcopatū dante, Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt: Quos Pſal. 1.
deſignat in Pſalmo ſpiritus ſanctus, ſedentes in peſtilentiæ Cathedra:
peſtes & lues fidei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ ueritatis
artifices, uenena lethalia linguis peſtiferis euomentes: Quorum ſer-
mo ut cancer ſerpit, quorum tactus pectoribus & cordibus ſingulo-
rum mortale uirus infundit. Contra eiuſmodi clamat Dominus: ab
his refrenat & reuocat errantem plebem ſuam, dicens. Nolite audi-
re ſermones pſeudoprophetarum, quoniam uiſiones cordis eorum Hiere. 23.
fruſtrantur eos: loquuntur, ſed non ab ore Domini, dicunt eis qui
abijciunt uerbum Dei. Pax erit uobis & omnibus ambulantibus in
uoluntatibus ſuis. Omnis qui ambulat in errore cordis ſui, non ue-
nient ſuper eum mala. Non loquutus ſum ad eos, & ipſi propheraue-
runt. Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & audiſſent uerba mea, & ſi do-
cuiſſent populū meum, conuertiſſent eos à malis cogitationibus eo-
rum. Hos eoſdem denuo Dominus deſignat & denotat, dicens: Me Hiere. 2.
dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & effoderunt ſibi lacus detritos,
qui non poſſunt aquā portare. Idem declarat in Cantico cantico- Hortus cōclu
rum ſanctus ſpiritus, ex perſona Chriſti, dicens; Hortus concluſus ſus, fons ſi-
gnatus.

ſoror

Can. 4. ſoror mea, ſponſa mea, fons ſignatus, puteus aquæ uiuæ. Si hortus
Epiſt. 6. lib. 1. concluſus eſt (ut inquit Cyprianus) ſponſa mea Chriſti, quæ eſt Ecclesia, patêre res clauſa alienis & prophanis non poteſt, Et ſi fons ſignatus eſt, neq; bibere inde, nec conſignari poteſt, cui foris poſito ad fontem acceſſus nō eſt. Puteus quoq; aquæ uiuæ ſi unus eſt, idem qui intus eſt uiuificari, ſanctificari foris poſitus ex illa aqua nō poteſt, ex qua ſolis eis, qui intus ſunt, uſus omnis & potus conceſſus eſt.
1. Pet. 3. Quod & Petrus oſtendēs, unā Eccleſiā eſſe, et ſolos eos qui in Eccleſia ſunt baptizari poſſe, poſuit & dixit. In arca Noē pauci, id eſt, octo animæ hominū ſaluæ factæ ſunt per aquā, quod & uos ſimiliter ſaluos faciet baptiſma. Probans & cōteſtans, unā arcā Noē, typū fuiſſe unius Eccleſiæ. Si potuit tunc in illo expiati & purificati mundi baptiſmo, ſaluus per aquā fieri, qui in arca Noē non fuit, poteſt & nunc uiuificari per baptiſma, qui in Eccleſia non eſt, cui ſoli baptiſma conceſſum eſt. Sed & Paulus Apoſtolus hoc idem adhuc apertius &
Ephe. 5. clarius manifeſtans, ad Epheſios ſcribit, & dicit: Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut eam ſanctificaret, purgans eam lauacro aquæ. Quod ſi una eſt Eccleſia, quæ à Chriſto diligitur, & lauacro eius ſola purgatur, quomodo qui in Eccleſia non eſt, aut diligi à Chriſto, aut ablui, aut purgari lauacro eius poteſt? Quod tamen de eo baptiſmate accipiendum eſt, qui non in forma Eccleſiæ ab hæreticis confertur. Nam Sacramenta etiam ab hæreticis collata, ſi in his Eccleſiæ forma fuerit ſeruata, Eccleſiæ ſunt, non hæreticorum Sacramenta, licet aliter ſenſerit Cyprianus. Sed nec ſaluari ſchiſmatici poſſunt quàm diu extra Eccleſiam manent: Quicquid enim à ma-
De ſimplicitate prælatorū. trice diſceſſerit, ſeorſum uiuere & ſpirare non poterit: ſubſtantiā ſalutis amittit, ut inquit idem Cyprianus. Extra hanc arcam, quicunq; inuenitur, in diluuio extinguitur: extra hanc domū quicunq; agnum comederit, prophanus eſt. Tertio diuiditur unitas Eccleſiæ, duo-
Si duo de Ro. Pontificatu contendunt. bus de Pontificatu contendentibus: quorum uterq; dum Eccleſiæ caput eſſe prætendit, fit ut unitas Eccleſiæ, quæ ex uno capite pendet, ſcindatur. Vnde, qui hoc modo ſe pro Pontificibus gerunt, nec per ceſſionem, renunciationem, alios'ue legitimos modos, ut unus Eccleſiæ Epiſcopus legitimè præficiatur, conſentire uolunt, pro ſchiſmaticis habendi ſunt: ut qui Eccleſiæ unitatem ſcindunt: non quidem authoritati eius detrahentes, ſed obædientiam potius Chriſto, qui eſt uerum & primarium Eccleſiæ caput, ſubtrahentes: & hij hæretici non ſunt, etiamſi eorum alter de alterius iure ſufficienter edoctus, nihilominus eidem obædire nollet, Nam talis rebellis potius, & fortaſſe
Si duo de Epiſcopatu contendunt. etiam de hæreſi ſuſpectus, quàm hæreticus iudicandus eſt. Sed & qui inferiores Epiſcoporum ſedes, contra diſpoſitionem Eccleſiaſticam inuadunt, alienamq; poteſtatē uſurpantes, & plebē ab obædientia uerorum paſtorū abducentes, dominationē ſibi uendicant, etiam

ſi

ſi in fide non errent, nec authoritati Romani Pontificiş detrahant, ſchiſmatici ſunt: Nam & ipſi unitatem corporis Eccleſiæ ſcindunt, & pacem perturbant. De quibus Hieronymus: Schiſmatici ſeparant deceptā multitudinem ab Eccleſia Dei, & rudes animas, quæ nuper conceperunt ſemen Chriſti, abrumpūt & diuidunt, tamen hoc non faciunt crudelitate, qua hæretici deceptos quoſq; trucidant. Sed in eadem regula fidei permanentes, dilatare cupiunt terminos ſuos, & nomen gloriæ in poſteros mittere. Itaq; Dominus minatur, ſe muros Rabbę, id eſt, multitudinis, in dſe ululatus, & belli cōmotionis & turbinis, in cenſurum: & regem eorum, authorem ſchiſmatis, ire captiuum, & principes Eccleſiæ iugo colla ſubmittere.

Hier. in Amos Prophetā, c. 1.

DE HAERETICIS ET
SCHISMATICIS LIBER SECVNDVS.

De malis & incommodis, quæ ex hæreſi & ſchiſmate proueniunt, *Caput I.*

SVperiori libro declarauimus, quæ ſint & qualia crimina hęreſis & ſchiſma: & qui mores hæreticorum & ſchiſmaticorum, & quomodo agnoſcendi: Nunc de malis & incōmodis, quæ ex hæreſi & ſchiſmate proueniunt, dicemus. Horum alia quidem ad Deum & ſanctam Dei Eccleſiam: alia ad ueros et orthodoxos fidei cultores referūtur. Ad Deum pertinent blaſphemiæ hæreticorum, ſacrilegia, ſubuerſio piarum in Eccleſia fundationum, iudiciorum & ſacrarum legum, & ſi qua ſunt ſimilia. Ad orthodoxos & fideles ſpectant iniuriæ, calumniæ, & crudelitates: quas hæretici & ſchiſmatici in Catholicos exercēt.

Catalogus malorum, quę ex hæreſi proueniunt.

Atq; hæc omnia ex una radice oriuntur, nempe illa, quod hæreſis & ſchiſma ueram & Catholicā fidem, & timorem Domini, charitatem item erga Deum & proximum, in cordibus hominum extinguunt. Etenim ubi uera fides non eſt, nec timor Domini eſſe poteſt: Qui aūt Dominum non timent, nec utiq; diligere eum poſſunt: Qui aūt Deum non diligunt, nec honorem & cultum Deo debitum præſtant, immo hæc omnia Deo ſubtrahunt. Vnde blaſphemiæ, & ſacrilegia oriantur, omniaq; quæ ad uerum cultum Dei pertinent extinguantur, neceſſe eſt. Sed nec charitatem erga pro-

Radix malorum eſt, quod charitatem et timorem Dei extinguūt hęreſis.

ximum habẽt,qui uera fide,ſpe,& charitate Deum non colunt: Qui autem proximum non diligunt,nullis eum beneficijs,ſed iniurijs potius & contumelijs afficiunt, & nihilnon calumniarum & crudelitatum in eum exercent. Sane hæc ſunt portenta & monſtra,quæ ex

Maxima Reipublicæ incõmoda per hæreſes.

hæreſibus & ſchiſmatibus oriuntur:quibus nihil nec horrendũ magis neq; pernicioſius in ſancta Eccleſia excogitari poteſt. Quippe quibus uera & Catholica fides & religio labefactiãt & extinguitur: animæ & corpora occiduntur, omnis generis tumultus & ſeditiones cõmouentur,pax & trãquillitas publica perturbatur: Deniq; totius Reipublicæ Chriſtianæ ſtatus & forma in peius cõmutatur, & tandem in totum etiam ſubuertitur & abolctur.

De impietate hæreticorum & ſchiſmaticorum, & eorum in Deum & ſanctos eius blaſphemijs, Caput II.

Quid blaſphemia.

NIter ea peccata quæ Deus grauiſsimè ſemper uindicauit, primum eſt blaſphemia. Ea eſt,qua cultus Deo debitus,uel illi ſubtrahitur: uel creaturis, quibus non oportet, tribuitur. Propter huiuſmodi enim peccatum Deus omnia ma-

1.Reg.2. la in nos immittere conſueuit. Si peccauerit uir in uirum (inquit Heli ad filios ſuos) placari ei poteſt Deus:ſi autem in Deum peccauerit uir, quis pro eo orabit? Sed & ipſe & filij eius ob id grauiter à Deo pu-

Vltio diuina in Heli & filios eius.

niti ſunt,quia filij uocem patris nõ audientes, uictimam abiecerant, & munera quæ in templo Dei oblata fuerant. Propter quod à uiro Dei audit pater. Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum: Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies ueniunt & præcidam brachium tuum,& brachium domus patris tui, ut non ſit ſenex

Exempla uindictæ de blaſphemia.

in domo tua. Sic & Dauid,propter alienam blaſphemiam,à Nathan Propheta audijt: Quia blaſphemare feciſti inimicos nomen

2.Reg.12. Domini, propter uerbum hoc, filius qui natus eſt tibi morte morie-

4.Reg.19. tur. Sic angelus Domini, quia Senacherib blaſphemauerat Deum uiuentem, una nocte in caſtris Aſſyriorum percuſsit centum octoginta quinq; millia. Eſt autem blaſphemia in Deum hæreticis & ſchiſmaticis in primis familiaris. Simon Magus,omnium hæretico-

Epiphan lib 1. Tomo 2. de hæreſ. in princip. Act.8.

rum princeps & caput, quo multos deciperet, & ad ſuum errorem perduceret, non eſt ueritus ſibi ipſi diuinum honorem arrogare: Dixit enim ſeipſum eſſe magnam uirtutem Dei, & ex ſupernis deſcendiſſe,Patrẽ uerò dicebat ſe eſſe, apud Samaritas:apud Iudæos uerò, ſe filium eſſe dicebat,paſsim aũt ſe non uerè paſſum eſſe,ſed ſolum ap

Helena meretrix, uxor Simonis Magi.

parentia. Quin & Helenam & circulatricem & meretricem (ut quæ prius in proſtibulo apud Tyrum Phœnicis ſteterat) uxorem ſuam, auſus eſt dicere ſpiritum ſanctum,& propter hanc ſe de cœlo deſcendiſſe. In unoquoq; autem cœlo, inquit, transformabar ad formam

eorum,

eorum, quæ ſunt in unoquoq; cœlo, ut laterem angelicas meas poteſtates, & peruenirem ad intelligentiam, quæ ſane eſt hæc, & Prunicus & ſpiritus ſanctus appellatur: per quam angelos creaui, angeli uerò mundum & homines creauerunt. Et hanc intelligentiam Helenam illam antiquā eſſe dixit, ob quam Troiani & Græci ad pugnam deuenerunt, nec ſine myſterio ab Homero Helenā appellatam, interim etiam explicans, quare idem Poëta ipſam deſcripſerit ſuper turri ſtantem, & per facem oſtendentem Græcorum contra Troianos inſidias, &c. Sicut hæc & multa alia de ipſo narrat Epiphanius. *Pigmenta de Helena.*

Quare etiā Romanos eò dementiæ perduxit, ut cum Deum decernerent, & ſimulachri honorem donarent, in flumine Tyberis, inter duos pontes collocati, habentis titulum latinis literis ſcriptum: SIMONI DEO SANCTO. Sed & Helenam ipſam cum ipſo uelut primam quandam mentem conſecrarunt, ut apud Euſebium Iuſtinus teſtatur. *Lib. 2. cap. 13. Eccle. hiſt.* Montanus paracleti nomen, quod Chriſtus ſpiritui ſancto tribuit, ſibi uſurpauit, prædicans ſimul etiam ſe duabus illis mulieribus ſuis ſpiritum propheticum cōmunicaſſe. *Trip. lib. 5. cap. 14. & 18.* Picardus qui ſuperiori ſæculo ex Gallia Belgica in Bohemiam penetrans, nouam illic ſectam fecit, & breui numeroſam multitudinem mulierum uirorumq; contraxit, quos Adamitas uocauit. *Picardus Adamitarum nouitatis autor.* Docens promiſcuis cōnubijs eſſe utendum: hic filium Dei ſe dixit, & Adam uocari. *Aen. Syluius in Bohem. hiſt. cap. 14.* Addebat, nefas eſſe iniuſſu Adam mulierem cognoſcere. Itaq; ut quiſq; libidine incenſus in aliquā exarſit, eam manu præhendit, & adiens principem Adam, In hanc, inquit, ſpiritus meus cōcaluit. Cui Adam, ite, reſpondit: Creſcite et multiplicamini, & replete terram, etc. Teſtis eſt Aeneas Syluius in Bohemica hiſtoria. Quidam hæreticorum perſonis trinitatis, honorem diuinitatis detrahere conati ſunt, ut Arrius filio, aſſerens eum non eſſe conſubſtantialem patri. *Blaſphemia Arrij in filium Dei.* Macedonius ſpiritui ſancto, negans eum eſſe Deum. Neſtorius duas perſonas in Chriſto docuit: Eutiches, Petrus, Seuerus, & alij eorū ſequaces, unā tantum non duas in Chriſto naturas & uoluntates. *Aliorum in filium Dei errores & blaſphemiæ.* Quorum errores, & quæ ſeditiones & tumultus, aliaq; mala & incōmoda ex his ſequuta fuerint, abundè Eccleſiaſticæ docent hiſtoriæ. Sed & qua grauitate à ſanctis patribus, & ſex Concilijs uniuerſalibus: Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi: Quinta item & ſexta ſynodis confutati & condemnati fuerint, eorundem ſcripta & acta declarant. Fuerunt & hæretici, qui in ueneranda & ſummè adoranda Euchariſtia, negauerint eſſe uerum corpus & uerum ſanguinem Chriſti, Ideoq; non eſſe illi diuinæ adorationis cultum exhibendum. *Error Zuinglij & Oecolāpadij blaſphemus.* Quam iniuriam & execrabilem blaſphemiā, etiam his noſtris temporibus, Oecolampadius, Zuinglius, & eorum ſectatores, ineffabili Sacramento inferunt. Quę impietas aliquandiu ſuppreſſa, iam denuo caput erigit, & uelut ab inferis reuocata reſurgit, producen-

tibus paſsim nouis libellis, quibus non ſolum ueram de hoc Sacramento Eccleſiæ fidem impugnant: ſed etiam cum alijs huius temporis hæreticis (utcunq; in cæteris Eccleſiam diuerſo quidem tramite, ſed pari impietate perſequentibus, in hoc tamen articulo cum ipſis diſſentientibus) atrociter digladiantur.

Error Lutheranorum de Euchariſtia blaſphemus.

Alij blaſphemiam blaſphemiæ cumulantes, & in hoc uenerabile Sacramentum non minore rabie quàm Iudæi ſæuientes: Euchariſtiam ipſam, à ſacerdote in ſacrificio Miſſæ eleuatam, aut in capſulis in Eccleſia cuſtoditam, aut in proceſsionibus ab Eccleſia in honorem huius Sacramenti inſtitutis, à ſacerdote portatã, & conſpectui populi exhibitam: non ſolum non adorant, & nullum illi cultum & reuerentiã præſtant, ſed etiam derident, & miris ſibilis & cachinnis ſubſannant.

Victor de Perſeq. Vand lib. 1.

Quin etiã pauimentis ſpargunt, & pedibus conculcant, ut olim Vandali in Aphrica fecerunt, tantum non etiam ſpiculis (ut impij Iudæi aliquoties fecerũt) transfodiunt, aut ignibus torrent.

Grauis in Germanos ultio dãna propter blaſphemias hæreticorum.

Nihil igitur mirum, ſi tam horrendis blaſphemijs contemptus Deus, nõ glorificet nos, ut maiores noſtros, ſed ignobiles & apud omnes Nationes deſpectos nos reddat: & præterea fame, peſte, nouis generibus morborũ, uſq; ad mortem affligat, omnibusq; propè maledictionibus: quas olim Idolatris blaſphematoribus nominis ſui, omnibusq; adeo qui mandata ſua contemnunt, cõminatus eſt, repleat.

Blaſphemiæ in ſanctos.
Pſal. 138.
Ioan. 12.

Iam uerò & ſanctis Dei hominib. quos etiã Deus tanq; amicos ſuos, & honorari à nobis uult, et ipſe etiã honorat. Iuxta illud. Mihi aũt nimis honorati ſunt amici tui Deus: Et itẽ illud. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ pater meus qui in cœlis eſt. Illis, inquam, ſanctis Dei, quorum & Eccleſia iugem memoriã agit, hæretici & ſchiſmatici multas ſemper iniurias & blaſphemias intulerunt: & ne hodie quidem ab his ipſis temperãt.

Neſtorij blaſphemia in Mariam.

Neſtorius olim, Mariam uirginem matrem Domini negauit eſſe θεοτόκον; nimirum inuidens ſanctiſsimæ & electæ Dei genetrici, ut mater Dei appellaretur, aliud nomen ſubſtituens, ac Χριστοτόκον eam appellans: Quartã quandam Trinitati ſuperaddens perſonã, & alium ante ſæcula, alium ex beata uirgine pro noſtra omnium ſalute incarnatum eſſe dicens.

Aliorũ blaſphemiæ in ſanctos & imagines eorum.

Alij ipſius, aliorumq; ſanctorum, pro nobis apud Deum interceſsionẽ negant: alij imagines Dei & ſanctorum (Quarum uſum ſancta & Apoſtolica Eccleſia, ab Apoſtolis ad hæc uſque tempora cuſtodiuit) ex Eccleſijs eijciunt, pedibus conculcant, ignibus tradunt: Interim uarijs blaſphemijs tam ipſas quàm ſanctos, quos repræſentant, perſequentes.

Xenaias contra imagines, tempore Anaſtaſij Imp.

Quem errorem olim Xenaias quidam docuit: nempe Dominicã, & ſanctorum non eſſe recipiendas imagines, ut tradit Nicephorus. Fuit autem Xenaias Perſa, & fortuna ſeruus, Dominum ſuum ſub Carandione fugiens, ac uillas quæ circa Antiochiam erant, à fide retrahens: ſimulans ſe eſſe clericum, qui tamen non fuit baptizatus. Hic deinde Anaſtaſio Imperatori hæretico

(ut

(ut qui Chalcedonenſi reſiſtebat Concilio) gratus fuit: eundem er-
rorem Conſtantinopoli, quo cum Cæſar tanquam ſectatorem ſuum du
xerat, diuulgauit. Verum cum Macedonius, Catholicus Epiſcopus,
cum neque cõmunione, neque uerbo dignũ duceret, Anaſtaſius timens
populi ſeditionem, clàm cum ex urbe eduxit, ut idem Nicephorus ſcri
bit. Hanc blaſphemiam ſequentibus temporibus Leo Iſaurus, & *Imperatores Iconoclaſtæ.*
illius filius Conſtantinus Copronymos, Leo Armenius, Theodora
mater Michaelis Theophili Imperatoris, & alij principes, aliquan-
diu ſepultã reſuſcitãtes, magnã occaſionem multarum ſeditionum in
Oriente præſtiterunt. Nec non crudeliter interim ipſi in Catholicos
ſæuierunt. Cuius rei unum tantum hic exemplum referre libet, quod
ad hunc modum deſcribit Platina. Leo, inquit, tertius Imperator, *Plat. in Greg. 2.*
cum apertè in Gregorium Papam II. inuehi non poſſet, Edictũ pro- *Edictũ Leonis Imp. III. contra imagines.*
ponit, ut omnes qui ſub Imperio Rom. eſſent, ſanctorum omnium,
martyrum, & Angelorum, ſtatuas atque imagines, è templis abrade-
rent & auferrent, tollendæ (ut ipſe dicebat.) Idolatriæ cauſa: qui ue-
ro ſecus feciſſet, cum ſe pro hoſte publico habiturũ. Gregorius autem *Gregorius II.*
tantę impietati non modo non obtemperat, uerumetiam omnes Ca-
tholicos admonet, ne in tantum errorẽ timore Edicti principis ullo
modo dilabantur. Qua cohortatione adeo certè animati ſunt Italiæ
populi, ut paulum abfuerit, quin ſibi alium Imperatorem deligerent.
Quo minus aũt id fieret, authoritate ſua obſtare Gregorius annixus
eſt. Rauennæ tamen tanta ſeditio orta eſt, cum alij Imperatori, alij
Pontifici obtemperandum dicerent, ut in ipſo tumultu Paulus Exar-
chus cum filio occideretur. Et paulò poſt: Leo aũt Imperator, pha- *Sæuitia Leonis Imp. III.*
natico ſpiritu iterum incitatus, omnibus mandat, ut ſimulachra uel li-
gnea uel ænea, uel marmorea, ad ſe deferant, & delata ſtatim incen-
dit: non deferentes uerò capit & obtruncat. Germanũ Patriarcham,
id potiſsimũ improbantem, in exilium mittit, in eiusque locum Ana-
ſtaſium malè ſentientem ſufficit: quem poſtea Gregorius Synodo ha
bita priuauit, & ab officio diuino ſubmouit, niſi ad Catholicã fidem
reuerteretur. Sępius prętерea, ut ſanctiſsimũ uirum decuit, literis Im-
peratorem admonuit, ut omiſsis quorundam improborum errori-
bus, uerã tandem amplecteretur fidem, & abolere ſanctorũ imagines
deſineret: quorũ memoria & exemplari ad uirtutẽ & imitationem
excitarentur homines. Sed & ſanctorũ reliquias abijciunt hære- *Blaſphemiæ in ſanctorum reliquias.*
tici & ſchiſmatici, phrenetico certè & ſacrilego furore. Quis enim ſa-
næ aut piæ mentis, ea prophanãda eſſe dicat, nedum hoc modo con *De Cæremoniis lib. 3. c. 6.*
culcanda, quæ Deus tantopere ſemper honoranda eſſe, multis etiam
æditis miraculis, demonſtrauit: ut alibi multis docuimus exemplis. *Furor noſtri temporis hæreticorum contra imagines.*
Hos omnes, hæretici & ſchiſmatici hac noſtra tempeſtate imitantes:
cruces, imagines, et reliquias, non ſolũ ex Eccleſijs eijciunt, & in rure
poſitas demoliuntur, ſed etiam uenerabilem crucem lapidant. Quod

olim Seuerus, & qui illi adhæſerunt hæretici fecerunt: Vt Epiphanius Epiſcopus Tyri in Epiſtola ad Quintam Synodum ſcripta teſtatur. Alias aũt imagines cuſpidibus transfigunt, oculos illis effodiunt, & manus & pedes amputant, capita funibus ligant, uirgis cædunt, per uicos ciuitatum trahunt. Deniq; ſi quid his ipſis etiam magis ridiculum incidit, in eas exercent: eaq; omnia tanto cum furore, ut immanes beluas, non homines, qui hoc faciunt, eſſe dicas.

Quinta Syno. act.1.

De ſacrilegijs hæreticorum, Caput III.

BLaſphemiam in Deum & ſanctos eius cõmitantur plerunq; omnis generis ſacrilegia. Sacrilegia autem in perſonas cõmittuntur, & in res: In perſonas, ut raptus ſacrarũ uirginum, miniſtrorũ Eccleſiæ expulſiones: In res, ut Eccleſiarũ & monaſteriorũ deprædationes, incendia & deuaſtationes, & quæ ſunt generis eiuſdem.

Magnifica & multa templa a Conſtantino extructa.

Conſtantinus Magnus, inter Imperatores qui Chriſti fidem profeſsi ſunt, poſt duos Philippos primus, peracto Concilio Nicæno, Romæ, Conſtantinopoli, & in multis alijs ciuitatibus Romani Imperij, magnifica & planè regia templa & Baſilicas, maximis ſumptibus in honorem Dei & ſanctorũ conſtrui, ac magnis dotibus ornari curauit. Quo ſanè exemplo alij quoq; principes & Reges Chriſtiani, ſequentibus temporibus, & ipſi in toto orbe terrarum magnificentiſsima templa ædificantes, pium Deo & Sanctis eius cultum & honorem exhibuerunt: dignã ob id mercedem apud Deum cõmeriti, & immortalem apud homines pietatis ſuæ memoriam & exemplum relinquentes.

Hæreticorũ in templa impietas.

At quæ tanto zelo & feruore fidei, in honorẽ Dei & ſanctorum orthodoxi conſtruunt: hæc rurſus hæretici, & Deo & ſanctis debitũ cultum & honorẽ inuidẽtes, & benefactorum memoriã & exempla extinguere conantes, perfida mente, & rabido furore deſtruunt.

Trip. lib. 7. c. 38. & 40. Ruffinus 11. lib. c. 3. Trip. lib. 7. cap. 40. Niceph. in Eccle. hiſt.

Lucius Arrianus Epiſcopus, præter cædes, tormẽta, exilia, ſuſpendia, incendia, innumeras crudelitates, quas in Catholicos exercuit, monaſteria etiam & heremum monachorũ deuaſtauit. Magnus quidam, Lucij impietatis ſocius, Iuliani temporibus Berythorũ Eccleſiam incendit, quam deinde temporibus Iouiani, Catholici principis, reparare coactus eſt: qui et propter huiuſmodi ſacrilegium caput amiſiſſet, niſi interceſsione multorum, clementiã principis obtinuiſſet. Seuerus primum monachus in monaſterio ſchiſmaticorũ iuxta Maiuma Gaze, Deinde ab Anaſtaſio principe hæretico, Epiſcopus Antiochenus conſtitutus: præter multas cædes & iniurias quibus orthodoxos affecit, altaria etiã ſubuertit, & ſacra orthodoxorũ uaſa ſacrilegus conflauit.

Vandalorũ in Aphrica ſęuitia eorumq; ſacrilegia.

Vandali in Aphrica, Arriana hæreſi & Anabaptiſmatis labe polluti, furioſa rabie non ſolum in orthodoxos ſęuierunt, uarijs eos tormentis, exilijs,

cædibus,

cædibus, alijsq́ crudelitatibus perſequentes uerum etiã omnium ſceleratiſsime in Eccleſias & Baſilicas debacchati ſunt. De quibus ita ſcribit Victor. Inuenientes igitur, inquit, pacatam quietamq́ prouinciam, ſpecioſitatẽ totius terræ, florẽtis quaqua uerſum, impietatis agminibus impendebãt, deuaſtando depopulabantur, incendio atq; homicidijs totã exterminantes: præſertim in Eccleſijs, Baſilicis, Cœmiterijs, & monaſterijs, ſceleratius ſæuiebant. Et cum maioribus incendijs domus orationis, magis quàm urbes cunctaq́ oppida concremarent, ubi forte uenerabilis aulæ clauſas repererunt portas, certatim ictibus dextralium aditum reſerabant, ut rectè tunc diceretur. Quaſi in ſylua lignorũ ſecuribus conſciderei ianuas eius in idipſum: in ſecuri & aſcia deiecerunt ea: incenderunt igni ſanctuariũ tuum, & in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Quanti tunc ab eis præclari Põtifices, & nobiles ſacerdotes, diuerſis pœnarũ generibus extincti ſunt, ut traderẽt, ſi quid auri uel argenti proprium, uel Eccleſiaſticum haberẽt: & dum hæc quæ erant, urgentibus pœnis facilius proderentur, iterũ crudelibus tormentis oblatores urgebant, autumantes, quandã partem, non totum eſſe oblatũ: & quãto plus dederunt, tanto amplius quem habere credebant, alijs palorum uectibus ora reſerantes, fœtidum cœnũ ob confeſsionem pecuniæ ingerebãt. Nonnullos in frontibus & tibijs, neruis remugientibus torquendo cruciabant, plærisq; aquã marinam, alijs acetum, amurcam, liquamenq́, & alia multa atq; crudelia, tanq; utribus imbutis, ori impoſitis, ſine miſericordia porrigebant. Iidem Arriani & Anabaptiſtæ Vandali, non minus ſacrilegium in ſacras ueſtes, libros ſacros, aliaq́ miniſteria diuina, & miniſtros iam ſacra facientes exercuerunt: De quibus Victor in hunc modũ. Accenditur propter hæc aduerſus Dei Eccleſiã Gyſericus, mittit Proculum quendam, in prouinciam Zeugitanam, qui coartaret ad tradendum miniſteria diuina, uel libros cunctos, Domini ſacerdotes, ut primo armis nudaret, & ita facilius inermes hoſtis callidus captiuaſſet. Quibus ſe non poſſe tradere clamantibus, ipſe rapaci manu cuncta depopulabatur, atq; de pallijs altaris (proh nefas) & camiſias ſibi & fœmoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, fruſtratim ſibi comedẽs linguam, in breui turpiſsima conſumptus eſt morte. Tunc enim ſanctus Valerianus, Abenſis ciuitatis Epiſcopus, dum uiriliter Sacramenta diuina ne traderet, dimicaſſet, foras ciuitatẽ ſingularis iuſſus eſt pelli: & ita præceptũ, ut nullus eum neq; in domo neq; in agro dimitteret habitare. Qui in ſtrata publica multo tẽpore nudo iacuit ſub aẽre, annorũ erat plus 80. quẽ nos tunc indigni tali exilio meruimus ſalutare. Quodã tẽpore paſchalis ſolẽnitas agebatur, & dum in quodã loco, qui regia uocitatur, ob diẽ paſchalis honoris, noſtri ſibimet clauſam Eccleſiam reſerarent, cõpererunt Arriani, ſtatim quidam presbyter

Lib. 1. de perſecutione Vandalorum.

Incendia & effractiones templorum.

Pſal. 73.

Crudelitas in ſacerdotes, ad extorquendũ ab eis aurum templorum.

Alij Genſericum uocant, primum in Aphrica Vandalorũ Regẽ.

Crudelitas in Valerianum Epiſcopum.

Crudelitas in Eccleſia, in feſto paſchatis.

corum Andiot nomine, congregata ſecum armatorum manu, ad expugnandam turbã accenditur innocentum, introëunt euaginatis ſphatis, arma corripiũt, alij quoq; tecta conſcendũt, & per feneſtras Eccleſiæ ſagittas ſpargunt. Et tunc fortè canente populo Dei, lector unus pulpito ſiſtens Alleluiaticum melos canebat, quo tẽpore ſagitta in gutture iaculatus, cadente de manibus codice, mortuus pòſt cecidit ipſe. Nam & alij quamplurimi, ſagittis & iaculis, in medio crepidinis altaris, probantur occiſi. Nam qui gladijs tunc interempti non ſunt, poſtea pœnis attriti, regio iuſſu omnes penè necati ſunt, præſertim maturioris ætatis.

Sacrilegia Ioannis Ziſcha in Bohemia.

Poſſem & hoc loco enumerare uaria ſacrilegia Huſsitarũ in Bohemia, maximè uerò quibus incendijs & ſacrilegijs, rapinis, monoculus eorũ, & ad poſtremũ etiam cæcus, Ioãnes quidam Ziſcha, conſilio ſacerdotũ hæreticorum, Eccleſias & monaſteria nobiliſsima, ferro & igni deuaſtauerit: præcipuè uerò quæ in honorem ſanctorũ ædificata & conſecrata fuerunt, neq; enim fas dicebant, alteri quàm Deo templa ſacrari: ut hæc hiſtoriæ eius temporis, & ruinæ, & reliquiæ ſacrorũ ædificiorum, uel hodie uniuſcuiuſq; conſpectui obuia demonſtrant.

Aeneas Syluius in hiſt. Bohem. cap. 36. & 42.

Quin illud etiã crudelitatis addidit ille cæcus, ut nullam amplius ſanctorum ſtatuã aut picturã, in Eccleſijs toleraret: Ipſe etiã laicus ſacerdotalibus ueſtibus indutus, per ludibrium diuina faceret.

Sacrilegia hæret nostri temporis.

Eodem furore hæretici noſtri temporis, per uniuerſam propè Germaniã, in Eccleſias & monaſteria ſæuientes: primũ quidem calices, ueſtes, uaſa, aliaſq; res ſacras ex ipſis diripuerũt. Vaſa quidem conflantes, eaq; in prophanũ uſum, uel monetarum uel poculorũ conuertentes: ueſtes aũt uiliſsimis etiam ſcortis uendentes, donantesue: ſtatuas & imagines ſanctorũ demoliti ſunt. Sacerdotes iam diuinis miniſterijs intentos, de Eccleſijs: Monachos & Virgines ſanctimoniales de monaſterijs, deturbarunt: ſacrã Euchariſtiam ex capſulis hum m proiecerunt, & pedibus conculcarunt.

Furor ſacrilegus in templa & monaſteria.

l. 2. C. de off. præf. prætor. Aphri.

Deniq; Eccleſias ipſas & monaſteria, maximis ſumptibus à Chriſtianiſsimis Imperatoribus, alijsq; Chriſti fidelibus magnificè ædificata & ornata, deiecerunt & combuſſerunt: Quædã etiam ſtabula pecudum fecerunt, quemadmodũ à Vandalis in Aphrica factum eſſe Iuſtinianus Imperator teſtatur: ut & hodie multa huiuſmodi crudelitatum ueſtigia, ac recentes adhuc Eccleſiarũ ruinæ paſsim in Germania conſpiciuntur.

Sacrilegæ direptiones librorum.

Sed & libros ſacros, & nobiliſsimas Bibliothecas, & in iiſdem uetuſtiſsimos in omni genere diſciplinarum ſcriptos libros, deſtruxerunt, & in alienum uſum conuerterunt: quorũ autem nullus uſus ipſis eſſe potuit, combuſſerunt.

De

De ſacrilegijs, quæ ab hæreticis & ſchiſmaticis, in miniſtros Eccleſiæ, [illegible] & miniſteria diuini cultus, perpetrantur, Cap. IIII.

SVmmus inter homines honor & reuerentia Epi-
ſcopis & ſacerdotibus etiã diuina lege debetur. Dijs
non detrahes (inquit lex Moyſi) & principi populi Exod. 22.
tui non maledices. Quo loco ſacerdotes intelligit, Sacerdotes Dij & Angeli
Deos eos appellans. Sicut & ad Moyſen de eo, qui dicuntur in
ad iuramentũ deducẽdus eſt, dicitur: Applica illũ ad ſcripturis.
deos, id eſt, ad ſacerdotes. Alias etiã angeli uocant. Labia ſacerdotis Malach. 2.
(inquit Propheta) cuſtodiunt ſcientiã & legem requirent ex ore eius,
quia angelus Domini exercituũ eſt. Neq; uero bonis tantum, ſed
etiã malis ſacerdotibus, modo ab Eccleſia abſciſsi non ſunt, hunc ho-
norem exhibere tenemur. Sic Paulus Apoſtolus, principem ſacerdo- Act. 23.
tum, quem antea dealbatũ parietem appellauerat, quia ſacerdotem
ipſum eſſe ignorauerat poſtea ab aſtantibus correptus, quod ſacer-
doti Dei malediceret, etſi malum: tamen non negauit eſſe honoran-
dum. Neſciebã, inquit, fratres quia princeps eſt ſacerdotũ: Scriptum
eſt enim Principẽ populi tui non maledices. Ac talem quidem ho- Exemplã Im
norem & reuerentiã, olim totius etiam orbis Monarchæ, Catholici peratorum de
Imperatores Romani, Epiſcopis & ſacerdotibus exhibuerunt: dignũ honore & re
eſſe rati, ut eos uenerarentur, quos Deus nunc angelos nunc Deos uerentia Epi-
appellat: & Apoſtoli etiam quantumlibet malos honorauerunt. ſcopis exhi-bita.
Eccleſiaſtica hiſtoria narrat, Conſtantinum Imperatorem, cum Epi- Zozomenus in
ſcoporum accuſationes in Niceno Cõcilio oblatæ fuiſſent, eis qui ac- Trip. lib 2. c. 2.
cuſati fuerãt, conuocatis dixiſſe. Ite & inter uos cauſas ueſtras diſpo- Ruffinus lib.
nite: quia dignũ non eſt, ut nos iudicemus deos: ſed ille ſolus, de quo 10. c. 2.
ſcriptũ eſt. Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio aũt deos diſ- Pſal. 81.
cernit. Et Valentinianus Imperator, mortuo Mediolani Auxen Trip lib. 7. c. 8.
tio Arriano Epiſcopo, euocatis Epiſcopis, ad hunc modum locutus Theod lib. 4. cap. 7.
eſt: Noſtis apertè eruditi utiq; diuinis eloquijs, qualem oporteat eſſe c. Valentinia-
Pontificem, & quod deceat eum non uerbo ſolum, ſed etiam uita gu nus. 63. diſt.
bernare ſubiectos: & totius ſemetipſum imitatorẽ uirtutis oſtendere,
teſtemq; doctrinæ conuerſatiõnẽ habere. Talem itaq; in Pontifica-
li conſtituite ſede, cui & nos, qui gubernamus Imperium, ſyncere ca-
pita noſtra ſubmittamus, & eius monita (dum tanq̃ homines deli-
querimus) neceſſariò, ueluti curãtis medicamenta, ſuſcipiamus. Sed
& ab iniurijs ſacerdotũ abſtinere iubemur, ſicut ſcriptum eſt. Nolite Pſal. 104.
tangere Chriſtos meos, et in Prophetis meis nolite malignari. Item, Zach. 2.
Qui enim tetigerit uos, tanget pupillã oculi mei. Itẽ, Qui uos audit, Luc. 10.
me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit
eũ qui miſit me. Qua ratione & Euariſtus, Marcellus, Euſebius, alijq;
ſanctiſsimi Pontifices ſanxerunt, ne Epiſcopi & ſacerdotes à Laicis
accuſent. Quoniã iniuria quæ fit ſacerdotib. Chriſto inferri intelligit, 2. Cor. 5.

cuius

cuius ipſi legatione in terris funguntur. At hæretici & ſchiſmatici, Epiſcopos & ſacerdotes, aliosq́ Eccleſiæ miniſtros Catholicos, non ſolum debito honore & reuerentia fruſtrantur, ſed etiam atrociſsimis iniurijs perſequũtur: ex Eccleſijs eos eijcientes, ac debitis alimentis ſpoliatos in exilium etiam agentes, ut paulò ante multis exemplis demonſtratũ eſt. Sed & ſacra miniſteria diuini cultus abijciunt, & ex Eccleſijs ſpeluncas latronũ faciunt: ementes in ipſis & uendentes, aliaq́ prophana negocia exercentes. Sic Genſericus Rex Vandalorum Arrianorum, poſt multas crudelitates, quas in Catholicos ſacerdotes exercuit in Aphrica, Eccleſiã Carthagini claudi præcepit, diſsipatis atq́ diſperſis per diuerſa exiliorum loca, presbyteris & miniſtris. Sed & uiginti quatuor annos eadem Eccleſia Epiſcopo deſtituta fuit, & in eam deſolationem cultus diuinus à tyranno hæretico redactus fuit, ut maximus numerus iuuenum fuerit, qui nullùm unquam Epiſcopum in throno ſedentem, raro ſacerdotes ſacra peragere uiderint. Genſerico mortuo, filius Hunericus, ei in regno ſuccedens, crudelitatem non minus ſacrilegam in miniſtros Eccleſiæ & cultum diuinum exercuit. Siquidem ipſe quoq́ Epiſcop:s Carthagine poſitis, una die diuerſas uniuerſæ Aphricæ Eccleſias clauſit, uniuerſamq́ ſubſtantiam Epiſcoporum & Eccleſiarum, ſuis Epiſcopis donauit. Sic ſuperiore ſęculo Huſsitę in Bohemia, deiectis & combuſtis per totum ferè regnum Eccleſijs, & abiecto diuino cultu, ab Apoſtolis uſq́ ad ea tempora cuſtodito, nouos ritus excogitarunt. Inter cętera & cõmunionem ſub utraq́ ſpecie inſtituentes, ob quam rem triginta circiter millia hominũ conuenerunt, & trecentas in patentibus campis menſas xi. erexerũt, ex quibus populo Sacramentum calicis miniſtrarunt, teſtis Aeneas Syluius. Idem noſtra ætate uidemus, nempe deiectas & deuaſtatas Eccleſias et monaſteria: eiectas ex Eccleſijs ſtatuas et imagines ſanctorũ, deſtructa altaria, deuaſtata & prophanata circa ambitum Eccleſiarum cœmiteria, abiecta & abolita Sacramenta, & eorundem cæremonias, ritus orationum, cantus Eccleſiaſtici, ieiuniorum, feſtiuitatũ, & multa alia his ſimilia. In primis aũt (quod eſt omnium maximè ſtupendum) eiectum ex innumeris Germaniæ Eccleſijs Miſſæ ſacrificium: & ita ut iam numeroſę in Germania multitudines ſint eorũ, qui nullam unquam Miſſam, nec ullas Eccleſiæ cæremonias, & hæc ab Apoſtolis ipſis uſq́ ad hęc noſtra tempora in Eccleſia cuſtodita ſunt, neq; uiderint neq; audiuerint: ut impletum iam uideri poſsit, quod Propheta uaticinatus eſt. Non enim eſt in tempore hoc princeps & dux & Propheta: neq; holocauſtum, neq́ ſacrificium, neq́ oblatio, neq́ incenſum, neq; locus primitiarum coram te, ut poſsimus inuenire miſericordiam tuam. Item, Et tulit ab eo iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis eius. Robur autem datum eſt ei contra iuge ſacrificium propter peccata,

Marginal notes: Crudelitas Genſeric in presbyteros. — Violentia Hunerici Regis in Epiſcopos. — Vis & furor Huſsitarum in Bohemia. — c. 36. Bohemi. hiſt. — Violentia hęret. huius temporis. — [illegible] nda de[illegible] Eccleſiarum. — Daniel. 3. — Daniel. 8.

tata, & proſternetur ueritas in terra. Item, Et brachia ex eo ſtabunt, & polluent ſanctuariũ fortitudinis, & auferẽt iuge ſacrificium.

De ſacrilegijs, quæ ab hæreticis & ſchiſmaticis, in abolendis pijs fundationibus, & rapiendis prouentibus Eccleſiaſticis, committuntur, Caput V.

Eiuſdem ferè generis eſt ſacrilegium, quod hæretici in abolendis pijs fundationibus, & rapiendis Eccleſiaſticis bonis & prouentibus, contra ius Eccleſiaſticum & ciuile exercent. Vtroq; ſiquidem iure pie ſancitum eſt, ne piæ fundationes & ultimæ uoluntates Chriſti fidelium, in Eccleſias & monaſteria collatæ, aliaq; iura Eccleſiæ, à quoquàm immutentur, ſed illæſæ cuſtodiantur. Ea enim quæ ad Eccleſiæ iura pertinẽt, tanquam ipſam Sacroſanctam Eccleſiã, & religioſe intacta conuenit uenerabiliter cuſtodiri. Et ſicut ipſa religionis & fidei mater perpetua eſt, ita & eius patrimonium iugiter ſeruetur illæſum (ut inquiunt Leo & Anthemius Imperatores) maxime immobilia bona, quæ ab Imperatoribus in Eccleſias quocunq; titulo collata ſunt. Quæ ita apud eaſdem conſeruari debẽt, ut neq; Epiſcopis neq; alijs quibuſcunq;, ex cauſis quibuſcũq; alienari, uendi, pignori dari, permutari aut omnino alienari poſsint: & ne in alias quidem uenerabiles domus trãsferri poſſint. Eiuſdem iuris ſunt bona, quæ in Eccleſiam ea lege conferuntur, ne alienentur. Similiter annui redditus, qui Eccleſijs in ultimis uoluntatibus relinquũtur, ſi in ipſa aut uicina prouincia fuerint, qui hoc dare iuſsi ſunt: aut locus, ex quo iuſſum eſt præberi. Sed & perſonæ quædam ſunt, in quas bona Eccleſiaſtica, etiã aliàs alienari non prohibita, nequaq; trãsferri poſſunt. Cuiuſmodi ſunt: œconomi Eccleſiarũ, & eorum agnati, hæretici, & ſimiles: ac de hæreticis ſpecialiter ita conſtituit Iuſtinianus Imperator. Iubemus autem nullum hæreticum, neq; per cõductionem, neq; per Emphyteoſim, neq; per emptionem, aut alio quolibet modo, res immobiles accipere, à qualibet ſancta Eccleſia, aut alio uenerabili loco. Si quid uerò hæreticus pro tali cauſa præbuerit, amittat: huiuſmodi uerò res uenerabili loco, à quo etiam datæ ſunt uendicentur. Rector etiã domus, qui ipſas res dedit hæretico, ab omni gubernatione remoueatur, & in monaſterio recludatur, & uno anno à ſancta cõmunione ſegregetur, cum hæreticis prodiderit Chriſtianos. Si aũt orthodoxus poſſeſsionem habens, in qua eſt ſancta Eccleſia, alienauerit: aut reliquerit, aut per Emphyteoſim, aut per conductionẽ, aut quamlibet gubernationem hanc dedit Iudæo aut Samaritano, aut Arriano, aut alij hæretico, ſancta Eccleſia eiuſdem uice, huiuſmodi uendicet proprietatẽ alienationis. Si quis aũt hæreticorum (in quibus & connumeramus Neſtorianos

c. admonere.
c. conſyderatio 16. q. 1. l. 2. l. illud. C. de ſacroſanct. eccle. l nulli. l. ſi captiui. l ſi quis ad declinandã. l id quod pauperib. C. de. Epi. & cler.

In Aut. de aliena. et emph. § ſanctiſs.

In Aut. de eccle. tit. §. ſi unus annale legatum. col. 9.
In aut. de alie. & emph. §. œcon. col. 9.

Egregia lex Iuſtiniani.
In Aut. de eccl. tit. §. Iubemus aũt. c. Si de reb. 23. q. 7.

rianos & Acephalos, & Eutichianiſtas) præſumpſerit, ſpeluncam ſuæ incredulitatis ædificare, aut Iudæi nouam ſynagogam conſtituere, locorum ſanctæ Eccleſiæ ædificia ſuæ proprietati defendat.

Si uerò per Emphyteoſim, aut conductionem, aut etiã per quancunq; aliam gubernationem, dedit poſſeſsionem huiuſmodi perſonæ, ſi quidẽ ſciebat Dominus poſſeſsionis eius, quia hæretico hanc commiſit, omnes redditus illius temporis, quod in contractum tranſijt, Eccleſię ciuitatis, ſub qua poſſeſsio conſtituta eſt, uendicari: Si uerò ignorabat dominus poſſeſsionis, quia hæreticus erat, cui hæc commiſſa eſt, ipſum quidem dominum propter ignorantiã indemnem ſeruari: Hæreticum uerò in utroq; caſu expelli de poſſeſsionibus, & eius ſubſtantiã applicari fiſco. Contra hæc & alia ſanctiſsimarum legum, tam Canonicarũ quàm ciuilium conſtituta, omnium maximè hæretici & ſchiſmatici ſemper inſurrexerunt, pias Imperatorum aliorumq; Chriſti fideliũ fundationes ſubuertentes: & Eccleſiarum bona & redditus, in ſe & alios eorundem bonorũ minimè capaces: emendo, uendendo, permutando, omnium aũt maximè rapiendo, alijsq; nepharijs & ſacrilegis titulis transferentes. Ad quem modum Arriani & Anabaptiſtæ, Vandalorũ Regibus, Aphricam per tyrannidem occupantibus, bona Eccleſiarũ diſtraxerũt: eaq; partim in ſacrilegum eorũ fiſcum intulerunt, partim impijs & ſacrilegis eorum ſacerdotibus donarunt. Sic in Bohemia hæretici & ſchiſmatici, omnes ferè Eccleſias & monaſteria, bonis & redditibus, quibus magnificentiſsimè dotatæ fuerunt, deſtituerunt: & ipſa partim inter ſe diſtribuentes, partim in alios etiam uſus uarijs contractibus transferentes: ſed quorum contractuũ & alienationum nulla unq; confirmatio aut inſcriptio (ut in contractibus aliarũ rerum fieri ſolet) apud Iudicium, quam Regni tabulam uocant, facta eſt: Quod argumento eſt, huiuſmodi alienationes & deſtructiones non alio nomine, quàm quia pro ſacrilegis habitæ fuerunt, non fuiſſe corroboratas.

Sacrilegæ rapinæ bonorũ Eccleſiaſticorum.

Victor lib. 3. de perſeq. Van.

Inualidæ rerũ uenditiones ab Huſsitis et Taboritis factæ in Bohemia.

Noſtris temporibus hęretici & ſchiſmatici multas fundationes Chriſtianiſsimorũ principum, aliorumq; Chriſti fidelium ita extinxerũt, ut nõ ſolum bona Eccleſiaſtica ipſi uſurpent, & in impios & prophanos uſus conuertant: ſed nec memoriã etiam fundatorũ, qui in Chriſto defuncti ſunt, peragi: aut pro ipſorum animabus orari (quod eis pro Chriſtiana charitate in primis debetur, & ipſi etiam, ut ita fieret, ultima uoluntate cauerunt) patiantur. Atq; his peiores ſunt quidam Eccleſiarum & monaſteriorum prælati, qui renunciantes & Catholicæ fidei, & iuribus Eccleſiarum ſuarum, aliqua pro uictu ſuo accepta portiuncula: quicquid fuit reliquum, in prædam impiorum dederunt.

Sacræ fundationes hoc tẽpore ab hæret. extinctæ.

Prælati in rapinã fundationum conſentientes.

De

De calumnijs hæreticorum, & ſchiſmaticorum, Caput VI.

Dictum eſt de blaſphemijs & ſacrilegijs ſchiſmaticorum & hæreticorum, quæ ad Deum & ſanctos eius referũtur: ſuper eſt, ut de eorundem calumnijs & crudelitatibus dicamus, quas in Catholicos homines exercent. Quæ quidem mala, inter ea, quæ homini accidere poſſunt, extrema ſunt. Siquidem calumnia innocentum fortunis, exiſtimationi, & uitæ, per dolos & fraudes inſidiatur: crudelitas aũt, hęc ipſa per uim explicat. Vtraq; hęc aũt ita inter ſe coniuncta ſunt, ut rarò unum ſine altero inueniatur. Quæ & ſcriptura ſæpe coniungit: & quoties calumniæ meminit, ſimul illi etiam adiungit uiolentiã, ut in Eccleſiaſte. Verti me ad alia, & uidi calumnias, quæ ſub cœlo geruntur, & lachrymas innocentum, & neminem conſolatorem, nec poſſe reſiſtere corũ uiolentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos. Item, Si uideris calumnias egenorum, & uiolenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris ſuper hoc negocio: Item apud Hieremiam. Facite iudicium & iuſtitiam, liberate ui oppreſſum de manu calumniatorũ. Eſt aũt calumnia, qua crimina falſa ſcienter innocentibus intenduntur. Crudelitas, qua per uiolentiam opprimuntur. Porrò calumnia miniſtris utitur, curioſitate & detrectatione. Curioſitas, ſtudium eſt cognoſcendi aliena mala, Morbus (ut inquit Plutarchus) neq; ab inuidentia purus, neq; ab improbitate. Vnde & de malis aliorum gaudent curioſi, & ex omnibus decerpentes, quæ ſunt peſsima, & bona omnia faſtidientes. Detrectatio, ſtudium eſt maledicendi. Quæ igitur curioſus inueſtigauit, ea obtrectator effert foras, & quàm latiſsimè diuulgat. Talis apud Athenienſes fuit Hyperbolus Perithœdes, qui colligens ea quę in aliorum infamiam dicebantur: ea Comicis ſuggerebat, qui audaciſsimè eo tempore aliorum uitã & mores increpabant, author Thucidides & Plutarchus. Tales etiã apud Conſtantium fuerunt Paulus & Mercurius, ut ſcribit Ammianus Marcellinus. Quorũ illi Cathenà inditum eſt cognomentum, eò quòd in complicandis calumniarum nexibus eſſet indiſſolubilis, tetra uenena ferens, uarieq; diſpergens: hic uerò ſolenniorũ appellatus eſt comes, quod ſpecie familiaritatis, conuiuijs, cœtibusq; ſe immiſcens: etiã quæ amicus amico per quietem & ſomnium uidiſſe ſe narraſſet, peiorem in partem deferret. Quamobrem ab illius congreſſu uſq; adeo abhorruerunt homines, ut neq; dormiſſe ſe, neq; quæ in ſomno uidiſſent, quiſquam prodere auſus fuerit. Quin etiã docti aliqui, deplorarẽt ſortem ſuã, quod non apud Athlanteos nati eſſent, ubi ſcilicet memorantur ſomnia non uideri. Quem igitur calumnia perditum cupit, huius primum

Calumnia & crudelitas fere ſemper coniunguntur.

Eccle. 3. & 4.

Hiere. 22.

Quid calumnia.

Quid curioſitas.

Quid detrectatio, aut potius detractio

Hyperbolus detractor.

Thucid. lib. 7.

Plutarch in Alcibiad.

Lib. 15.

Studium calumniatoris.

omnia ſcrutatur ſecretiſsima per curioſum, bona omnia celans: Cætera omnia, detorta narratione in peſsimã partem deferens. Deinde ea omnia per detractorem in uulgus ſpargit, & innocenti non ſolum infamiæ notam inurit, ſed ſæpe etiã in ſummum eum uitæ periculum adducit. Fit aũt calumnia dupliciter, In iudicio per accuſationem: & extra iudicium, per quamcunque denunciationem & inſimulationem: per ſe uel per alios. Ad primũ genus pertinent duæ calumniæ, quas Arriani Beato Athanaſio in Cõcilio apud Tyrum intentarunt. Hiſtoriam ſic narrat Ruffinus. Primo introducitur accuſatio mulieris cuiuſdam, quæ ſe diceret aliquando hoſpitio Athanaſium ſuſcepiſſe, & ab eo noctu nihil ſuſpicantem uim corruptionis eſſe perpeſſam. Introduci ad hęc iubetur Athanaſius: Ingreditur cum Timotheo presbytero ſuo, cumque monet, ut poſteaquam mulier dicendi finem feciſſet, ſe tacente, ad ea quæ dixiſſet reſponderet. Cumque mulier ea quæ edocta fuerat peroraſſet, Timotheus conuerſus ad eam, Vere, inquit, mulier ego manſi apud te aliquando, aut uim tibi ut aſſeris feci? Tunc illa (ut mulierum ſe talium procacitas habet) obiurgãs Timotheum. Tu tu, inquit, uim mihi feciſti, tu in illo loco conmaculaſti caſtitatẽ meam: Simul & conuerſa ad iudices, obteſtari fidem Dei cœpit, uera ſe dicere. Tum omnes ridiculoſus pudor habere cœpit, quòd tam facile, tacente eo, fictio compoſiti criminis patuiſſet. Nec tamen permiſsi ſunt Iudices, habere de muliere quęſtionem, unde hæc, uel per quos, aut quomodo fuiſſet aptata calumnia, quoniam iudicandi libertas penes accuſatores erat. Hinc tranſitur ad aliud crimen. Profertur facinus ſæculis inauditũ. Hoc eſt, inquiunt, ubi nemo poſsit uerborũ præſtigijs decipi, res oculis agitur, uerbis ceſſantibus: Brachium hoc te, aiunt, Athanaſi accuſat exciſum. Hæc eſt Arſenij dextera, quam tu quomodo, uel ad quos uſus excideris, indicato, Tum ille, Quis enim, inquit, ueſtrũ Arſenium nouerat, ut hanc ipſius dexterã cognoſcatis? Exurrexerũt aliquanti, qui ſe dixerunt optimè ſciſſe Arſenium, in quibus nõnulli erant abſque conſcientia factionis. Orat dehinc à Iudicibus Athanaſius, ut hominẽ ſuum, quem in negocium depoſceret, iubeant introduci. Cumque introductus eſſet Arſenius, eleuato eius uultu Athanaſius, Concilio & Iudicibus ait: Hic eſt Arſenius, & eleuans eius nihilominus dexterã. Hęc eſt, inquit, etiã dextera eius, hæc eſt & ſiniſtra. Hæc aũt quam iſti offerunt manus unde ſit, uos requirite. Tunc uelut nox quædam & tenebræ accuſatorum oculis infuſæ, quid agerent, quo ſe uerterent, neſciebãt. Ipſum etenim eſſe Arſenium, teſtes qui paulo ante ſcire ſe dixerant, confirmabant. Verum quia non iudicandi, ſed opprimendi hominis cauſa Concilium gerebatur, fragor omnium repente attollitur: magum eſſe Athanaſium, & decipere intuentium oculos conclamatur: nec debere ullo modo ultra talem hominẽ uiuere, factoque impetu

Dupliciter fit calumnia.

Calumnia in S. Athanaſii per mulierem. Lib. 10. ca. 17.

Alia calumnia, de interfecto Arſenio.

Cõfuſi calumniatores.

impetu ſuis eum diſcerpere manibus parant. Sed Archelaus, qui cum cæteris ex præcepto Imperatoris Concilio præſidebat, ereptum eum de diſcerpentium manibus, per occultos exitus eduxit, ac fugæ (qua ſolum poſſet) ſalutem monuit cõmendare. Concilium tamen rurſus conueniens, tanquam ſi nihil omnino depræhenſum fuiſſet, ut confeſſum de intentatis criminibus Athanaſium condemnat. Et geſta in hunc modum ficta, per orbem terræ mittentes, ad ſceleris ſui conſenſum, Imperatore cogente, cæteros Epiſcopos perpulerunt. His haud abſimilis eſt calumnia, quam ijdem Arriani in Euſtachium Epiſcopum ſtruxerunt, quam Theodcritus ad hunc modũ narrat. Mulierem proſtantem mercede conducentes, & linguã eius ſibi impendi perſuadentes, ad Concilium uenerunt. Proinde alios omnes foras ire præcipientes, miſerrimã introduxere mulierem. At illa infantulum ſub mammilla demonſtrans, aiebat, ex concubitu Euſtachij illum ſe & concepiſſe & generaſſe, eumq́ clamabat ſæpius impudentem. Is aũt, qui calumniæ eius tam manifeſtę conſcius erat, iuſsit, ut hanc rem, ſi qui ſcirent, deducerẽt ad medium. Illa uero dicente, nullum habere accuſationis teſtem, iuſiurandum ei iuſtiſsimi Iudices intulerunt, lege tamen apertè clamante, in duobus aut tribus teſtibus, credi eſſe uera cia quæ dicuntur: necnon & Apoſtolo præcipiente, ut nullus aduerſus presbyterum accuſationẽ factam, extra duos aut tres teſtes, accipiat. Sed iſti ſacras contẽnentes leges, contra talem uirum accuſationem ſine teſtimonio receperunt. Cum ergo illa mulier iuſiurandum præbuiſſet, adiecit affirmans, quod ille infans ex concubitu eſſet Euſtachij. Tunc itaq; tanquàm aduerſus adulterũ iſti amatores ueritatis protulere decretũ. Alijs quippe Pontificibus (Cum utique multi adeſſent et pro Apoſtolicis dogmatibus repugnarẽt, et omnimodis quæ fuerant concinnata neſcirent) apertè reclamantibus, & magnũ Euſtachium collaudantibus, decretumq́ illorum iniquũ ſuſcipi prohibentibus. Hoc igitur facto, uelociter huius noxę & calumniæ concinnatores, ad Imperatorẽ profecti ſunt, eiq́ perſuaſerunt, quod uera fuiſſet accuſatio, & depoſitionis Euſtachij iuſta ſententia: quem tanquàm adulterum atq; tyrannũ expelli fecerunt, exercitatorem pietatis ſciunt & caſtitatis egregium. Talem etiã calumniam Donatiſtæ olim, in Cæcilianũ Catholicum Epiſcopũ Carthaginenſem, ſtruxerunt. Cui nõ ſolum coram Conſtantino Imperatore, falſa crimina per accuſationẽ intentarunt, ſed etiam eorum detecta calumnia, & Romani Pontificis, & ipſius principis ſententia abſolutũ. Nihilominus longe poſt nouis calumnijs etiã mortuum exagitarũt, non uerentes condemnatum dicere, quem tot ſentẽtiæ, eorum etiam iudicum, quos ipſi elegerant, innocentem eſſe declarauerant: peiores diabolo, qui toties uictus non auderet in cauſa perſiſtere, ut inquit Auguſtinus. In ſecũdo genere, Arriani Athanaſium calumniati

Archelaus Præſes Concilij.

Iniquiſsimũ Concilium.

Calumnia Arrianorum in Euſtachiũ.

Theodor. lib. 1. cap. 21. & in Trip. lib. 2. cap. 24.

Deut. 19.

1. Tim. 5.

Calumniæ in Cæcilianum Epiſcopũ Carthaginenſem.

Epiſt. 167.

Calumnia, ex ra iudiciũ, ad Imp.
Trip.li.4.c.5. et cap. 9.c.24.
Trip.l.5 c.27.
Trip.l.1.c.8.
Trip.lib.4. cap.15.

ſunt, deferentes eum apud Cæſarem, & in Cõcilijs tanꝗ ſeditiones concitaret, ſacros libros incendiſſet, altare ſubuertiſſet, calicem cõfregiſſet: Item, quòd interminatus eſſet non ſe miſſurum frumenta ab Alexandria, in urbem Conſtantinopolitanã, & ſimiles. Eiuſdem generis eſt calumnia, quam Stephanus Epiſcopus Arrianus, duobus Catholicis Epiſcopis legatis Conſtantis, ad fratrem Conſtantium miſsis, concinnauit. Hiſtoria in Tripartita hoc modo narratur. Porro Stephanus tunc Antiochenus Epiſcopus, cum alijs Tyrannicis cooperatoribus, naues naufragio præparabat, cum quibus aſſertores rectorum dogmatũ uarijs nitebatur abſorbere calumnijs. Horum itaq; erat Dux quidã iuuenis, Onager nomine, licenter uiuens,

Onager flagitioſus iuuenis.

iniqua conuerſatione congaudens, qui non ſolum in plateis diuerſos uiolentia afficiebat, & fuſtibus pulſabat: ſed etiã domos impudenter inuadens, uiros & mulieres honeſtiſsimas abſtrahebat: & ne longius eius extendam flagitia, contra optimos uiros præparatã narrabo præſumptionem. Is enim Onager, ad quandam fornicariam ueniens, ait: modò ueniſſe quoſdam peregrinos, & noctu habere opus meretrice. Porrò ſumens quindecim ſeditioſos nebulones, & eos in uicino Epiſcoporũ diuerſorio circa ſeptem celans, profectus eſt cum meretrice ad ianuam ubi uiri quieſcebant. Eamq; apertã inueniens, perſuaſit uni puerorũ domeſticorum pecunia data, ut mulierem introduceret intra ianuã quam ipſe demonſtrabat, ubi quidem uterq; ſacerdotũ dormire uidebantur, eamq; intro mulierem præcepit accedere, ipſe uerò uocaturus ſocios eſt egreſſus. Cõtigerat enim alterum

Duo Epiſcopi Euphratas & Vincentius a Conſtante Imp. miſsi.

Epiſcoporũ Euphratan nomine, in loco exteriore dormire. Vincentius autem (ſic enim uocabatur alter) in interiori cubiculo quieſcebat. Cumq; intra oſtium puella ueniſſet, ſonũ pedum Euphratas ſentiens, cum eſſet obſcurum, quis ambularet interrogauit. Illa uero loquente, cõturbatus Euphratas, dæmonium putans eſſe mulieris imitatum uocem, repentè ſaluatorẽ Chriſtum ad ſuum uocauit auxilium. Onager autem dux iniquitatis huius, hoc facto, cum ſocijs eſt ingreſſus, iniquos clamans eos, & iniquitatis iudices deſtinatos. Multo clamore facto, concurrunt & ſerui, ſurrexitq; Vincentius & claudens ianuam domus, ſeptem quidem calumniatorũ compræhendere potuerũt. Onager uerò cum reliquis fugit. Detenta eſt tamen cum illis & mulier. Diluculo autem, Magiſtrum militum, qui cum illis uenerat, excitantes ad palatium proceſſerunt, & præſumptiones Stephani proclamantes, dicebant: Iam non egere iudicio neq; uerberibus iniquitates eius: Magiſter uerò militum præcipuè clamitabat, rogans ut iuberet Imperator, non ſynodicè, ſed iudicialiter potius iniquam examinari præſumptionẽ, promittens primum, ſe Epiſcoporum clericos traditurũ, & oportere etiã miniſtros Stephani ita contradi. Cum aũt ille impudenter cõtenderet, dicens: Clericos non ſubdendos

Deprahenſi calumniatores.

dendos eſſe uerberibus, placuit & Imperatori & iudicibus, ut intra Palatium cauſæ fieret examinatio. Et primū quidem interrogauerūt mulierē, quis eam ad metatum duxiſſet Epiſcoporū. Quę dixit quendam iuuenem ad ſe ueniſſe, & aduentum indicaſſe peregrinorum, & quid opus haberent, & quod ueſperè ueniens duxiſſet eam ad habitaculum quoddam: eamq́ intra ianuam domus & porticum introire præceperit. Adiecit etiam inquiſitionē Epiſcopi, & terrorē factum, & orationem eius, ſuperuenientium repentinas inuaſiones. Hæc iudices cognoſcentes, captum inter alios omnium maximè iuuenem in medium deduxerunt. Qui non expectans neceſsitatē uerberum, machinatum conſilium patefecit, & Onagrum hęc omnia perpetraſſe confeſſus eſt. Qui deductus ad medium, Stephanū dixit hæc omnia præcepiſſe. Sic itaq; Stephani cognoſcentes iniquitatē, præſentibus tunc Epiſcopis permiſerunt, ut eum damnarent, & ab Eccleſia procul expulſus eſt. Multas quoq; alias his haud abſimiles calumnias paſsi ſunt Epiſcopi & ſacerdotes, alijq́; Catholici, in Aphrica à Vandalis: & alij in alijs locis ab alijs hæreticis, ut Auguſtinus, Victor, & aliæ Eccleſiaſticæ tradunt hiſtoriæ. Iam uerò, quibus et quantis calumnijs hęretici hac noſtra tempeſtate perſequantur Catholicos, ſcripta eorū planè indicāt, quæ omnia refertiſsima ſunt conuitijs, calumnijs, & mendacijs, quæ in optimos quoſq; uiros Catholicos, impudentiſſimè confingūt. Sed & multa in hoc tantum ædunt, ut innocentium famam, apud graues uiros, confictis mendacijs traducant: eorum maximè, quos ſuſpicantur erroribus, impietati, & crudelitati eorū aduerſari. Quales ſunt innumeri libelli famoſi: alij quidem certorū & uerorum authorum titulis, alij alienis & confictis nominibus inſcripti: Alij etiam in quibus innocētiſsimis hominibus, & ab omnibus non ſolum ſceleribus, ſed etiā ſcelerum opinione alieniſsimis, nihil non criminum: ut adulteria, ſtupra, periuria, conſpirationes, & quædam his ipſis longè etiam immaniora intendunt: ipſi omnium ſceleratiſsimi, & ſpurciſsimi adulteri, ſacrilegi, ſacrarū uirginum raptores, ſtupratores, fœdifragi: & qui nec Deo nec hominibus fidem ſeruant. Vt interim non referā calumnias illas, quas ſine ſcriptis per peſsimos homines, calumniarū Architectos, in uulgus ſpargūt. Nam & ipſi Onagros ſuos habent, & Hyperbolos: nimirū ad texendas calumnias, & fingenda contra innocentes mendacia: & colligenda ea, quę in aliorum infamiam dicuntur, mirè exercitatos. Peſtilentiſsimū ſanè hominum genus, qui ſi aliud non poſſunt, ſaltē id efficere conantur, quod Modius ille Alexandri Paraſitus ſuadebat, ut uulnere ſanato, quod innocentibus infligitur, ſaltem cicatrix aliqua infamiæ relinquatur. Illud certè omnium maximè dolendum eſt, quod hęreticorū calumnijs, non tam innocentium fama & exiſtimatio læditur, quàm maximum fidei & ſanæ doctrinæ huiuſmodi calumnijs detrimentum

Fraus a muliere detecta.

Onager captus manifeſtauit calumniā Stephani Epiſcopi.

Calumniæ hęreticorum noſtri temporis.

Libelli famoſi hæret.

Calumnię nō ſcriptæ, ſed occulte in uulgus ſparſæ.

Publicum detrimentū, ex calūnijs hęret.

affertur. Siquidem Catholicorũ fama per detractiones et calumnias labefactata, plebs quoq; uerã & ſanam ipſorum doctrinã aſpernatur, & hæreticorũ falſam amplectitur. Nam ut uita bona doctrinam cõmendabilem facit: ſic prauæ uitæ opinio, ipſius doctoris nõ ſolum perſonã, ſed etiam doctrinã & uerba deſpecta reddit & abiecta, proinde recte à ſanctis patribus dictum eſt. Qui à criminibus flagitioſorum uitã ſuam cuſtodit, eum ſibi bene facere: qui autem & famã illæſam cuſtodit, cum in alios etiam miſericordem eſſe: nobis enim neceſſaria eſt uita noſtra, alijs fama noſtra. Poſtremo non omittendum eſt, quod hæretici & ſchiſmatici hunc quoq; morem habent, ut calumnias ſuas alijs calumnijs & mendacijs excuſent: tum etiã per eum defendant. Sic Euſebiani non ſolum calumniam, quam Alexandro Catholico Epiſcopo parauerant: ſed etiam miraculoſum Arrij interitum & uindictã diuinam, alijs mendacijs tegere & celare conati ſunt. Sic Arriani Epiſcopi, cum uidiſſent calumniã, quam in Athanaſium compoſuerãt, eſſe detectam, & innocentiam ſancti uiri in omnium conſpectu purgatã, aliam calumniã finxerunt, dicentes: Sanctum Epiſcopũ eſſe Magũ, & decipere intuentiũ oculos: nec debere talem hominem uiuere, quẽ & facto impetu ſuis manibus diſcerpere conati ſunt. Sic Euſtachiũ Catholicum Epiſcopũ non ſolũ calumnioſe condemnarunt, ſed etiã per aliud mendacium Imperatori ſuggeſſerunt, ueram fuiſſe accuſationẽ Euſtachij, & ipſius depoſitionis iuſtam ſententiam. Sic calumniam ſuperioribus annis, per Hiperbolen illius Pack miniſterio, in Regẽ Romanorũ Ferdinandum, & quoſdam Epiſcopos & Principes Germaniæ concinnatã, Lutherus alia calumnia defendit. Nempe literis calumnioſis, ad quendã Nurenbergenſem ſcriptis: Quæ literę, cum forte in manus, piæ memorię pijſſimi Principis & Domini Georgij Ducis Saxoniæ, incidiſſent, nõ ueritus fuit calumniã cum calumnia cumulare: & Chriſtianiſsimũ Principem, ob id tantum, quod calumnioſas literas eius accepiſſet, literarum furem appellare.

c. non ſunt 11. q. 3. — Mos hæreticorum, ſua uitia mendacijs defendere. — *Ruffi lib. 10. c. 15.* — *Trip. l. 2. c. 24* — Calũnia Ortonis Pack & Lutheri in Ducem Georgium.

De crudelitatibus hæreticorum, quas ſub prætextu iuſtitiæ in iudicio, & extra iudicium: incendijs, rapinis, carceribus, uinculis, mutilationibus membrorum, alijsq; uarijs generibus tormentorum & ſuppliciorum, in Catholicos exercent, Cap. VII.

CAlumniam hæreticorum proximè comitatur crudelitas. Hanc dupliciter exercent. Primo per ſpeciẽ & prætextum iudiciorum: quam partẽ calumniæ eſſe paulò ante demonſtrauimus. In quo genere Tyranni olim innocentes, per falſos & ſubornatos iudices, accuſatores & teſtes, condemnare conſueuerunt.

Accuſationes innocentium per ſubornatos actores & teſtes.

ſæuierunt. Cuius rei multa exempla, ſub Tyberio Nerone Gallo, & alijs Tyrannis, à Cornelio Tacito & alijs hiſtoricis, narrãtur. Talis fuit Iudæorũ in Chriſtum, talis in Stephanũ, talis in Paulum & alios Apoſtolos. In eodem genere multas crudelitates enumerare poſſem, quas hæretici in Catholicos exercuerunt. Egeſyppus apud Euſebium narrat, Traiani Imperatoris temporibus Simeonẽ, conſobrinum domini, cum iam annorũ eſſet Centum & uiginti, ab hæreticis accuſatũ, multis antea ſupplicijs affectũ, tandem in crucem actum. Sic Beatus Athanaſius, quoties ab Arrianis Epiſcopis, ijſdem falſis iudicibus et accuſatoribus, iniuſtiſsimis ſententijs condemnatus eſt: Sic Imperator Anaſtaſius hæreticus, contra Macedoniũ Epiſcopum Catholicum, quia Chalcedonenſem Synodũ condemnare noluerat, duos quoſdã nebulones inſtruxit, qui eum accuſarent, quaſi puerorum amatorem, pariter & hæreticum, ut ſcribit Nicephorus. Simili modo Cyrillum, Ioannẽ Chryſoſtomũ, & cum eo Serapionem, Tygrium, & Paulum, & cõplures alios Epiſcopos, hæretici accuſarunt, damnarũt, & in exilium etiã egerunt. Quin omnia prope Concilia etiã ita celebrarunt, ut ea non à negotijs fidei & religionis, ſed à falſis accuſationibus exordirentur. Ad idem genus pertinere uidetur, quod leges, quæ ad coërcendam hæreticorũ impietatem latæ ſunt, ipſi inuertunt, & contra Catholicos exequuntur. Sic leges in hæreticos latas, ne Eccleſias habeant, ne conuentus agant, ne bona Eccleſiaſtica poſsideant: ne Epiſcopos conſecrent, ne ſacerdotes ordinent, ne teſtamẽta ordinare, aut ex quibuslibet ſucceſsionibus aut liberalitatibus capere eis liceat, ne publicis officijs præficiantur: & qui has leges non cuſtodiunt, iuſtis pœnis plectãtur, & ſi quæ ſunt ſimiles, de quibus abunde infra diſſeremus. Has, inquam, leges olim Vandali & Donatiſtæ in Aphrica omnes inuerterunt, & aduerſus Catholicos executi ſunt, ut Victor tradit. Hos noſtri quoq; temporis hæretici imitantur: hoc etiã peiores illis, quòd illi huiuſmodi leges in ſe latas fuiſſe negarunt: noſtri aũt in Catholicos etiã latas eſſe, & exequendas dicant, ut ex multis eorũ ſcriptis facilè cognoſci poteſt. Alio modo hæretici & ſchiſmatici crudelitatẽ per uim exercent: cuius generis ſunt, rapinæ, incendia, carcer, uincula, tormenta, fames, exilium, mutilatio & truncatio membrorũ, ultimum ſupplicium, & ſimilia: Ac de ſingulis quidem aliqua tantum hic exempla hiſtoriarum referre libet. Victor refert, Catholicos in Aphrica à Vandalis primũ Eccleſijs, & domibus ſuis ſpoliatos, mox extra muros fuiſſe propulſos: non animal illis, non ſeruũ, non ueſtimenta dimiſſa: Quin Edicto quoq; publico mandatũ, ut nullus quempiam illorum hoſpitio reciperet, aut alimoniam præſtaret. Qui aũt hoc miſerationis cauſa facere tentaſſet, cum uniuerſa domo ſua cremaretur. Macedonius Arrianorum Epiſcopus: Conſtantinopoli ſub Conſtantio,

Matth.26.
Act.7.& 22.
Lib 3.c.32.
Simon, conſobrinus domini, uir 120. annorum, in crucem actus.
Athanaſius.
Macedonius quidam Catholicus.
Trip.l.6.c.14 & lib.10.c.13.
Trip.l.5.c.14
Legũ pœnas in Catholicos retorquẽt hæretic.
Vict. de perſe. Vand.lib.2.
Crudelitas per uim in pœnis diuerſis.
Lib.3.de perſe. Vand.
Edictum crudele.
Crudelitas Macedonij Arriani ſub Conſtantio Imp.

ſtantio,

Trip.lib.4. c.34. Trip.lib.5.c.3.

ſtantio, Catholicos Epiſcopos & ſacerdotes ex Eccleſijs expulit: deinde cõmunicare ſibi coẽgit, alios ſubſtantijs, alios humana ciuilitatè priuauit, & hæc per omnes Orientis urbes fecit. Sed & Cæſari ſuaſit, ut ſibi Eccleſias uaſtanti ferret auxilium: Tum etiã impetrauit, ut quæcunq; peſsimè ipſe ageret, Princeps lege confirmaret. Sic Arriani uiduarũ & orphanorum Catholicorũ domos diripuerunt, & inuaſiones in domibus egerunt, domos obſignarunt. De crudelitate Circumcellionũ & Donatiſtarũ in Aphrica, ita ferè ſcribit Auguſtinus.

Epiſt.50. Seruorum in dominus crudelitas.

Quis non Dominus, inquit, ſeruum ſuũ timere compulſus eſt, ſi ad illorũ patrocinium cõfugiſſet? Quis euerſori minari ſaltem audebat actori? Quis conſumptorẽ Apothecarũ, quis quemlibet poterat exigere debitorẽ, auxilium eorum defenſionemq; poſcentem, timore fuſtium & incendiorũ mortisq; præſentis? Peſsimorũ ſeruorum ut liberi abſcederent, tabulæ frangebãtur, extorta debitoribus chirographa reddebantur. Quicunq; dura illorũ uerba contempſerant, durioribus uerberibus quod iubebant facere cogebantur: innocentium, qui eos offenderãt, domus aut deponebãtur ad ſolum, aut ignibus cremabantur. Quidam patresfamiliàs honeſto loco nati, & generoſo cultu educati, uix uiui poſt eorũ cædes ablati ſunt: uel uincti ad molam, & eam in gyrum ducere, tanq; iumenta contemptibilia, uerbere adacti ſunt, &c.

Epiſt.68. Crudelitas circumcellionũ in Epiſcopos & Clericos Catholicorũ.

Idem de ijſdem: Priuſquàm, inquit, recẽtiores leges iſtæ, de quibus modo querimini, ueniſſent in Aphricam, inſidias in itineribus noſtris Epiſcopis tetenderũt. Cõclericos noſtros plagis immaniſsimis quaſſauerunt: Laicis quoq; & plagas grauiſsimas inflixerunt, & intulerunt eorũ ædificijs incendia. Et paulò poſt. Peiora mala ueſtri nobis nunc faciunt, non tantum nos fuſtibus nunc quaſſant, ferroq; concidunt, uerumetiã in oculos extinguendos calcẽ mixto aceto incredibili excogitatione ſceleris mittunt: Domus inſuper noſtras compilantes, arma ſibi ingentia & terribilia fabricarunt, quibus armati per diuerſa diſcurrunt: cõminantes atq; anhelãtes cędes, rapinas, incendia, cæcitates.

Trip.li.5.c.3. Niceph. in eccle.hiſt. Crudelitas Hunerici Regis in carceris anguſtia.

Iam & carceris ſqualorem & uincula ſæpe Catholici ab hæreticis paſsi ſunt. Et ut inter multa unũ cæteris atrocius exemplum referã, Hunericus Vandalorum Rex Arrianus in Aphrica, inter alias crudelitates, quibus Catholicos affecit, immenſam eorum multitudinẽ in anguſta & deterrima loca coartauit alium ſuper alium, ut agmina locuſtarum: in qua conſtipatione ſecedendi ad naturale nulla ratio ſinebat loci, ſed ſtercorum & urinarũ urgente neceſsitate ibidem faciebant, ut ille tunc fœtor & horror uniuerſa pœnarum genera ſuperaret, ut Victor ſcribit: qui ſe hæc uidiſſe cõmemorat, allegãs illud Hieremiæ in eis fuiſſe completum: Qui nutriti ſunt in croceis, amplexati ſunt ſtercora ſua.

Vict. de perſe. Vand.lib.2.

Ad mutilationẽ & læſionem membrorum pertinẽt, quæ paulò ante de lingua & manibus Catholicorũ, à Donatiſtis abſciſis, ex Auguſtino

ſtino recenſuimus. Quibus illud etiam addimus, quod Socrates in Tripartita de Macedonio Arriano ſcribit. Is itaq; Macedonius, inquit, Epiſcopatu potitus, affligebat eos, qui ipſi conſentire fugiebãt: & non ſolum Orthodoxos, ſed etiam Nouatianos, ſciens eos quoq; conſubſtantialitatis nomen ſuſcipere. Quorum Epiſcopus Agelius perſecutione faciente fugit. Plurimi uero inſignes uiri detenti, nolenteſq; ei cõmunicare, puniti ſunt: qui poſt tormenta uiolenter cõmunionem ſuo ore ſuſcipere, & tenere compellebãtur: ligno nanq; ora hominum aperientes, eis Sacramenta inſerebant. Porrò mulieres & paruulos arripientes, communicare cogebant. Si quis uerò contradiceret, mox plagæ, uincula, & tormenta ſequebantur: ita, ut etiã fœminarum cõmunicare nolentium mãmillas, in arca comprimentes abſcinderent: aliarũ uerò aut ferro, aut ouis ardentibus eadem membra comburerent, quod Socrates ab Auxonio ſene, qui eadem ſupplicia paſſus fuerat, audiuiſſe ſe teſtatur.

Trip. 5. lib. c. 32. Crudelitas Macedonij Arriani. Cõpulſi ad cõmunicandũ.

Abſciſio & uſtio mamillarum.

Idem Macedonius Catholicis characteres in frõte poſuit, ut eſſent huiuſmodi ſigno notati.

Tri. lib. 4. c. 19.

Immaniorem aliquanto crudelitatem Catholici, ab Hunerico Vandalorum Rege Arriano, & Vandalis ipſis paſsi ſunt: Quibus & linguas, & manus dexteras radicitus abſciderunt, multiſq; alijs pœnis eorum corpora etiam uſq; ad necem afflixit, de quibus ita ſcribit Victor.

Hunerici in Catholicos crudelitas.

Sed quis congruo ſermone poſsit exequi aut coaceruare diuerſitates pœnarũ, quas ex iuſſu Regis ſui, etiam ipſi Vandali, in ſuos homines exercuerunt. Quæ res hodieq; poſita in promptu demonſtrat, alios ſine manibus, alios ſine oculis, alios abſq; pedibus, alios truncos naribus auribuſq; intendas: aliosq; uideas nimio ſuſpendio pilis euulſis, caput quod eminere ſolebat, in medio ſcapularũ fuiſſe demerſum, dum iugiter in altis ædibus ſuſpendio cruciantes, impulſione manuũ funibus agitatis, per uacuum aërem huc atq; illuc faciebant uagari pendentem, qui nonnunq; diſruptis funibus, de altitudine ſuſpenſionis ictu ualidè corruente plurimi arcem cerebri cum oculis amiſerunt: alij confractis oſsibus ſpiritum continuo reddiderunt, alij poſt paulum exhalauerunt.

Vict. de perſe. Vand. lib. 3. Mutilationes membrorum. Suſpendia immaniſsima.

Idem de eodem Hunerico, eodem libro addidit. Itaq; Beſtia illa, ſanguinẽ ſitiens innocentum, Epiſcopis necdum adhuc in exilium directis, per uniuerſas Aphricanæ terræ prouincias, uno tempore tortores crudeliſsimos deſtinauit: ut nulla remanſiſſet domus & locus, ubi non fuiſſet eiulatus & luctus: ut nulli ætati, nulli parcerent ſexui, niſi illis qui eorum ſuccumberent uoluntati: hos fuſtibus, illos ſuſpendio: alios ignibus concremabant.

Tortores per omnẽ Aphricam.

De

De crudelitatibus hæreticorum, quas in relegandis in exilium Epiſcopis, ſacerdotibus, clericis, alijsq; Catholicis, exercent, Caput VIII.

Iam ad exilia uenio, quibus hęretici Catholicos affligere ſolent: cuius generis multa in Eccleſiaſticis hiſtorijs reperiuntur exẽpla. Georgius Arrianus Epiſcopus, & Sebaſtianus Dux Manichæus, Conſtantij temporibus, Catholicos Epiſcopos quindecim, & presbyteros duos, ex Ægypto atque Libia in exilium deportauit: quos acerbiſsimè per itinera pepulerunt, ita ut quidam eorum in ipſis itineribus, alij uerò per exilia morerentur: Triginta aũt Epiſcopos occiderunt, ut Athanaſius tradit, in libro quem de fuga ſua cõpoſuit: ita referente Socrate in Tripartita.

Neces & exilia Epiſcoporum in Aegypto.

Trip li. 4 c. 7 & 19. Item lib 5. c. 1. Theoderitus lib. 2 c 1.

Athanaſium Arriani non ſolum Alexandria expulerũt, ſed ubicq; terrarum eius uitæ miras inſidias ſtruxerunt. Sed & Conſtantius Princeps, ipſis ſua ſoribus & inueſtigatoribus, non ſemel Edictis Imperialibus, ſanctum uirum inueſtigari iuſsit: præmio etiam promiſſo ijs, qui ipſum uiuum: uel ſi id fieri non poſſet, caput ipſius mortui detuliſſent.

Latebra Athanaſij per ſex annos in lacu.

Interea ſanctus uir, ſex continuis annis, in lacu ciſternæ non habentis aquam, latuiſſe fertur, ut ſolem nuncq; uideret: Vbi cum ab ancilla quadam ſe proditum eſſe intellexiſſet, eundem locum mutare & aliò fugere coactus fuit. Idem quatuor menſibus ſeipſum in ſepulchro patris abſcondit. Sed & de aliorũ Catholicorum Epiſcoporũ exilijs,

Trip. li. 5. c. 16.

quæ ab Arrianis paſsi ſunt, ita ſcribit ipſe Athanaſius, in Apologia. Quis tantum poterit, inquit, memorare, quantum illi geſſerunt? Tunc enim Eccleſijs pacẽ habentibus, & populis per collectas orantibus, Pontifex quidem Romæ, Liberius, & Paulinus Galliarũ Metropolitanus Epiſcopus: Et Dionyſius Italus, Lucifer Metropolitanus Epiſcopus inſularũ Sardiniæ, & Euſebius ex Italia: omnes Epiſcopi boni & Prædicatores ueritatis abripiuntur & traduntur exilio, nullam habentes culpam, niſi quod in Arrianã noluerint conſentire uæſaniã, neq; in calumnijs ſubſcripſerint noſtri.

Celeberrimũ nomen Oſij Epiſcopi Cordubenſis.

De maximo autem & optimo ſene & uero Confeſſore Oſio etiam loqui ſuperfluum eſt: omnibus enim notum eſt, quod etiam hunc in exilium deportari fecerunt. Non enim ignobilis, ſed omnibus noſcitur eſſe notiſsimus: Cui nancq; non præfuit Synodo, aut rectè loquens non ſatis fecit uniuerſis: quæ Eccleſia huius patrocinij memoriam non habet? Quis aliquando dolens, cum ueniret ad eum, nõ diſceſsit ſanus? Quis indigens cum petijſſet, non meruit quod popoſcit? Et tamen contra hunc talia præſumpſerunt, quod impia eorum molimina cognoſcens, noluerit propria ſubſcriptione firmare.

Lucij Arriani crudelitas. Ruffi. li. 11, c. 6

Similiter Lucius Arrianus, qui Catholicus uideri uolebat, à Moyſe ſanctiſsimo Epiſcopo,

Epiſcopo,ex eo falſæ fidei arguitur,quod multos ſeruos Dei per metalla damnauerat: Epiſcopos in exilium truſerat, presbyteros, diaconos,extra Chriſtiani nominis habitacula relegauerat: alios etiam beſtijs,alios ignibus tradiderat. Idem, Antonij illius Heremitæ ſanctiſsimi uiri, ſanctiſsimos diſcipulos Macarium, & alium Macarium,Iſidorum,& alios,ſpeluncis ſuis eijciens, in quandam inſulam quæ ab impijs inhabitatur hominibus relegauit, aliaq́ multa crudelitatis opera in Catholicos exercuit. Valens Imperator Arrianus, cum inſtigātibus Arrianis, totius orbis lumen Baſilium Magnum, in exilium relegare deſtinaſſet,ne id perficeret, diuino miraculo impeditus fuit. Nam is cum iam legem exilij præſcribere præcepiſſet,& ſcriptā manus ſuæ ſubſcriptione corroborare uoluiſſet, nullum apicem complere ualuit:calamus enim contritus eſt, cumq́ ſecundus & tertius calamus hoc pertuliſſet,& adhuc legem impiam firmare contenderet,cōmota eſt eius dextera, camq́ ſubitò tremor inuaſit, tunc eius animo terrore impleto,ambabus manibus chartam rupit.Ioannes Chryſoſtomus,procurante Eudoxia Auguſta, ſæpius in exilium actus,tandem in exilio etiam mortuus eſt. Lucius Arrianus Epiſcopus, blaſphemus & inſipiēs,qui dixerat in corde ſuo, nō eſt Deus uerus Chriſtus:Et quidam Magnus,comes largitionum ac militum Dux,qui Iuliani temporibus Berythorum incenderat Eccleſiam,& Iouiani temporibus ex proprijs facultatibus candē recuperare coactus fuerat,qui & caput amiſiſſet,niſi multorum intercesſione Imperialem clementiā obtinuiſſet. Hij,inquam,ſceleratiſsimi hæretici,temporibus Valentis Imperatoris, cum antea multis tormentis affeciſſent Catholicos,id etiam effecerunt,ut ſententia in eos prolata fuerit, ut ab Alexandria ſublati in Heliopolim Phœniciæ ducerentur, cuius habitatores ne nomen quidē Chriſti audire ſuſtinebant. Quo facto,Magnus ille Catholicos nauem conſcendere iuſsit, & abſque ſumptibus,& abſq́ alio ſolatio dimiſit. Sublatis igitur uelis,gemitus ingens uniuerſarū uirginum & mulierū, ſeruorum & iuuenum permixtus lachrymis fuit:uenientibus igitur Heliopolim noua addita ſunt ſupplicia. Multi enim in carcerē ducti,deinde caſtigati,lacerati,uerberati,& nouiſsime in metalla ſunt traditi, inter quos plurimi Monachi fuerunt, heremum incolentes. Præterea undecim Ægyptiorum Epiſcopos uiros,penè ab infantia uſq; ad ſenectutem heremū incolentes, uerboq́ ſuperātes & actu libidinē,piamq́ fidem ſine confuſione prædicantes:& dogma pietatis edocentes, multasq́ uictorias de dæmonibus exercentes, & Arrianā ſectam ſapientiſsima ratione denotantes, in exilium miſerunt,in ciuitatē Iudæorum, nomine Diocæſaream. Sicut & alios antè Clericos in Antiochia cum fidelibus monachis degentes, uolentesq́ eorum ſcelera notare, in Neocæſareā Ponti mittendos eſſe ſubornarant. Quemadmodum has

Trip.lib.7. cap.19.

Valens miraculo prohibitus a proſcribendo Baſilio magno.

Trip l.7.c.36

Trip.lib.10. cap.14.& 18.

Trip.lib.7. cap.40.

Detra relegatio in Heliopolim.

Exilium Epiſcoporum ſanctiſsimorū in Aegypto.

Relegatio clericorū & monachorum ex Antiochia in Pontum.

has & multas alias crudelitates, quas ambo illi Arriani Lucius & Magnus, in Catholicos exercuerunt, apud Theodoritum pulcherrimè deſcribit Petrus, ſucceſſor in ſede Epiſcopali Beati Athanaſij: qui & ſudorũ Athanaſij particeps fuit, nec uſquam domi atq; foris ab illo diſceſsit, ſed omnis generis pericula cum illo ſubijt. His omnibus crudelitate non inferiores fuerunt, qui Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, & alia Eccleſiæ membra 4966. in Exilium eremi deſtinauerunt. In quibus fuerunt Podagrici quàm plurimi: alij etiam per ætatem annorum lumine temporali priuati, ut tradit Victor. Inter quos fuit Beatus Fœlix Abdiritanus Epiſcopus, habens iam in Epiſcopatu annos 44. Qui paralyſi morbo percuſſus, nec ſentiebat quicquam, nec penitus loquebatur: de quo cum alij cogitarent, quod non poſſet iumento portari, ſuggeſſerunt, ut à Rege peteretur, ut eum properè moriturũ Carthagini relinqueret. Sed fertur Tyrannus cum furore dixiſſe: ſi animali inſidere non poſſet, iungerentur boues indomiti, qui eum colligatis funibus trahẽdo quo deſtinatũ eſt perducerẽt: cui mandato Regis parentes, uinctũ ſuper burdonem, quaſi quendam ligni truncum, portarunt.

Lib.4.cap 20 & 21. Trip.lib. 7. cap 40. — Vandali Arriani in Aphrica. — Numerus relegatorum in Aphrica. — Victor lib.2. de perſe. Vand. — Crudelitas in Epiſcopũ ſenẽ et paralyticũ.

Hæreticos & ſchiſmaticos, nulla neq; ætatis, neque ſexus, neque dignitatis, habita ratione, in Catholicos ſæuire, Caput IX.

Sed nec ætati, nec ſexui, nec generi, nec dignitati parcunt hæretici. Etenim ęquè in paruulos & adultos, fœminas & uiros, uirgines & coniugatos, ſenes & iuuenes, ſæuire conſueuerũt. Ruffinus ſcribit, Arrianos tam turpia in uirgines & continentes Eccleſiæ admiſiſſe, quæ nec in perſecutionibus gentilium memorantur, Actalis quidem fuit crudelitas, quam Palladius quidam (inſtigatoribus tamen Lucio & Magno, Arrianis) in Chriſti uirgines exercuit, quam hoc modo refert Theodoritus. Multitudo in Eccleſiam, quæ Theone uocatur, ingreſſa, pro ſacrarum lectione ſcripturarũ turpes manuum plauſus agebantur, infractiſq; cum turpitudine uoces, contra Chriſti uirgines contumelias dicunt, quas lingua hominũ proferre non patitur: Audiens enim unus quiſq; ſapientium talia, claudebat aures, & magis optabat eſſe ſurdus, ne huiuſmodi uerba audire cogeretur, ſed utinã uerbis peccando quieuiſſent, & non actu uerborũ turpitudinem ſuperarent. Hi ſiquidem, iræ uaſa ad perditionem facta, ſubſannãtes, & horribilem ſonum de naribus emittentes, & (ut ita dicam) fœtorẽ, ueluti de quodam cuniculo perfundentes, ueſtes ſanctarũ Chriſti uirginum dirumpebant, quarũ continentia formam ſanctorũ imitabatur angelorum. Et ſicut habet

Lib 11.cap.3. — Trip. lib. 7. cap.40. — Contumeliæ in ſacras Chriſti uirgines.

natura,

natura, nudas per totam circumferentes urbem, ſicuti uolebant, eis
cum turpitudine illudebant. Si quis aũt eos tunc compatiendo pro-
hibuiſſet, uulneribus maceratus agebatur. Vę illis cladibus, multæ ſi- Virgines ſacræ cõſtupratæ & occiſæ.
quidem uiolẽtia corporis ſuſtinuere corruptionẽ, plurimæ uirginum
uectibus in capite cæſæ, ſine uoce manſerunt, quarũ etiam funera ſo-
lenni ſepulturæ tradi prohibita ſunt: Multa deniq; corpora, hacte-
nus à parentibus ingemiſcentibus inquiſita, reperiri non poſſunt.
Huic haud diſsimilis eſt, ſi non atrocior iniuria, qua Vandalorum Hunerici crudelitas in ſacras uirgines.
Rex Hunericus Arrianus, ſacras uirgines in Aphrica affecit: Eam ſic
deſcribit Victor. Præcipit deinde, inquit, ſacras uirgines congre- *Victor lib. 2. de perſeq. Vand.*
gari, dirigens Vandalos cum ſuæ gentis obſtetricibus ad inſpicien-
da, ad contrectanda, contra iura uerecundię uerecunda pudoris, ubi
nec matres aderant, nec aliqua matronarũ, quas cremantes graui ſu-
ſpendio, atq; ingentia pondera pedibus colligantes, laminas ferri
ignitas dorſo, uentri, mãmillis, & lateribus apponebant: quibus in-
ter ſupplicia dicebatur, Dicite quomodo Epiſcopi uobiſcum cõcum-
bunt, & clerici ueſtri, quarũ acerbitate pœnarum plurimas tunc ſci-
mus extinctas: aliæ quæ remanſerunt cutibus areſcentibus factæ ſunt
curuæ. Magna quoq; crudelitas fuit, quam ab ijſdem Vandalis
paſſæ ſunt duæ nobiles matronæ: Alteri Dionyſiæ nomen fuit, alte- *Victor lib. 1. de perſeq. Vand.*
ri Victoriæ. Hiſtoriam ſic narrat Victor. Mulieres, inquit, & prę-
cipuè nobiles, contra iura naturæ nudas omnino, in facie publica Crudelitas in duas matronas nobiles.
cruciabãt: ex quibus unam noſtrã Dionyſiam curſim ac breuiter nó-
minabo, cum uiderent eam non ſolum audacem, ſed etiam matronis
cæteris pulchriorẽ: ipſam primo niſi ſunt fuſtibus expoliatã aptare,
quæ cum peteret diceretq; de Domino ſecura, qualiter libet cruciate,
†uenerãda tamen membra nolite nudare. Amplius illi magis furen- *†uerenda*
tes, celſiori loco ueſtimentis exutam conſiſtunt, ſpectaculum eam o-
mnibus faciẽtes. Quæ inter ictus uirgarũ, dum riuuli ſanguinis toto
iam corpore fluitarent, libera uoce dicebat, Miniſtri diaboli, quod
ad opprobrium meum facere cõputatis, ipſa eſt laus mea. Altera
uero matrona, auctrix ſui nominis Victoria (ut idem Victor refert)
dum in conſpectu uulgi continuato ſuſpendio cremaretur: & à ma-
rito, qui iam à Catholica fide defecerat, rogaretur, ut non ſolum ſui,
ſed etiam cõmunium liberorum miſereretur, & regiæ iuſsionis præ-
ceptum impleret: nec mulierũ fletus nec mariti blandas preces cura-
uit, ſpretis mundi deſiderijs, firma uſq; in uera fide perſiſtit. Illud
ad ætatem pertinet, quod de Eugenio Epiſcopo ſene idem refert Vi- *lib. 1. de perſe. Vand.*
ctor. Hunc cum Antonius quidam Arrianorũ Epiſcopus, in Aphri-
ca crudeliſsimus. (Nam illo tempore crudelius Arrianorũ Epiſcopi, Arriani Epiſcopi crudelitas in Epiſcopum Catholicum.
presbyteri, clerici, quàm Reges ipſi & Vandali, ſæuiebant) iuſſu Re-
gis relegandum & cuſtodiendũ accepiſſet, arctiſsima cuſtodia eum
cinxit, ut nullum ad eum introire permitteret: inſuper eundem uarijs

inſidiarum atq; pœnarũ ſupplicijs extinguere cogitauit. Sed Eugenius ſanctus, dum noſtræ perſecutionis defleret incõmoda, & aſperitate Cilicij ſenile attereret corpus, nudamq; ſuper humũ cubitans, ſtratum facci ſui rigaret imbribus lachrymarũ, aliquando ſenſit infeſtum paralyſis morbum, quo nuncio in gaudia cõuerſus Arrianus, pergit feſtinus ad cubile eximij hominis Dei, Et cum uideret urgente paſsione uerum Pontificem balbutientia uerba producere, cogitauit ſimul extinguere quem ſupperеſſe nolebat: præcæpit, ut acetum

Acetum infuſum paralyſim patienti.

aſperum nimiſq; acerrimum quæreretur, cui cum fuiſſet allatum, uenerabilis ſenis recuſantibus & nolentibus faucibus ingerebat, ex quo aceto præſertim ille paſsionis noxię morbus accipit augmentum, cui pietas Chriſti miſericorditer ſubueniens poſtea ſanum exhibuit. Hactenus Victor.

Lib 2. de perſe. Vand.

Crudelitas ab impoſitis ſupra uires oneribus.

Illud communiter ad nobilitatem, ad ſexum, & ad ætatem pertinet, quod idem Victor refert. Non infirmior ſexus, inquit, non conſyderatio nobilitatis, non reuerentia ſacerdotalis, crudeles animos mitigabat, quinimmo ibi exaggerebatur ira furoris, ubi honorem conſpexerant. Quantis ſacerdotibus quantiſq; illuſtribus onera ingentia, ut camelis uel alijs generibus iumentorum, impoſuerint, nequeo enarrare, quos ſtimulis ferreis ad ambulandum urgebant: quorum nõnulli ſub faſcibus mirabiliter animas emiſere.

In Senes.

Senilis maturitas atq; ueneranda canities, quæ cæſariem capitis, ut lanã candidam dealbarat, nullam ſibi ab hoſpitibus miſericordiam

In Infantes.

uindicabat. Sed etiam paruulos ab uberibus rapiens maternis barbarus furor, inſontem infantiam elidebat ad terram: alij paruulum pedibus tenentes, à meatu prorſus naturali uſque ad arcem capitis diſsipabant: Quando tunc forte Sion captiua cantabat, Dixit inimicus, incendere ſenes meos, interficere infantes meos, & paruulos meos eliſurum ad terram. Sed nec minus cordatæ in huiuſmodi

Lib 3. de perſe. Vand.

perſequutionibus fuerunt mulieres quàm uiri. Quod ſuperiora exempla plane demonſtrant: Quibus addo quód idem Victor de Dionyſia ſcribit. Et quia, inquit, erat ſcripturarũ diuinarum ſententia plena, artata pœnis & ipſa iam Martyr, alios ad martyrium conſortabat, quæ ſuo ſancto exemplo uniuerſam ſuam patriam liberauit,

Materna ad filium cohortatio in pœnis.

quæ cum unicum filium ſuũ admodum adhuc teneræ ætatis & delicatum, timore pœnarum formidoloſum conſpiceret, uerberans cum nutibus oculorum, & increpans authoritate materna, ita conſortauit, ut matre multo fortior redderetur: cui inter crudelia uerbera conſtituto, ita dicebat: Memento fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Catholica baptizati ſumus, non perdamus indumentum noſtræ

Matth. 22.

ſalutis, ne ueniens inuitator, ueſtem non inueniat nuptialem: & dicat miniſtris, Mittite in tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum & ſtridor dentium. Illa pœna timenda eſt, quæ nunquam finitur: illa deſideranda uita, quæ ſemper habetur: talibus itaq; ſolidans uerbis

uelociter

uelociter martyrem fecit. Item illud quod idem de Dagila refert, ea uxor fuit cuiuſdam Cellaritæ Regis. Quæ temporibus Genſerici, multoties iam confeſſor extiterat, matrona nobilis ac delicata: hæc flagellis & fuſtibus omnino debilitata, exilio arido & inuio relegatur, ubi nullus hominū fortè conſolationis gratia ueniendi haberet acceſſum: relinquens cum gaudio domum, maritum ſimul & filios, cui poſtea oblatum eſſe dicitur, ut in mitiorem heremum tranſlata, frueretur ſi uellet ſolatio ſociorū: Illa uerò ingens ſibi adeſſe credens gaudium, ubi nullus humanus adeſſet conſolantis affectus, id ne fieret ſupplicauit. His non abſimilis eſt crudelitas, quam temporibus Symmachi Papæ, ſchiſmatici in Catholicos, inter quos & uirgines exercuerunt. Nam eo tempore Feſtus, caput Senatus, Exconſul: & Probinus Exconſul, cœperunt intra urbem Romam pugnare cum alijs Senatoribus, & maxime cum Fauſto Exconſule, & cædes & homicidia in clero ex inuidia fiebant. Qui uero cōmunicabant beato Symmacho iuſtè, publicè, qui inuenti fuiſſent intra urbem, gladio occidebantur. Et ſanctimoniales mulieres & uirgines deponentes de monaſterijs, uel de habitaculis ſuis: denudantes ſexum fœmineum, cædibus plagarū afflictas uulnerabant: & omni die pugnas contra Eccleſiā in media ciuitate gerebāt, & multos ſacerdotes occiderunt.

Victor lib. 3. de perſe. Vand.

Dagilæ nobilis Matronæ conſtantia in Eremi exilio.

Ex lib. Pontificali.

De crudelitatibus quas hæretici non ſolum in Catholicos, ſed etiam eorum coniunctos & fautores exercent, Cap. X.

BEatus Athanaſius in eo libro, quem de fuga ſua ſcripſit, fratres Catholicos pro fratribus multa pericula ſubijſſe, narrat: quibus uincula & plagæ uiris & fœminis illata ſunt: quoniam & multi ſanctiſsimi Epiſcopi qui calumnijs eidem illatis ſubſcribere noluerunt, in exilium acti ſunt, ut ſupra ex eiuſdem Apologia recitatum eſt. Lucius & Magnus (quorū ſupra quoq; mentionē fecimus) cum crudeliſsimè in ſanctiſsimos Epiſcopos, presbyteros, alioſq; Catholicos ſæuijſſent, quin etiam infantes cruciaſſent, quorum aliqui morientes, neq; parentum neq; fratrum exequijs ſolennibus potiti ſunt: & multorum quidem corpora inſepulta relicta, eſcis beſtiarum uolatiliumq; proiecta ſunt. Hos etiam qui propter conſcientiam naturalem in patres illorū ad miſericordiam commoti fuiſſent, capitibus tanquam ob ſceleſta facinora obtruncarunt, crudelitas ſanè inaudita. Quæ enim Romana lex, quæ Barbarorū ſententia, patribus condolentes puniuit? Inhumana igitur hæc ſunt, crudelia, ſæua, barbara, ſine miſericordia: In quibus etiam exultarunt Arriani, choros agentes, cum uniuerſa ciuitas ingemiſceret, ut Theodoritus teſtatur. De iniurijs aūt & crudelitatibus, quas fautores

Trip. lib. 5. cap. 28.

Arrianorum crudelitas in conſanguineos aliorum.

Trip. lib. 7. cap. 40.

Crudelitas in Fautores Ioannis Chryſoſt.
Lib.10.ca.10.
Arſatius aduerſarius Chryſoſtomi.

Ioannis Chryſoſtomi (quia cum Arſatio communicare noluerant) paſsi ſint, Zozomenus in Tripartita ita ſcribit. Arſatij opinioni derogauit, quod cum Ioannis fautoribus agebatur. Nam cum Arſatio cõmunicare nollent, nec orationem habere cõmunem, ſed (ſicuti dictum eſt) ſeorſum per loca ſecreta ultima ciuitatis ſacra celebrarent, hæc ille renunciauit Imperatori: cumq́; iuſsiſſet, ut eos manu militari turbaret, lapidibus atq; fuſtibus populum conuertit in fugam. Nobiliores autem & magis propenſos in amorem Ioannis, coniecit in carcerem.

Direptiones ornamentorũ muliebrium a militibus factæ.

Porrò milites (ut fieri ſolet) accepta licentia prædam circa mulierũ ornamenta faciebant. Zonas aureas, dextralia, monilia, lauatoria, anulos, diademata, & cum ipſis auribus earum auferentes inaures. Ob quam rem turba maxima & gemitus in ciuitate prouenit, Nec ſic tamen illi affectum depoſuere Ioannis.

Pericula Fautorum Ioan. Chryſoſt. in ciuitate.

Verum publicè plurimi conuenire, nec in platea nec in balneo præſumebãt. Quibuſdam etiam erat domi quoq; manere periculoſum, ita ut ciuitatem declinarent. Multi ſiquidem uiri, plurimæq́; mulieres nobiles genere procreatæ, uirginitate atq; uirtute uitæ laudabiles, fugerunt. Multa quoq; per calumniam illis intendebantur crimina: & inter alia, cum in Eccleſia incendium fuiſſet ortum, cuius criminis inſimulati Fautores Ioannis Chryſoſtomi, uarijs pœnis affecti ſunt, de quibus idem Zozomenus in hunc modum ſcribit.

Lib.10.cap.21.
Crudelitas in Eutropiũ Lectorem.

Eodem tempore quidam Lector Eutropius eſt detentus, quaſi & ipſe in Eccleſiam miſiſſet ignem, qui cùm multa fuiſſet tormẽta perpeſſus, coniectus in carcerem, paulò poſt eſt defunctus. Quid aũt de eo contigerit exiſtimo eſſe memorandum.

Viſio de eo in ſomnis cuidã facta.

Quidam uidit in ſomnis, aſtitiſſe altari uirum pulchritudine & magnitudine decoratum, quaſi in honorẽ martyris Stephani conſiſtentem, & quaſi cogitantem, eò quòd boni uiri nuſquam inuenirentur, atq; totam ſe circumire ciuitatem. Et niſi Eutropium nullum penitus inueniſſe: cumq́; is qui uiderat experrectus fuiſſet, ſomnium retulit fidelibus uiris. Deinde requirens eos, qui à Præfecto compræhenſi fuerant, & uerberibus macerati, inuenit Eutropium, eíq; retulit uiſionem. At ille flens, orationẽ ſibi dari ab eo qui uiderat implorauit.

Crudelitas in mulieres propter Chryſoſt.

Cumq́; diuerſos Præfectus torqueret, nec perſonas incendij reperiret, etiam mulieres quaſdam tenens, ſuadebat ut Epiſcopi cõmunionem amplecterentur Arſatij, & multæ quidem declinauerunt. Olimpias autem iniuſtum credens, malitiæ ſatisfacere dixit. Adijce mihi calumniatores, & uiolentiam maiorem impone: mihi uerò fas non eſt cõmunicare & ea facere quæ prius non licet perpetrare. Quam cum nequiſſet flectere præfectus, ut cõmunicaret Arſatio, tum dimiſſam & paulò pòſt tentam, multo nudauit auro, hoc modo credens ipſius frangi conſtantiã. Eo tempore Tygrius presbyter ueſte nudatus, & dorſo cæſus, ita tenſus eſt, ut pedum eius ac manuum articuli ſoluerentur. Sic Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus Eutichianus,

tichianus, præter eas crudelitates, quas in Flauianum, Cyrillum, alioſq; Catholicos Epiſcopos exercuit: Cyrilli quoq; cognatos in primordijs ſuis deuaſtauit, & horum patrimonia deprædatus eſt: filium item fratris eius Athanaſium presbyterum ſine culpa depoſuit, ut Nicephorus tradit. His igitur exemplis ſatis demonſtraſſe uidemur, quas calumnias & crudelitates hæretici diuerſis temporibus in Catholicos exercuerunt: qui tametſi diuerſarum ſectarum fuerint: alijs quidem uno, alijs alio genere calumniarũ & crudelitatũ in Catholicos ſæuientibus: Tamen uix eſt aliqua ſecta, quin ſi occaſio offeratur, exerceant omnes. Quod & Vandalorum in omni genere crudeliſsima in Catholicos perpetrata facinora demõſtrant. De Arrianis patres Sardicenſis concilij, ad Epiſcopos Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſię ſcribentes, in hunc modum narrant: Proferebantur, inquiunt, uincula & cathenæ, uenerant homines ab exilio & Conſacerdotes, nec non cognati pariter & amici eorum, qui propter eos mortui dignoſcuntur. Et quod eſt admirandum, aderant Epiſcopi, quorum unus quidem cathenas geſtabat, & uincula quibus uinctus fuerat propter eos. Alij uero eorum inſidijs mortem ſibi teſtabantur inflictã, quia ad tantã ſuperbiam ſunt perducti, ut etiam Epiſcopum occidere conarentur, quem niſi fuga liberaſſet, obierat. Venit etiam conſacerdos noſter Beatus Theodulus, fugiens eorum molimina, quibus fuerat iuſſus occidi. Alij uero gladiorũ uulnera demonſtrabant, alij famem ſe ab eis paſſos ingemiſcebant: & hæc non quilibet homines teſtabantur, ſed omnes Eccleſiæ, pro quibus hi qui occurrerunt, & qui legatione fungebãtur, inſinuabant uiolentiarum peſtes, armatos milites, populos cum fuſtibus, Iudicum terrores, falſarũ literarum obiectiones. Lectæ enim ſunt literæ Theogonij contra conſacerdotes noſtros, Athanaſium, Marcellum, & Aſclepam, ut etiam Imperatores mouiſſe uiderentur: Quas literas Diaconi Theogonij uulgauerunt. Super hæc autem uirginum nuditates, Eccleſiarum incendia, carceres contra ſacerdotes noſtros adhibitos. Quæ omnia pręlia, non niſi pro deteſtabili Arrianorũ hęreſi cõmiſiſſe noſcuntur.

Dioſcori crudelitas in cognatos Cyrilli.

De perſecutionibus narratio Sardicen. Cõcilij.

Diuerſa poenarũ genera, ab Arrianis inflicta Catholicis.

De iniurijs quas hæretici & ſchiſmatici tam legibus, quam legum latoribus inferunt, Caput XI.

NVlla Respublica diu ſine legibus & iudicijs conſiſtere poteſt. Ideoq; Reſpublicæ tum demum optime conſtitutæ uidentur, cum in his leges dominantur, Vnde recte dixit Ariſtoteles, Qui legem præeſſe iubet, uidetur iubere Deum præeſſe: qui autem hominem iubet præeſſe, adiungit & beſtiam. Eſt autem ea in Repub. legum authoritas, ut poſtquam ſemel ab his qui ferendi leges poteſtatẽ habent, latæ & promulgatę fuerint, nõ liceat amplius

Ariſt. 3. Polit. cap. 7. & 12.

Legum authoritas in Rep.

de earum iuſtitia uel æquitate diſputare: maxime priuatis. Ideoq; Pla-
Plato lib. 1. de leg. to dicebat, unam legem eſſe [illegible]riſſimā, quæ iuberet, ne quis iuue-
num quærere auderet, rectè ne an contra ſe leges haberent, ſed uno
omnium ore unaq; uoce rectè tanquàm à Dijs poſitas concedi præ-
ciperet, nec ullo modo aliter pati quicq; à iuuenibus cogitari: Senem
autem ſi quid cogitarit, principibus & æqualibus nemine iuuenum
audiente referre, Quam legem Euſebius Platonem, ut alia multa, ab
Deut. 4. Hebræis mutuatum eſſe cenſet. Nam & diuina lex iubet, quicquid in
Prouerb. 30. ſcripturis ſanctis continetur, tanquàm uerba Dei credendum eſſe:
& non iuſtum ne an iniuſtum ſit diſputandum, Quod de diuinis le-
gibus accipiendum eſt. Sed nec de humanis legibus diſputandum
eſt, poſtquàm ſemel rectè latæ ſunt, ut habet Canon. In iſtis, inquit,
4. diſt. c. in iſtis. temporalibus legibus, quanquàm de his homines iudicent, cum eas
inſtituunt: tamen cum fuerint inſtitutæ & formatæ, non licebit iudi-
c. erit aũt lex. 4. diſt. ci de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas. Quoniam autem lex iuſtè
poſita, æqualem uirtutē habet in omnes, qua & æquè prodeſt omni-
Abbas in Rubrica de conſt. Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. bus, non unum magis quam alium obligans: in bonos quidem be-
nigna, in malos autem ſeuera: nihil eſt quod magis deteſtentur mali,
quàm bonas leges. Vnde & leges, quoties impunè poſſunt, non
ſolum contemnunt, ſed etiam in totum abrogare conantur. Quam-
Mali oderunt leges. obrem ſæpe magnæ ſeditiones à malis concitatæ ſunt, ut quas iure
non potuerunt, iniuria & per uim abolerent leges. Sic Regibus Ro-
mæ exactis, omnes leges per ſeditionem exoleuerunt: iterumq; cœpit
l. 2. §. Exactis ff. de orig. iur. populus Romanus incerto magis iure & conſuetudine aliqua uti,
quam per latam legem, idq; prope uiginti annis paſſus eſt, ut Pom-
ponius teſtatur. Sed & ſubſequentibus temporibus multæ leges
per ſeditiones abrogatæ ſunt, & aliæ ſubrogatæ, ex quibus & ipſis
nōnunquàm magnæ ſeditiones subortæ ſunt. Quemadmodum lex
Quatuor ſeditiones propter legem Agrariam. Agraria, quam Tyberius Gracchus tulerat, Quatuor cruentas ſedi-
tiones peperit, ipſo excitante primā, in qua & occiſus eſt: Secundam
mouit Caius Gracchus, illius quem dixi Tyberij frater: Tertiā Apu-
leius Saturninus: Quartam Liuius Druſus, idq; non alia ex cauſa q̃
quòd legem Agrariam à Tyberio Graccho latam defenderent: qui
& in huiuſmodi ſeditionibus omnes occiſi ſunt. Omnium autem
Hæretici precipui ſunt legum aduerſarij. maximè hæretici & ſchiſmatici ſemper bonis legibus & legumlatori-
bus aduerſati ſunt: quos non ſolum uerbis calumniati ſunt, ſed etiam
crudeliter perſecuti ſunt: ipſas quidem leges quoad potuerunt abolen
tes, legumlatores autem uarijs conuitijs inſectantes. Irenæus, Ter
Diuinarum legum uiolatores et corruptores hæretici. tullianus, Hieronymus, Auguſtinus, alijq; ſancti patres, tradunt:
Martionem, Valentinum, Fauſtum, Manichæos, Donatiſtas, &
alios hæreticos & ſchiſmaticos, multa ex diuinis legibus, & in primis
ea quæ erroribus ſuis aduerſari uiderūt, ſuſtuliſſe. Quidam etiam to-
tos libros Canonicæ ſcripturæ abiecerunt: ut Epiſtolam Pauli ad
Timotheum,

Timotheum,& eam quæ eſt ad Hebræos. Seueriani hęretici, omnes [*Euſeb. Eccle.*
Epiſtolas Pauli repudiarunt,ut aliás etiam diximus. Beatus Au- [*hiſt. lib. 4.*
guſtinus, priuilegium diabolicum hæreticorũ eſſe dicit, ut quicquid [*cap 29.* *Aug. lib. 22. con*
eſt in Euangelio, uel in Epiſtolis Canonicis, quo adiuuari hæreſim [*tra Fauſtum.*]
ſuam putent, id eſſe á Chriſto, & ab Apoſtolis dictum teneant, atq; [*ſupra li. 1. c. 6.*]
ſuadeant: Quicquid autem ex eiſdem codicibus aduerſus eos ſonue- [De moribus Cath. Eccle.
rit, immiſſum ab infalſatoribus, ore impudenti ac ſacrilego non du- [*lib. 1. c. 9.*]
bitent dicere. Sed & Sacros Canones hæretici & ſchiſmatici refu- [Aduerſarij Ca
tant, quatenus eorum doctrinæ repugnant: Cuiuſmodi ſunt Ca- [nonum hęret.]
nones de ieiuniis, de pœnitentia, de continentia, de poteſtate Eccle-
ſiaſtica, de primatu Romanæ Eccleſiæ, de libertate Eccleſiaſtica, de
priuilegiis clericorum. Quin & multos Canones & leges Imperato- [Calumniato-
rum, coniunctis falſis patrum Conciliorum & principum titulis, in [res legum.]
uolumina Eccleſiaſticarum & ciuilium legum immiſſas eſſe calum-
niantur: Cuiuſmodi eſt lex Iuſtiniani Imperatoris, ad Ioannem Ro-
manum Pontificem ſub tit. C. de ſum. tri. & fid. Cath. Item totus
titulus in Aut. de Eccleſiaſticis titulis. Item, totus titulus, ut Eccleſia
Romana centum annorũ præſcriptione gaudeat, ut ſupra quoq; de- [*ſupra li. 1. c. 10.*]
monſtratum eſt. Illa quoq; maxima calumnia eſt, quam hæretici [Leges in con
& ſchiſmatici legibus inferunt, quod uerba earum amplexi contra [trariam ſen-
earum uoluntatem nituntur, adeoq; in contrariam ſententiam tor- [tentiam pro
quent: maximé ueró eas, quæ contra hæreticos latæ ſunt, contra Ca- [ſe inuertunt
tholicos interpretantur: Nimirum ſeipſos Catholicos, eos ueró qui [hæretici.]
uere Catholici ſunt, hæreticos appellantes. Legumlatores Tyrãnos
appellant, quia latis legibus perfidiam & errores eorum iuſtis pœnis
coërcendos eſſe conſtituũt: Nec id quidem mirum, ſiquidem omni-
bus facinoroſis proprium eſt, ut eos odio proſequantur, quos ſcele-
rum ſuorũ uindices eſſe cognoſcunt. Quemadmodum latro ſuſpen- [*23. q. 5. c. non*
ſus patibulo, crudelem iudicem putat, ut Canon inquit. Nonnun- [*eſt.*] [Calumniæ in
quàm ſimplicitatis & uæcordiæ arguunt legumlatores, ut qui adula- [ipſos legiſla-
tionibus ſacerdotum à ſe leges extorqueri patiantur, ac tale aliquid [tores.]
Arriani in Aphrica Romanis Imperatoribus imputarunt. Ad eun- [*Vict. de perſe.*
dem modum hæretici noſtri temporis, Fridericum Imperatorẽ pro- [*Vand. lib 3.*] [*In Aut. ſtatui-*
pter conſtitutionem, Statuimus, à ſe de priuilegio fori clericorũ ædi- [*mus. C. de epi.*
tam: & alij alios Imperatores propter alias iuſtas leges, pro Eccleſia [*& cler.*]
& contra impios hæreticos & ſchiſmaticos latas, calumniantur. Sed
& Romanos Pontifices & ſacroſanctas ſynodos reprehendunt:
non ſolum, quod iniuſtas leges ferant, ſed omnino etiam
quod leges ferant: docentes, eos nullam ſanciendo-
rum canonum habere poteſtatem.

De iniurijs & calumnijs, quibus hæretici & ſchiſmatici iudicia & iudices, omnesq; adeo iuſtitiæ & honeſtatis cultores, perſequuntur, Cap. XII.

l. 2. § . poſt orig. ff. de orig iuris.

l. nullus. C de Iudeis.
l Denũciamus. C de his qu. ad Eccle.

Lex Iudiciaria.

Cicero in oratione in L. Piſonem.

Leges Tabellariæ.

Cicero lib. 3. de leg.

PArum eſt, leges & iura eſſe in ciuitate niſi eis pareatur, ut inquit Ariſtot. Non rectè legibus paretur, niſi ſint qui iura reddere poſsint, ut eis obedientes, præmijs: cõtumaces, pœnis afficiantur, ut eſt apud Pomponium Iureconſultum. Neceſſe eſt igitur, ut in Republica benè conſtituta ſint iudicia, in quibus iura reddantur, & iudices qui reddant. Idcirco enim iudiciorũ uigor iuriſq; publici tutela in medio cõſtituta uidetur, ne quiſquàm ſibijpſi ius dicat, aut ultionem permittere ualeat, ſed iudicem potius adeat, & legitimũ poſtulet præſidium. Temporibus quibus Romana Reſpublica conſtitutis Conſulibus gubernabatur, Lex fuit, quæ quales iudices eſſe deberent præſcribebat, hanc Iudiciariam uocabant, ut Cicero teſtatur. Deinde inuentæ ſunt & per ſeditiones potius impreſſæ leges Tabellariæ, quæ occulta ſuffragia permittebant, quas in primis pernicioſas Reipub. idem exiſtimauit Cicero. Nam his ipſis latebra data fuit populo, in qua bonis ignorantibus quid quiſq; ſentiret, tabella uitioſum occultaret ſuffragium. Fuerunt autem 4. leges Tabellariæ. Prima Gabinia, de magiſtratibus mandandis. Secunda Caſsia, de populi iudicio. Tertia de iubendis legibus ac uetandis. Quarta quam tulit Cælius: omnes ferè à ſeditioſis & malis hominibus latæ. Vnde Cicero de his Tabellarijs legibus loquens: Earum dicit neq; latorem quenq; inuentum, neque authorem bonum. Ideoq; uiſum fuit multis, ut omnes hæ leges tollerentur, quę tegerent ſuffragium: ne quis inſpiceret tabellam, ne rogaret, nec appellaret.

Modus eligendi duplex.

Vterq; certe modus eligendi non uacat dolo & periculo. Nam ſiue aperte eligitur, multi ad aucupandum fauorẽ, multi ad declinandum odium, & euitandum periculum: multi pecunia corrupti eligũt, quos occulto ſuffragio non eligerent, ſiue per tabellas & lapillos fiat electio, mala & inhoneſta ſuffragia ſuggeruntur quæ in aperto non æderentur. Sed poteſt tamen electionibus (ſiue per tabellas fiant, ſiue per aperta ſuffragia) talis adhiberi moderatio, ut & libera ſint ſuffragia: ſed ita tamen contracta, ut non niſi bonis & idoneis detur gratificandi uoluntas. Id autem tum fiet, ſi lex Iudiciaria ſeruetur: ea uidelicet, quæ tales eligendos eſſe præſcribat, qui mandatũ officium è dignitate Reipub. adminiſtrare poſsint: & ſi non tales fuerint electi, electio ipſa irrita decernatur. Huiuſmodi legem hodie repræſentant ſacrorum Canonum & Imperatorũ conſtitutiones, quæ & qualitates eligendorum, & certas eligendi formas præſcribunt: & quicquid contra fit, irritum & inane declarant. In quibus inter alia

Quomodo debent eligi Magiſtratus & Iudices.
l. nemo. C. de poſtul.

quoq;

quoq; continetur, ut non alij quàm qui Chriſtiana & Catholica religione imbuti ſunt, iudices ſint, aut alio officio in Republica fungi poſsint. Sed & eorum officio iniungitur, ut nihil ex arbitrio ſuo faciant & propriæ uoluntatis: ſed iuxta leges & iura pronuncient, ſtatutis iuris obtemperent, non propriæ uoluntati, ſed nihil præparatum & meditatum de domo deferant: & ſicut audiunt ita iudicent, & ſicut ſe habet natura decernant: obſequantur legibus, non aduerſentur: examinent cauſæ merita, non mutent, ſcituri quod non magis alios iudicant, quàm ipſi iudicabuntur. Quibus etiam magis quàm partibus terribile iudicium eſt: Si quidem litigatores ſub hominibus, ipſi aũt Deo inſpectore adhibito, cauſas proferunt trutinandas. Sed nec prius iudicandi munere fungi poſſunt, quam Sacramentũ præſtiterint, omnino ſe cum ueritate & legũ obſeruatione iudicium eſſe diſpoſituros: Specialiter autem iurabunt, ſe cõmunicaturos ſanctiſsimæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, nec eidem ſeunquàm aduerſaturos, aut ut ab alijs fiat admiſſuros. Illud etiam iurabunt alij magiſtratus, æquos ſe fore in cauſis utriq; parti, & in publicis diſciplinis exequuturos quoq; ſe uniuerſa delicta, & omnem æquitatem ſeruaturos, ſecundũ quod eis fuerit uiſum iuſtum. Et eos quidem qui innoxij fuerint, undiq; innoxios & illæſos conſeruaturos: noxijs aũt impoſituros ſupplicium ſecundum legem, & omnem iuſtitiam in publicis & priuatis contractibus ſeruaturos. Et huiuſmodi ſane iuramentum præſtant etiam Iudex & aſſeſſores Cameræ Imperialis, iudicaturos uidelicet ſe ſecundũ leges & iura, & laudabiles locorum conſuetudines, & æquos ſe fore iudices diuitibus & pauperibus, & à recto iuſtitiæ tramite ob nullam cauſam ſe declinaturos, &c. Poſtquàm igitur hæretici & ſchiſmatici, legum & legumlatorũ authoritatem, per calumniam & mendacia ſuppreſſerunt, iudicia ipſa & iudices pari furore & malicia perſequi aggrediũtur. Quod hac noſtra ætate multis exemplis demonſtrari poteſt. Nam & legitima iudicia & cenſuras Eccleſiaſticas in multis Epiſcopatibus & ciuitatibus Germaniæ, hodie ſublata uidemus, aliaq; ſacrilega conſtituta, quæ per hæreticos & ſchiſmaticos etiam laicos, nõ quidem ſecundum præſcripta ſacrorum Canonum: ſed ſecundum impia & ſacrilega eorum de nouo introducta commenta adminiſtrantur, & exercentur. Illud quoq; in confeſſo eſt, ab hæreticis & ſchiſmaticis, multos magiſtratus & iudices eo tantum nomine, quod eorum erroribus & prauiſsiuis Concilijs conſentire non potuerunt: & ex authoratos, & quoſdam etiam in exilium actos eſſe, & in eodem deceſsiſſe: ut interim non referã furorem ſeditioſorum, quorum conſilium omnino fuit, omnia iudicia totius Germaniæ mutare, & alia pro arbitrio ſuo conſtituere, ut eius rei libellos quoſdam apud eorum capitaneos repertos fuiſſe, à fide dignis hominibus accepimus. Sed & aliquot annos

l. iubemus. C. de Epi. aud. l. probatoris. C. de diuerſis officijs lib. 12. In Aut. iuſiur. quod præſtatur ab his. Coll. 2. c. iudices. 3. q. 7 l. rem non nouam. C. de iudi.

Iuramentum Magiſtratuũ ſeu Iudicum.

Vt iudices ſint æqui utriq; parti.

Iuramentum Iudicis & Aſſeſſorum iudicij Cameræ Imp.

Audacia hæret. contra iudices & iudicia.

Iura bona abrogant Noua male conſtituunt.

Iniuriæ & uis in iudices ab hæret. illatæ.

Exauthorati Catholici & ſuffecti in eorum locum hæretici Iudices.

annos in hoc maximè à quibuſdam deſudatū eſt, ut iudicium Imperialis Cameræ, exauthoratis Catholicis: qui hactenus iuxta leges & præſtita iuramenta ſua iudicauerunt: ac in eorū locum alijs (qui neglectis antiquis legibus, pro ſuo arbitrio cauſas maximè Eccleſiarum iudicarent) ſuffectis cōmutaretur. Vt interim non referam, con-

Cauſarum religionis ſeu uerius ſpolij ſuſpenſiones.

ſtante hoc tam celebri & æquiſsimo iudicio, cauſarū (quas religionis uocant iſti: alij ſpoliorum ſacrilegorū appellant) inuitis Eccleſiarum ſpoliatarū rectoribus & adminiſtratoribus ſuſpenſiones. Nam hæc & multa alia malo alios iudicare, quam in re tam ardua meā ſententiam proferre. Cæterū quibus iniurijs, calumnijs, & minarum terriculamentis, iudicē & aſſeſſores proſequuti fuerint, & uarijs modis moleſtarint, primum recuſationes eorum, uarijꝗ libelli famoſi, & publicè & priuatim æditi: deinde calumnioſa ſcripta, Cæſari & principibus Imperij contra hoc iudicium & eiuſdem perſonas oblata, teſtantur. Quare factum eſt, ut non ſolum Iudices per contumeliam expulſi, & uelut præcipites dati, ſed omnis etiam iuſtitia in exilium propulſa eſſe uideatur: ut uix eius ueſtigium aliquod in Imperio appareat, planeꝗ ius hodie à paucis dicitur, ſed in manu potius ponitur: & (ut Ennius ait) ferro geritur res, nec rationi legum, ſed propriæ uoluntati obtēperatur. Immò pro legibus uelut oraculū eſt:

Sic uolo ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas.

Et ſi qui fortè uiolentiæ & iniuſtitiæ reſiſtendum eſſe cenſent, mox illud audiunt, quod apud Homerum profert Agamemnon.

Ipſe equidem eripiam, ſi tradere fortè grauetur.

De calumnia & ſæuitia hæreticorum & ſchiſmaticorum in mortuos, Caput XIII.

Quint. Synod. act. 1.

CRudele eſt et omnium immaniſsimū, iniuriam mortuis inferre, & (ut dicitur) mortuos iugulare: Quod tamen hæreticis & ſchiſmaticis in primis peculiare eſt. Cuius rei plurima extant ueterū exempla. Georgius Arrianus, una cū Sebaſtiano Duce Manichæo, cum multos utriuſque ſexus Catholicos, Epiſcopos, presbyteros, mulieres & uirgines, crudeliter occidiſſent, corpora etiā mortuorū celarunt, eorum ſepulturā denegantes. De quibus apud

Trip. lib. 2. c. 3. Hæretici denegant ſepulturam Catholicis.

Theoderitū, Athanaſius in libris de conſolatorijs ad uirgines illas, ad hunc modum ſcripſit. Propterea, inquit, nemo ueſtrū ſit triſtis, licet & ſepulturā uobis denegent impij, & prohibeāt uos efferri: Nam uſꝗ ad hoc peruenit nequitia Arrianorū, ut portás clauderent, & circa ſepulturarū loca ueluti dæmones reſiderent, ne quis ſepeliretur fidelium dilectorum.

Trip. lib. 7. cap. 40.

Sic inter crudelitates, quas Palladius (inſtigante Lucio) in Catholicos exercuit, illa etiā numeratur, quòd corpora

pora uirginũ, quæ uectibus in capite cæſę ſine uoce manſerunt, etiam ſolenni ſepulturæ tradi prohibita ſunt. Quorundam etiam corpora è terra leuarunt, & foras proiecerunt, ut de Acatio referunt Acta Chalcedonenſis ſynodi: alij concrematorum corporum cineres non ueriti ſunt in contumeliam aëris cœliq́ꝫ diſpergere, ut Leo Papa refert: aliorũ corpora in fluuios proiecerunt. Paulus Samoſatenus antiquis & defunctis tractatoribus inſultauit, & illis derogauit, ſuas laudes inuerecundè impudenterq́ꝫ iactauit, ut Euſebius teſtatur. Timotheus Hellurus, & Petrus Moggus Diaconus, de ordinatione Dioſcori, cum ſe ab Eccleſia Alexandrina ſeparaſſent, nolentes communicare Protherio Catholico Epiſcopo, ab eodem damnati ſunt. At illi captata morte Martiani Imperatoris, collectis turbis hæreticorum, qui Dioſcorum ſequebantur, ordinato Epiſcopo Timotheo Helluro, ueniunt Alexandriam, & ante triduum paſchæ, quo cœna Domini celebratur, ab ipſis concluditur in Eccleſia Protherius, quo ſe timore contulerat, ibiq́ꝫ eadem die in baptiſterio occiditur: laniatur, eijcitur, & funus eius incenditur, ſparguntur & cineres eius in uentos, ut Liberatus & Nicephorus tradunt.

Epiſt. 73.
lib. 7. cap. 26.
Liberatus in breuiario cap. 15.
Crudelitas in Protherium Epiſcopum Alexandriæ.

Addimus hic, quæ de crudelitatibus. Seueri & Petri hæreticorum, in quibus & ſæuitia, quam in mortuos exercuerunt, recenſetur. Primus monaſteriorum urbis Conſtantinopolitanæ, & cæteri Archimandritæ, & Monachi Hieroſolymarũ, de ſancta item Syria & de ſancto monte Sinai, ac de tribus Paleſtinis, ad Quintã Synodum porrecto quodam libello ſcribunt.

Narratio monachorum de ſæuitia Seueri et Petri hæret.

Et erat quidem nobis, inquiunt, per uotum proprię promiſsioni uacantibus, huic ſoli attendere, & à nemine eorum qui exterius circumſiſtunt dilaniare: Verum quia dæmon, qui bonũ odit hominem, bonis ſemper inuidens, organa propria inueniẽs, Seuerum ſcilicet & Petrum, per ipſos pacem ſanctarũ Dei Eccleſiarum perturbare non ceſſat: huius gratia & de ipſis in libellis à nobis ſanctiſsimo Papæ Agapeto oblatis, & coram ueſtra beatitudine in prima Synodo lectis, necnon in ſupplicatione pijſsimo Imperatori noſtro data, & ueſtrę ſanctitati remiſſa à ſua pietate, per Theodorum circumſpectum Referendarium, qui & cuiuſpiam iuſsionem, mandantem ſanctæ ueſtræ ſynodo, de omnibus contentis in ſupplicatione, conſyderare: percurimus partem quandam (non enim poſsibile eſt, omnia, quæ ab ipſis, & qui ſimilia iſtis ſapiunt, ab Euriche & Dioſcoro, Acephalis hæreticis deſcendentibus, contra ſanctã Dei Eccleſiam in hac regia urbe, & alijs ciuitatibus præſumpta ſunt & attentantur, diſcutere) hi enim tanq̃ꝫ parua putantes, ea quæ ab ipſis iam præſumpta fuere, totum Orientem perturbarunt, & humano ſanguine ſanctorum & cæterorum uirorum ſe coinquinantes elaborant omnino, & hanc regiam urbem huiuſmodi malis inuoluere, ſi præualebũt. Quæ ſi compendioſo ſermone recapitulare noluerimus, neſcimus quid uel

Act. 1. Quintæ Synodi.
Tenor eorum libelli.

prius uel poſterius enarrabimus, uel quid uti breui ſilentio pertranſeamus: aut quid uti maius patefaciamus, cum omnia ab ipſis perpetrata comperta æqualia ſint, & unum alterum non excedat.

Scelera Seueri & Petri hæret.

Quid ergo dicemus? Iuſtorum ſanguinē, quo manus eorum plenæ ſunt, uel excōmunicationes, quas contra ſanctos Eccleſię doctores eorum dira ora protulerunt: & maxime aduerſus ſanctā Chalcedonenſem Synodum, & Beatum Papam Leonem, ſed & ſchiſmata ſanctarum Eccleſiarum ac fidelium populorū ſcandala: ſed & impetus in Dei dilectos Archimandritas, & in ſanctos ſacerdotes fecerunt: conſtipante eos uirorū multitudine, ut excōmunicationes aduerſus ſanctos repeterent. Inſuper etiam confeſsiones inſcriptis continentes Anathematizationes aduerſus prædictos patres, quos in neceſsitate omni extortione immittentes qnibuſdam, qui ſub ipſis erant ſacerdotes, ab eis afferebāt: quandoquidem alter † Theopolitarū, alter uero Apamiæ Eccleſiarū thronum, illicite ac contra omnem ſacrum canonem ſubripuerunt, & contaminauerunt: licet neq; in monachos uel clericos canonicè ordinati, hanc dignitatem adepti ſint.

† id eſt, Antiochenſium.

Verum quid dicemus, ad ſanctorū digitos confractos, quibus altaria circundabāt, & ad ipſa ueluti ad locum aliquem intemeratū confugiebāt, propter prædictorum homicidia. Vnde extincti à uiris homicidis, uiolentæ morti traditi ſunt, & in ipſis locis uenerabilibus, ab ipſa immanitate & crudelitate ordinati, non ualentes diſcernere ſanctū locum à prophano.

Homicidia in Eccleſijs.

Tacemus & ſuffocatricis manus impoſitiones ipſorū prophani & falſi ſacerdotis, & pro præmortua uiuentis ſuper ordinādis uerba inuocationis proferentis, non diuinæ gratiæ, ſed de uentre noua dicentis ac de terra loquentis. Tacemus & carceres & uincula, ac aduerſus uenerabilia monaſteria die noctuq; latrocinia: inſidias ac rapinas in ipſis, ac deuotorū uiolentas iugulationes. Tacemus & inſidias in uijs cōtra ſanctos factas: & ipſorū ſanguinis innocentis conſperſionem, cum diuino zelo moti ad ſepta † Mandrani ſancti Simeonis iter facerent, cōmunis uiſitationis gratia propter perſequentes Eccleſiam, & pro his qui monebātur ab iſtis. Congregabāt enim multitudinem iniquorū latronum Iudæorū, & immittebant in illos honorabiles uiros. Itaq; iſtorū inhumani miniſtri, ad ſtationē miſsi, inſidiabantur prædictis ſanctis uiris. Dumq; aderant, ipſi de inſidijs ſurgentes irruebant repente in eos. Et eorū caniciem non ueriti, opus gladij in ipſos fecerūt, circa trecentos quinquaginta numero exiſtentes, eorumq; membra in ſtrata diſperſerunt, non tradentes ſepulturæ eorum uenerabiles reliquias: neq; ipſorum tugurijs parcentes ob cauſam fidelis populi, Inferentesq; tunc & dirum opus Iudæorum. Nec mirum ſi huiuſmodi inania ſacrificia dæmonibus, quibus ſeruiebant, reddebant, & maximè Seuerus, utpote qui gentilem ſuperſtitionem nondum abiecit. Illorū enim erant diſcipuli, de quibus Dauid clamat,

Latrocinia in Monaſteria.

... † Mandrani

...el corpora ...it necē in... ...ata diſperſa

clamat, dicens: Et ſacrificarunt filios ſuos & filias ſuas dæmonibus, & effuderunt ſanguinem innocentem: ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarũ, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan. Et infecta eſt terra in ſanguine, & contaminata eſt in operibus eorum, & adulterati ſunt in adinuentionibus ſuis.

Pſal. 105.

Ad idẽ genus referuntur crudelitates, quas ſanctorũ reliquijs inferũt hæretici, ejciẽtes eas ex tumbis, comburentes uel in flumina proijcientes, ut nuper in Anglia factum eſſe dicitur. Et nos, ſimili furore & noſtros quoq; hæreticos in ſanctorũ corpora ſæuijſſe, uidimus.

Crudelitates hæret. in reliquias ſanctorum.

Fœlix Papa primus conſtituit, ut ſuper memorias martyrum Miſſæ celebrentur, ne memoriæ eorum ab hæreticis extinguantur: Qui in hoc omnium maxime intenti ſunt, ut ſanctorum memorias execrentur.

Epiſt. 2.

Quorum ope & auxilio, hæretici & ſchiſmatici, ad perſequendam Eccleſiam & Catholicos, utuntur, Cap. XIIII.

ILlud quoq; hæreticis & ſchiſmaticis peculiare eſt, ut quod per ſe ſoli non poſſunt, id aliorum auxilio adiuti perficiant. Primum igitur ut diabolus primum noſtrum parentem Adam per mulierem Euam decepit, ita & ipſius filij hęretici mulierculárum ope, & plurimos ſæpe in Baratrũ errorũ ſuorum præcipitarunt. Eos aũt quos conſtanter in fide Catholica permanere uidiſſent, uarijs deriſionibus, calumnijs, & crudelitatibus perſequuti ſunt.

Mulieres aptę ad decipiendũ

Simon Magus, Helenam erroris ſui & defectionis comitem (quæ prius in proſtibulo ſteterat, ad Tyrum urbem Phœnicis) ſibi aſſociauit, cuius auxilio adiutus multos decepit.

Helena Simonis Magi.

Nicolaus Antiochenus, unus ex ſeptem Diaconis, primum quidem diſcipulis Domini coniunctus, & inter præcipuos primas etiam obtinuit: poſtea autem lapſo in ipſum diabolo, ac cor ipſius poſſidente, non ſolum cum mulieribus maximã conſuetudinem habuit, ſed etiam nouum errorem excogitauit, dicens: Niſi quis ſingulis diebus uenerem exerceret, non poſſet particeps fieri uitæ æternæ: Quin uxorem etiam ſuam, quam habuit, pulchritudine decoram, in medium productã, ſi quis eam habere uellet, permiſit. Huius ſectatores, qui ab eo Nicolaitę ſunt appellati, huiuſmodi factum & dictum magiſtri ſequentes, iuſtum eſſe putarunt, ut unuſquiſq; carne ſua, in quod liberet, abuteretur. Vnde & abſq; ulla reuerentia promiſcuos & illicitos coitus appetebant, ut Epiphanius ſcribit: Et apud Euſebiũ Clemens Alexãdrinus. Quam ſectam etiam Deus odit, iuxta illud in Apocalypſi: Quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi, ut ſcribit Hieronymus. Quanquàm Euſebius hunc Nicolaum ab huiuſmodi errore excuſat, aſſerens ſibi compertum eſſe, ipſum nullam prorſus agnouiſſe mulierem, præter

Hęreſis Nicolaitarum.

Lib. 3. eccle. hiſt. cap. 29.
Epiph. l. 1. to. 2
Apoc. 2.
Lib. 1. aduer. Ioui.

cam, quam in matrimonium acceperat: Quin etiam liberos eius, fœminas, uſque ad ultimam ſenectutem caſta uirginitate duraſſe, filium autem ſanctitatẽ incorruptæ uitæ cuſtodiſſe. Sic Martion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philomenen comitem habuit doctrinarũ ſuarum. Montanus, qui ſe prophetã eſſe dixit, & paracleti nomen uſurpauit, Duas mulieres Priſcam & Maximillam, inſani ſpiritus, quo & ipſe replebatur, participes ſibi fecit: & ad inſaniendum ſecum pariter edocuit, quo facilius uterque ſexus in errorẽ per utrũque caperetur, ut inquit Euſebius. Vnde per has mulieres, multas Eccleſias primũ auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Arrius & Achilles, quo facilius alios decipere poſſent, primum ſcelerum ſuorũ ſocias mulieres ſibi fecerũt. De quibus Alexander Alexandrinus Epiſcopus ad Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcribens. Laudem, inquit, propriam, ut aſſolet, aucupantes, omnia quidem quæ contra nos poſſunt deriſiones afferre, negociãtur, ſeditionesque nobis quotidie, ac perſequutiones inſtituunt: tam iurgia proponentes per aditiones mulierum impudentium quas ſeducũt, quam ipſi cõmuni Chriſtianitati derogantes, dum eorum iuuenculæ omnes circumeunt uicos. Inſuper irrumpibilem Chriſti tunicam, quam milites diuidere noluerunt, iſti ſcindere præſumunt. . Donatus per Aphricã Lucillæ ope adiutus eſt, in Hiſpania Agape † Helpidiſ errorũ ſocia & adiutrix fuit. Maxime uero illud ſemper curarũt hæretici & ſchiſmatici, ut ſeſe in eorum amicitiam & familiaritatẽ inſinuarent, & ueluti ingererent, quos ſcirent principibus charos eſſe, & aliqua apud eos authoritate ualere: & in primis mulierum etiam & Eunuchorũ, quorũ ope & auxilio, quod per ſe apud principes non potuerunt, facile impetrarunt. Sic Arrius à Conſtantino in exilium actus, primum per ſacerdotem quendam, ſui erroris participem, Conſtantiam Imperatoris ſororem decepit: quæ quidem apud fratrẽ adiutrix Arrio fuit, ut ab exilio reuocaretur: & Aduerſaria Athanaſio, ut in exilium pelleretur. Deinde idem presbyter teſtamentum, quod moriturus Imperator Conſtantinus ei tradiderat, conteſtatus id ſpecialiter, ne ulli niſi Conſtantio filio cum ueniſſet, in manus traderet, Mortuo iam patre, ut iuſſus erat, depoſitum reſtituit: ob quam rem tantã apud principem hunc gratiam meruit, ut uſque ad principem Palatijque potentes haberet acceſſum, à quo & Imperator (qui imperare cunctis ambiebat) imperari ſibi æquanimiter paſſus eſt. Erat & Euſebius Arrianus, eorundem artibus in aula principali ita perſpicuus, ut ſuos conſectatores faceret Auguſtos et proceres, ut Zozomenus in Tripartita teſtatur: Atque horum etiã ope Arriana hæreſis, quæ antea in Nicæna Synodo ſub Conſtantino patre extincta fuerat, filio iam regnante, & ab hæreticis poſſeſſo reſuſcitata, & Catholicæ fidei profeſſores multas calumnias

Aliorum hæreticorum mulieres.

Euſeb. lib. 5. eccle. hiſt. c. 16. Trip. l. 1. c. 14.

† Helpidiſ

Aſtutia hæretic. ad inſinuandum ſe principibus.

Presbyter promotor Arrij per Conſtantiam.

Ruff. lib. 10. eccle. hiſt. Trip. l. 4. c. 1.

calumnias & crudelitates perpeſsi fuerunt. Iuſtina Valentiniani
maioris uxor, illa quam propter formam & pulchritudinem ab alte- *Trip.li.5.c.11.*
ra uxore ſua Seuera tantopere cõmendatam, ſecundam duxerat (le-
ge ob id lata, ut liceret, ſi quis uellet, habere duas uxores) Arriano-
rum perfidiæ patrocinata eſt, ipſa Arriana labe tota infecta. Nam *Trip.lib.9.*
quæ uiuo marito lædere non ualuit orthodoxos, eo mortuo & filio *ca.20.*
ſuo Valentiniano iuniore ualdè iuuene Imperium tenente, Medio-
lanum ueniens, Ambroſium Epiſcopum, cui ualde infeſta fuit, in exi-
lium mitti iuſsit. Ambroſius autem de Eccleſia exire iuſſus, reſpon-
diſſe fertur, Hoc ſponte nõ faciam, ne lupis ouium ſepta contradere
uidear, aut blaſphemantibus Deũ: Hic ſi placet occide, hoc loco mor-
tem prona ſuſcipiam uoluntate: Circumfuſi milites armorum crepi-
tus, quibus uallata eſt Eccleſia, fidem non terrent meam, ſed mentem
exagitant. Idem iuſſus tradere Baſilicam Imperatori, reſpondi: *Ambroſius in*
Si à me peteret quod meũ eſt, id eſt, fundum meum, argentũ meum, *oratiõe in Au-*
non refragabor: uerum ea quæ diuina ſunt, Imperatoriæ maieſtati *xentium lib.5.*
nõ ſunt ſubiecta. Si patrimonium quærit, inuadite: ſi corpus, occur- *Epiſtolarum.*
ram: uultis in uincula rapere, uultis in mortem? uoluntas eſt mihi:
non ego uallabo me circumfuſione populorum, nec altaria tenebo,
uitam obſecrans, ſed pro altaribus gratis immolabor. Item, Ad
Imperatores palatia pertinent, ad ſacerdotes Eccleſiæ: publicorũ tibi
mœnium ius cõmiſſum eſt, non ſacrorum. Sed & eadem Iuſti-
na, cum uideret à populo diligi Epiſcopum, nec ut in exilium trahe- *Malicia Iuſti-*
retur permittere, magis indignata uocauit Beneuolum tunc Quæ- *næ & probi-*
ſtorem, iubens, ut uelociter proponeret legem, quæ fidem prolatam *tas Beneuoli*
Arimini cõfirmaret. Cum ille hoc agere detrectaret (erat enim Or- *Quæſtoris.*
thodoxus) maioribus eum cingulis inuitabat. Beneuolus aũt diſcin-
gens ſe, Baltheum ante pedes Auguſtæ proiecit, dicens: Non illum *Trip.lib.9.*
honorem, neq; maiorem uelle ſe pro impietatis habere mercedem. *cap.32.*
Cumq; ille hoc facere omnibus modis † refutaſſet, inuenti ſunt alij, *† recuſaſſet*
qui nequitiæ iuſsiònibus miniſtrárent. Valens Imperator ab *Valens Imp.*
Arriana ſua uxore & Arrianorum patrona Dominica deceptus, *a Dominca*
Catholicos crudeliſsime perſequutus eſt: De quo ità ſcribit Theode- *Vxore ſua de-*
ritus. Valens ea infœlix paſſus eſt, quæ progenitor Adam: Coniugis *ceptus, factus*
enim eſt ſeductus alloquio, & muliebribus uerbis illàqueatus. Illa *eſt Arrianus.*
nanq; primitus Arrianæ fallaciæ captionibus irretita, etiam iſtum ſe- *Lib.7.c.13.*
cum corruere in blaſphemiæ foueã perſuaſit. Cuius ſeductionis au- *Impium iura-*
thor fuit Eudoxius. Is enim adhuc Conſtantinopolitanæ guberna- *mentum Va-*
cula tenebat Eccleſiæ: non Regis, ſed ſuam potius mergens nauim. *lentis Imp.cõ-*
Tunc ergo in ipſo baptiſmatis tempore, iureiurando miſerrimum *tra Catholi-*
obligauit, & ut in impietate dogmatis perſeueraret, & undiq; cõtra- *cos.*
ria ſapientes expelleret: quod iuramentum deinceps etiam diligenter
cuſtodiuit. Nam cum omnibus alijs conceſsiſſet, ut religiones ſuas

colerent, ſicut uellent: eos ſolos oppugnauit, qui Apoſtolica dogmata propugnarunt. Perſimilis Herodi, qui ſaltatrici præmiũ, quod

Valens in iuraiheto ſimilis Herodi.

turpiter iureiurando promiſit, crudeliter ſoluit. Nam ut turpe eſt, quod regnum pro ſaltatione promittitur: crudele, quòd mors prophetæ pro iuriſiurandi religione datur: Ita turpe quoq; fuit, iureiurando ſe ad defenſionem impietatis & impugnationem Catholicæ fidei obligare. Crudele etiam, impios fouere, iuſtos autem & pios propter Catholicam Chriſti fidem perſequi. Sanè tolerabilius fuiſſet tali Sacramento periurium: ſi modo periurium dici poteſt, quod ebrius inter uina iurauerat: & quod muliebribus blanditijs perſuaſus,

Eudoxia contra Io. Chryſoſtomum.

homini hæretico promiſerat. Eudoxia uxor Arcadij Imperatoris, aduerſarijs Ioannis Chryſoſtomi auxilio apud principem fuit, ut in exilium pelleretur ſanctus Epiſcopus, qui & in exilio mortuus fuit: ſed non antea quieuit populus Catholicus Conſtantinopolitanus, quàm corpus eius Conſtantinopolim referretur. Quod & à

Niceph. in eccle. hiſt.
Trip. lib. 10. cap. 26.
Theoderitus lib. 5. cap. 36.

Comanis, ubi ſepultum fuerat, proximo anno poſt triginta tres annos in Regiam urbem funebribus pompis, una reliquias comitantibus Imperatore ac Imperatrice Pulcheria, in Eccleſia Apoſtolorum multo cum honore reconditum, & Eccleſiæ ſuæ reſtitutũ fuit. Chry-

Eunuchi fraus contra Pulcheriam.

ſaphius Eunuchus apud Theodoſium Imperatorẽ in primis potens, Eutichiano errori fauens, plurimum Catholicæ fidei & Orthodoxis aduerſatus eſt: Qui cum uideret Pulcheriam, Imperatoris ſororem, quæ tum res ciuiles retinebat, eius conatibus reſiſtere poſſe, primum Eudoxiam, inſidiarum ſuarum nondum expertam, decepit: quam & inſtigat, ut Pulcheriam apud Imperatorẽ traducat, eiq; perſuadeat, quo præciperet Patriarchæ Flauiano, ut ſororem Pulcheriam, tanquam

Flauianus

quæ uirginitatem elegiſſet, Diaconã conſecraret. Flauianus pariturum ſe mandato principis ſimulat, uerũ interim pijſsimã fœminam clàm per literas admonet, ne coram ſe compareat, ne agere cogeretur, quæ illi mœſtitiam eſſent allatura. Chryſaphius igitur fruſtratus ſpe ſua, alium modum perſequendi Flauianum, aliosq; Catholicos tentat: Nempe apud Imperatorem efficit, ut Concilium Epheſinum ſecundum celebretur, eiusq; præſidentem facit Dioſcorum Ale-

Latrocinale Concilium, Epheſinũ Secundum.

xandrinum Epiſcopum Eutichianum, cui & exercitum magnũ mittit in auxilium. Is igitur latrocinali huic Concilio præſidens, nõ permiſit adeſſe notarium alium Concilio, ſed ſuos tantũ fecit ſcribere, quæ gerebãtur, in quo concilio præter alias crudelitates, quas in Catholicos Epiſcopos exercuit Dioſcorus, Flauianum ipſum ab Epiſcopatu remouit, & ante depoſitionẽ calcibus ſubmiſſus, poſt triduum mortuus eſt: alios autem Epiſcopos ui militum & gladiorum, ut nu-

Theodoſius II male deceptus, errorem correxit.

dis chartis ſubſcriberent, coëgit. At non multò pòſt Imperator Theodoſius, qui alioqui mobilis fuit, & adeo facilis, ut etiam chartis non lectis ſubſcriberet, ſentiens ſe Chryſaphij aſtutijs deceptum, tri-

ſtabatur,

ſtabatur ſuper impietate & iniuſtitia, in Flauianum & reliquos Epi-
ſcopos perpetrata, Chryſaphiũ quidem Eunuchũ in inſulã quandam
deportauit: uxorem aũt Eudoxiam Hieroſolymã miſit, Pulcheriam *Pulcheriæ pietas erga Flauianum.*
ad Imperialia reduxit, quæ ex Epheſo corpus ſancti Flauiani cum
multo honore, ad regiã ciuitatem deferri, & apud ſanctos Apoſto-
los recondi curauit: Poſt hæc celebratur Concilium Chalcedonenſe,
in quo Eutichetis errore damnato, ipſe quoq; Dioſcorus deponitur.
Interea Eudoxia Hieroſolymis conſiſtens, propter depoſitum à Sy- *Eudoxia Dioſcori fautrix.*
nodo Chalcedonenſi Dioſcorum, iam etiam Synodo aduerſari cœ-
pit. Quod ſentiens Theodoſius quidam Monachus, homo peſtilen
tiſsimus, & ipſe cõtra Synodum clamare cœpit, quaſi rectam fidem
ſubuertentem. Ideoq; ſurrepta Auguſta & monachis proprijs, cædi-
bus uſus more Barbarico, Archieraticum Thronum rapit, & homi-
nes Auguſtæ miniſtros habens, Epiſcopos promouet per ciuitates,
cum adhuc eſſent Epiſcopi in Synodo: Catholicos aũt Epiſcopos ua
rijs modis perſequitur, alios quidem tormentis afficiens, alios occi-
dens, aliorum aũt domos igni tradens, ita ut urbs à Barbaris capta
æſtimaretur. Theodora Iuſtiniani Imperatoris uxor, ab Euthi-
chianis hæreticis ſeducta, ipſa quoq; Eutichiana facta, Anthimum
hæreticum propter Eutichianam hæreſim ab Epiſcopatu Conſtan-
tinopolitano depoſitum, ad eundem reducere ſtudens, Syluerio Pa-
pæ imperauit, ut pulſo Menna Catholico Epiſcopo, Anthimum re-
uocaret. Id aũt facere cum Pontifex recuſaret, Vigilium, diaconum
Agapiti, promiſſa magna copia auri et papatu, ſubornarat, ut fidem
Eutichianã confirmaret: ac præterea præceptum ei dedit ad Beliſa-
rium, ut Papa ordinaretur. Veniẽs igitur ad Beliſarium, præceptum
ei tradidit Auguſtæ, & duo ei centenaria promiſit, ſi Syluerio re- *Liberatus in*
moto, ipſe ordinaretur pro eo Pontifex. Quam rem Beliſarium ad *Breuiario c. 22.*
hunc modum confeciſſe narrat Liberatus. Beliſarius Romam re-
uerſus, euocans Syluerium ad palatium, intentabat ei calumniam,
quaſi Gothis ſcripſiſſet, ut Romam introiret. Fertur enim Marcum
quendam ſcholaſticum, & Iulianum quendam Prætorianum, fictas
de nomine Syluerij compoſuiſſe literas, Regi Gothorum ſcriptas, ex
quibus conuinceretur Syluerius, Romanã uelle † perdere ciuitatem. *† prodere*

Secretò autem Beliſarius et eius coniunx perſuadebant Syluerio, *Impia acta Beliſarij cum*
impleri præceptum Auguſtæ, ut tolleretur Chalcedonenſis Syno- *Syluerio Papa*
dus, & per Epiſtolam ſuã hæreticorum firmaret fidem. Qui mox pa-
latio egreſſus, quid de eo fieret, conſiliarijs ſuis locutus eſt, & ueniens
contulit ſe in Baſilicam Beatæ Martyris Sabinæ, ibiq; manebat: ubi
& directus eſt ad eum Photis, filius Antoninæ Patriciæ, ut præſtito
Sacramento inuitaret eum uenire ad palatium. Qui autem Syluerio
aſtabant, perſuadebant ei, ne Græcorum crederet iuramentis: Ille ta-
men exijt, & ad palatium uenit. Et illa quidem die pro iuramento ad

Eccleſiam radice permiſſus eſt. Ad quem rurſus mãdauit Beliſarius, ut ad palatium ueniret. Qui de Eccleſia exire nolebat, dolos ſibi præparatos agnoſcens, ſed poſtea orans, & cauſam ſuã Domino cõmendans, exijt, & ad palatiũ uenit: Qui ſolus ingreſſus, à ſuis ulterius non eſt uiſus. Et alia die Beliſarius cõuocatis presbyteris & diaconibus, & clericis omnibus, mandauit eis, ut alium ſibi Papã eligerent. Quibus dubitantibus & nonnullis ridentibus, fauore Beliſarij ordinatus eſt Vigilius: Syluerius aũt in exilium miſſus eſt, in ciuitatem prouinciæ Lyciæ, quæ Patara dicitur. Poſt ordinationem ſuã, compellebatur Vigilius à Beliſario, implere petitionem ſuã, quam Auguſtæ promiſerat, & ut ſibi redderet duo centenaria promiſſa: Vigilius aũt timore Romanorũ, & auaritia patrocinante, nolebat petitiones ſuas implere. Sed Syluerio ueniente Patarã, uenerabilis Epiſcopus ciuitatis ipſius uenit ad Imperatorem, & iudicium Dei conteſtatus eſt, de tantæ ſedis Epiſcopi expulſione: multos eſſe dicens, in hoc mundo Reges, & non eſſe unum, ſicut ille Papa eſt ſuper Eccleſiam mundi totius, à ſua ſede expulſus. Quẽ audiens Imperator, reuocari Romam iuſsit, & de literis illis iudicium fieri, ut ſi probaretur ab ipſo fuiſſe ſcriptas, in quacunq; ciuitate Epiſcopus degeret: ſi aũt falſæ fuiſſent probatæ, reſtitueretur ſedi ſuæ. Pelagius uero currens cum uoluntate Auguſtæ, uolebat irritum facere Imperatoris præceptũ, ne Syluerius Romam ad Italiam reuerteretur, ſed ualente Imperatoris iuſſione, Syluerius ad Italiam reuerſus eſt. Cuius aduentu territus Vigilius, ne ſede pelleretur, Beliſario mandauit. Trade mihi Syluerium, alioquin non poſſum facere quod à me exigis. Ita Syluerius traditus eſt duobus Vigilij defenſoribus, & ſeruis eius: Qui in Palmariam inſulam adductus, ſub eorum cuſtodia defecit inedia, Hæc Liberatus. Platina, totum hoc negocium à Beliſario uxori ſuæ Antoninæ commiſſum, & ab eadem confectum eſſe, narrat. Paucis igitur his ueterum exemplis ſatis demonſtratum uidetur, hæreticos ipſos, quod per ſe non potuerunt, id ope mulierũ, Eunuchorum, monachorum, maximorum etiã principum in eorum perfidiam permutatis animis, in detrimentum ueræ & Catholicæ fidei, non ſolum tentaſſe, ſed ut uoluerunt perfeciſſe: ut iam nulli mirum uideri poſsit, ſi hac quoq; noſtra ætate huiuſmodi hominũ artibus & calliditate, apud magnos principes tantam religio iacturam patiatur. Cuius rei malo quemuis pium hominẽ tacitè præſentia & nimis manifeſta exempla contemplari, & (quod Chriſtiana pietas compellit) lamentari: quàm de his meam ſententiam proferre. Nam & hæc ætas ſuos Chryſaphios habet, Ieſabel, Herodiades, Iuſtinas & Dominicas: quorum inſtigatione ſancti homines nihil non calumniarum & crudelitatum patiuntur.

Vigilius pro Syluerio factus a Beliſario Papa.

Tragica in Syluerium Acta Romæ.

Platina in Syluerio.

Quales ſunt hæreticorum adiutores.

Ex hæreſibus naſci ſchiſmata & ſeditiones, Caput XV.

QVemadmodum ex hæreſibus hæreſes: ita ex hæreſibus ſchiſmata quoq; & ſeditiones naſcuntur. Sicut enim per ueram & Catholicam fidem, qui diuiſi & ſeparati ſunt, uniuntur: ita per hereſes qui uniti ſunt, ſcinduntur & ſeparantur. Primum quidem Catholici, ut ab unitate Eccleſiæ deficiant, maximè uerò rudes animæ, & needum in fide firmatæ & ſtabiles: Deinde etiam hæretici ipſi, qui in una ſecta pari impietate participant. Nam & ſectę hæreticorum, quantumlibet ab initio concordes, tamen tractu temporis in diuerſas partes ſcinduntur, capitibus quidem diuerſæ, ſed cauda tamen colligatæ, ut inquit Innocentius. Sicut de Martionis, Arrij, & aliorum hæreſibus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & ſancti patres tradunt. Atubi ſciſſuræ ſunt & diuiſiones, ibi ſeditiones fiant neceſſe eſt, Etenim dum unaquæq; pars uel doctrinam ſuam, uel doctores tueri, & alterius impugnare, & ſubuertere conatur: fieri non poteſt, quin concitatis turbis inter ſe tumultuoſius cōmittantur. Sic Iudas & Sadoceus, cum tres eſſent ſectæ apud Iudæos, ſaducæorū, phariſeorum, & Eſſæorum, Quartam ipſi introduxerunt: quam ut defenderent, eiuſq; amatorum copiam conquirerent, ſeditionibus ac tumultibus impleuerunt Rempub. multis ciuium inter ſe cædibus, deprędationibus, incendijs, & ſacrilegijs perpetratis. author Ioſephus. Sic etiam Apoſtolorū temporibus, & non longè poſt, multæ ex hæreſibus natę ſunt ſeditiones & ſchiſmata: De quibus Egeſippus apud Euſebiū. Poſteaquā, inquit, Iacobus, qui cognominatur Iuſtus, martyr effectus eſt, ſicut Dominus etiam ipſe reddens teſtimonium ueritati lectione diuina, Simon Cleophæ filius Epiſcopus ordinatur, electus ab omnibus, pro eo quòd eſſet cōſobrinus Domini. Propterea aūt tunc Eccleſia uirgo uocabatur, quia nondum fuerat adulterini uerbi ſubreptione corrupta, ſed Theobutes quidam, quia repulſam meruit Epiſcopatus, ipſe cœpit initio perturbare omnia & corrumpere, qui erat ex ſeptem hæreſibus in populo conſtitutis. Ex quibus erat & Simon, à quo Simoniani: Cleobius, unde & Cleobiani, & Doſitheus, unde Doſitheani: & Gortheus unde Gortheani: & Maſbuteus, unde Maſbuthei: ſed & Menander, unde Menandriani. Ab ipſis & Marioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, & Baſilidæ, & Saturniani. Quorum unuſquiſq; diuerſis corruptionibus fidei ſeorſum ſchiſma componens, proprias ſectas, & proprios habuit ſectatores. Ex quibus proceſſere pſeudochriſtiani, et pſeudoprophetæ, & pſeudoapoſtoli: qui in diuerſas partes fratrum unitatem ſcindentes, per corruptelam doctrinę caſtum Eccleſiæ cubile ma-

Per hæreſes, uniti ſcinduntur.

Euſeb lib. 5. cap. 13.

Seditiones ex hæreſibus naſci neceſſe eſt.

Lib. 18. cap. 1. antiq. Iudaic.

Lib. 4. Eccle. hiſt. ca. 22.

Eccleſia uirgo

Hæretici ſunt pſeudochriſtiani.

cularunt, impietatẽ loquentes aduerſus Dominũ, & aduerſus Chri-
Trip. l. 1. c. 17. ſtum eius. Hæc Euſebius. Sic Alexandro Alexandrino Epiſcopo
Seditiones per Arrij hereſim. & Euſebio Nicomedienſi, inter ſe diſſentientibus: Illo Catholicam fidem tuente, altero Arrij hæretici partes defendente, grauis ſeditio orta eſt: alijs Alexandro, alijs Euſebio adhærentibus. Nec iam præſules tantum ratiocinationibus inter ſe certare uidebantur, ſed etiam populus diuidebatur, & ad tantum cauſa uenit incendium, ut in publico & in ipſis Theatris, in nõ paruum fidei detrimentum fierent conflictus. Prætereo iam multas alias ſeditiones, quas diuerſis
Seditiones per Donatiſtas. temporibus peperit Arriana hæreſis. Multas item, quas Donatiſtarum & Circumcellionũ impietas in Aphrica concitauit, de quibus uaria in Tripartita, aliſq; hiſtorijs Eccleſiaſticis, & apud ſanctos pa-
Seditio Rauennæ per Iconoclaſtas. tres, ſcripta reperiuntur. Temporibus Leonis III. Imperatoris, tanta propter hæreſim Iconoclaſtarũ Rauennæ ſeditio orta fuit, ut in ipſo tumultu multi etiam interempti fuerint: alijs Imperatori adhęrentibus, pręcipienti, ut omnes qui ſub Imperio Romano eſſent, ſanctorũ omnium Martyrũ, & angelorũ ſtatuas atq; imagines, è templis abraderent & auferrent: alijs Gregorio Papæ ſecundo (ut & ſupra dictum eſt) obtemperantibus omnes Catholicos admonenti, ne
Supra lib. eod. cap. 2. in tantum errorem timore uel Edicto principis, ullo modo dilaberentur. Sic condemnatis atq; combuſtis in Concilio Conſtan-
Æneas Syluius in hiſt. Bohem. cap. 36. & 38. tienſi Ioanne Huſs, & Hieronymo Pragenſi hæreticis, maxima in Boëmia concitata ſeditio eſt, conuenientibus ex hæreticis xl. millibus uirorum: In qua ſeditione duce Ziſcha, nobiliſsima templa & monaſteria deiecta, igni conſumpta & penitus deuaſtata fuerũt, & nihil
Sup. eod. ca. 4. non crudelitatis in Catholicos perpetratũ eſt, ut ſupra oſtendimus.
Seditiones & tumultus Ruſticorum noſtris temporibus per hæreticos. Nec minus atrox & cruenta fuit ſeditio, quam ſuperioribus annis innumera prope paſsim in Germania collecta multitudine concitarunt agricolæ, cuius & ipſius authores fuerunt noſtri temporis hæretici: docentes idem, quod in Boëmia Huſsitæ, liberum eſſe prædia poſsidentibus, ſi uellent decimas ſoluere: ſi nollent, nullo iure cogi poſſe. Vnde ex reliquijs ſeditionis Boëmicæ illa noſtra nata uideri poteſt: quæ & eodem furore in Eccleſias & orthodoxos graſſata eſt, ut multæ Eccleſiæ, multa monaſteria, & multæ arces paſsim in Germania deuaſtatæ demonſtrant. Sed nec in totum extincta eſt huiuſmodi ſeditio, quantumlibet multis milibus Ruſticorũ cæſis: immò aliam multò truculentiorẽ peperit, quæ pernicioſius aliquanto in Eccleſias & Eccleſiarum miniſtros debacchatur. Siquidem hæretici & ſchiſmatici noſtri, & eorũ fautores et defenſores, ſacerdotibus & Eccleſiarũ miniſtris, nõ ſolũ non ſoluũt decimas, ſed etiã expulſis alicubi ex Eccleſijs Epiſcopis, & ex monaſterijs eiectis monachis, omnes Eccleſiarũ prouentus ſibi uendicant, & in prophanos uſus conuertunt: & quod omnium eſt peſsimum, authoritate ſe id facere uerbi diuini

gloriantur,

glorianτur. Magna ſanè inter hos & illos ſuperiores inæqualitas, non quidem in genere delicti, quia utriq; ſeditioſi, niſi quod in illo eodem genere grauius etiam peccant hi quàm illi, ſed in genere pœnæ. Siquidem illi propter perpetratum delictum gladios, ignes, & omnia genera tormentorum paſsi ſunt: hi uerò in eodem genere, & propter idem & grauius delictum, non ſolum non puniuntur, ſed etiam laudantur, & multis inſuper honoribus afficiuntur. Multas præterea ſeditiones olim, propter electiones prælatorũ, inter Catholicos & hæreticos concitatas fuiſſe legimus. Sic Alexandro Catholico Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopo mortuo, populus in duas diuiſus partes fuit: alijs Arrianum dogma, alijs Nicæni decreta Concilij defendentibus. Itaque Homuſiani Paulum ordinauere Pontificem Conſtantinopoli: Arriani uero Macedonium. Qua ordinatione facta, propter Macedonium ingens ſeditio facta eſt, multo Chriſtianorum fuſo ſanguine: propter quod Conſtantius, miſſo magiſtro militum Hermogene, cum Paulum expelli iuſsiſſet; iterum facta ſeditione, populus ad ultionem paratus, magiſtro militum reſtitit: cuius etiam domũ incenderunt, ipſumq; trahentes interemerũt. Hanc deinde ex eadem cauſa alia ſubſequuta eſt ſeditio. Nam Conſtantius uidens Paulum adhuc ſedem Conſtantinopolitanã obtinere, iratus, miſſo Philippo præfecto, iterum eum expelli iubet: cui dicto parens Philippus, Paulum clàm & inopinato, inſcio populo, in exilium egit, & in ſedem Macedoniũ introduxit: Quo facto, territo populo, uniuerſi & Homuſiani & Arriani in Eccleſiam concurrerunt: in quos facto tumultu per milites, peremptι fuerunt circiter tria milia centum & quinquaginta. Auxentio Arriano Epiſcopo, Mediolani defuncto, atq; per Imperatorẽ euocatis Epiſcopis, ut in defuncti locũ aliũ ſufficerẽt, orta eſt inter ciues ſeditio: alijs hunc, alijs aliũ ordinare petentibus. Nam qui de Auxentij Arriani ſecta fuerãt, ſimilem ſibi fieri concertabant: rurſum orthodoxi, ſui dogmatis nitebantur habere Epiſcopum, quæ ſeditio tandem Beato Ambroſio in Epiſcopum electo ſedata fuit.

Aequal: delictum ſed inæqualis pœna.

Trip. li. 4. c. 8

Seditiones Alexandriæ.

Trip. li. 4. c. 13

Seditiones in urbe Regia per Macedonium Arrianum.

Seditiones Mediolani per Arrianos.

Propter hæreſes & ſchiſmata, Reſpublicas & earum ſtatum & formam in peius commutari, Caput XVI.

TRes ſunt modi quibus Reſpub. rectè gubernantur. Ariſtoteles ſpecies ſiue formas Rerumpub. appellat: Monarchia ſiue regnum, Ariſtocratia ſiue optimatũ poteſtas, & Timocratia ſiue cenſu poteſtas. Habet autem unaquæq; ſuas proprias leges, quas Ariſtoteles eleganter in Politicis deſcribit.

Tres ſpecies Reipub.

Et ut duo ſunt genera rerum, ex quibus Reſpublicæ conſiſtunt, ſacræ & prophanæ; Ita duo ſunt genera legum, quibus ſacra & pro-

Duplices leges, ſacræ & prophanæ.

phana

phana adminiſtrantur: ſacræ ſiue Eccleſiaſticæ, ut leges diuinæ, & ſa-cri canones: & prophanę ſiue ciuiles, ut conſtitutiones Imperatorum, ſtatuta & conſuetudines locorũ. Sacræ ad Religionem, prophanæ ad ciuilem adminiſtrationem referuntur. Quemadmodum igi-tur legibus in Republica tam ſacris quàm prophanis, in ſuo uigore permanentibus, ipſæ Respublicę illæſæ permanent: Ita corruentibus legibus, ipſæ quoqꝫ Respub. corruant neceſſe eſt. At hęreſes & ſchiſ-mata cauſæ ſunt, propter quas omnes in Repub. leges & iudicia ſub-uertũtur, ut ſupra multis exemplis declaratum eſt. Quomodo igitur ſalui eſſe poſſunt Rerumpublicarum uel ſtatus uel formæ, in quibus hæretici uel ſchiſmatici dominantur? Florentiſsimũ olim fuit ſub Romanis Imperatoribus totius Orientis regnum, nimirum optimis & iuſtiſsimis legibus fundatum. Verum Arriana hæreſi omnes ciui-tates peruagante, nec plebis tantum, ſed etiam Imperatorũ, Epiſco-porum, & omnium propè magnatũ animos corrumpente, non ſo-lum ſanctiſsimæ leges abrogatæ, & in earum locum impiæ & ſacri-legæ ſubrogatæ: ſed ipſa etiam rerum tam ſacrarum quàm propha-narum adminiſtrandarũ ratio, perturbata & cõmutata fuit. Vnde deſtitutis tam ſacerdotio quàm regno præſidentibus pijs, iuſtis & Catholicis, Romanũ Imperium diuiſum: & ipſius uera adminiſtra-tio ab Oriente in Occidentem, & in Germanos, ita cogente neceſsi-tate, translatum eſt: & tandem etiam qualeſcunqꝫ, quæ in Oriente manſerunt, Imperij reliquię per immaniſsimũ Chriſtiani nominis & fidei hoſtem Turcam, in totum conſumptæ. Eadem Arriana hæ-reſis, quæ & Donatiſtarũ perfidiam peperit, totius Aphricani regni ſtatum, corruptis legibus tam ſacris quàm ciuilibus, ita deſtruxit, ut annis amplius Centum, omnis per totã Aphricam religio & iuſtitia exulauerit: Impia & crudelis tyrannis omnia ſacra & prophana de-uaſtauerit, quæ Iuſtiniani Imperatoris opera poſt annos 105. in pri-ſtinum ſtatum reſtituta fuerunt. Omnium aũt pernicioſiſsima mutatio eſt, qua pręcipua Reipub. parte religione Catholica abiecta, impia & ſacrilega hæreticorum dogmata, leges, ritus, & cæremoniæ inſtituuntur. Quippe quibus omnis in Repub. honeſta diſciplina, & boni mores corrumpuntur, omniſqꝫ adeo honeſti etiam opinio deprauatur. Sergius monachus Arrianus hæreticus, temporibus Heraclij Imperatoris, metuens pœnã, propter hæreſim ſibi infligen-dam, è Conſtantinopoli in Arabiã confugit, ubi ope & auxilio Ma-chumet, hominis Arabis, obſcuris quidem nati parentibus: ſed in-genio ad omnem uanitatem ſatis prompti, a diutus, nouam & ſacri-legam ſectam & religionem inſtituit, Machumet ipſum prophetam eſſe dictitans, qui & leges tulit nouas, ut impias, ita & uulgo gratas. Quamobrem ad ipſum breui tempore tota Arabia, & Syria, deniqꝫ tota etiam Aphrica defecit: & poſtremo deſidia Rom. principum, eo etiam

Per Arrianos maxime turbatum fuit Rom. Imp.

Translatio Rom. Imperij ad Germanos a Græcis.

Mutatio Reipub. in Aphrica per Arrian.

l. 1. C. de præfect. prætor. Aphricæ.

Perniciosiſsima eſt mutatio religionis per hæreſes.

etiam ſuperſtitio creuit, ut totus Oriens, & bona etiam pars Europæ deſciuerit. Itaq; unius hæretici conſilio factum eſt, ut ubi prius Chriſtianæ leges dominabantur, nunc in totum mutato Reipub. Chriſtianæ ſtatu & forma, noua illa Machumetica ſucceſſerit: omnia ſuis & legibus & imperio, cum magno omnium terrore potenter, gubernans. Iam etiã noſtris temporibus uidemus, quantã mutationem Reipub. hæreſes intulerint: quo item ſtudio formam Reipub. Rom. Imperij, quæ à tempore translationis ipſius in Germanos durauit: Immò & totius Catholicæ Eccleſiæ, hæretici, & eorum defenſores corrumpere nitãtur. In Eccleſiaſtica Repub. quidam eò cõtendunt, ut Monarchia Romani Pontificis in Eccleſia ſublata, quædam quaſi popularis poteſtas ſubrogetur, æquè omnibus Epiſcopis & ſacerdotibus in omnes authoritate permiſſa: Alij Epiſcopos & ſacerdotes, à Laicorum iuriſdictione utroq; iure exemptos, abrogatis huiuſmodi legibus, ſæcularium principum poteſtati ſubiectos eſſe uolunt. In Repub. aũt ciuili quidam tentant, ut Epiſcoporũ iuriſdictione in temporalibus ſublata, omnis eorũ poteſtas, ad ſæculares principes redigatur: Ac fortaſſe ut principum abrogata poteſtate, Ariſtocratia aliqua ſiue Timocratia ſubrogetur. Longum eſt, & fortaſſe non ita tutum, hoc loco enumerare mutationes illas in conſultationibus publicis Imperij, quas ſola diſsidia religionis inter ordines Imperij, non ſine maximo detrimento Reipublicæ, pepererũt: Ac uerendum certè eſt, ne accidat aliquando, ut de dominatu & mutatione Reip. tam inuidioſe nobis altercantibus, Deus regnum à nobis auferat, & genti facienti iuſtitiam tribuat. Quod ne fiat, orandus eſt Deus Optimus Maximus, ut compoſitis diſsidijs, tandem ad priſtinã concordiam redeamus: Qua conciliata, haud dubiè ſtatum quoq; Reipub. priſtinum, (à quo tamen hæretici omnium maximè abhorrere ſolent) recuperabimus, & pro Germana illa innata nobis fortitudine & conſtantia, conſeruabimus.

Studium hæreticorum ad mutandũ Imperij ſtatum in Germania.

Matth. 21.

Orandum pro cõcordia.

De utilitate hæreſum, Caput XVII.

Sapientiſsimus rerum diſpenſator Deus, cuncta eo ordine diſpoſuit: ut quæ mala & noxia eſſe ſolent, ea nobis, ſi congruẽter eis atq; ſcienter utamur, non nihil cõmoditatis afferant. Ita ut etiam uenena ipſa, quæ per inconuenientiam pernicioſa ſunt, conuenienter adhibita, in ſalubria medicamenta conuertantur. Ad quem modum etiam hæreſes (quæ & ipſæ omnium maximè noxiæ ſunt, propter quod & uenenatiſsimo morbo Canceris ab Apoſtolo cõparantur: immò eo quouis ueneno nocẽtiores, quod illud corpus, hæ uero animã interimant) Catholicis hominibus non ſolum non nocent, ſi rectè eis conuenienterq; utantur, ſed etiam plurimum

Hæreſes, ſicut uenena, prodeſſe poſſunt.

2. Timoth. 2.

rimum utilitatis afferunt. Quemadmodum aũt uenenũ pro qualitate & conſtitutione corporis, à quo abſorbetur, uel nocet uel prodeſt: ut ſi corporali temperationi minus conueniat, lædat: ſin uero conueniat, non lædat, immò ſæpe etiam cõmoda non parua conferat. Sic uenenum corpori ſcorpionis & ſerpentis, ſi adſit temperatio, prodeſt: ſi deſit, nocet. Sic ueneno capreæ & cornices pingueſcũt placidiſsima animalia, & ceruis ſerpentes in pabulo ſunt, ut ſcribit Plinius. Et quoſdam etiam homines legimus, ad ueneni uſum corpora ſua ita aſſuefeciſſe, ut ſine periculo uitæ, uel ualetudinis incommodo, uenena haurirent: Sicut quædam facinoroſa mulier Athenienſis, (ut prodit hiſtoria) uenenum (quod certo modulo damnati ut morerentur hauriebant) paulatim bibendo ſine ullo uel leui incõmodo ualetudinis effecit ut biberet. Itaq; cum eſſet aliquando damnata, legitimam illam quantitatẽ ueneni, quam conſuetudine uicerat, accepit ut cæteri, nec ut cæteri extincta eſt, ut Auguſtinus refert. Alijs uerò quorũ corpora ad hunc modum non ſunt temperata, uenena ſunt lethalia. Sed & Antidota quædam ſunt, quibus corpora aduerſus uenena muniuntur: Qualis eſt Theriaca, & Mithridaticũ illud Antidotũ, ex rebus liiij. compoſitũ, quo Mithridates uſus fuiſſe dicitur, à quo & nomen ſortitum eſt, Nam uulgo hodie Mithridatẽ uocant. Is tutorum inſidias metuens (à quibus ueneno ſe appeti ſciebat.) Antidota ſæpius bibit, & ita ſe aduerſus inſidias exquiſitioribus remedijs ſtagnauit, ut ne uolens quidem ſenex ueneno mori potuerit, ut ſcribit Trogi abbreuiator Iuſtinus. Ita ad eundem modum hæreſes, pro qualitate animorũ quibus ſuggeruntur, uel nocent, uel non nocent, uel etiam cõmoditatis aliquid afferũt. Siquidem eis nocent, qui in fide parum ſtabiles ſunt. Quemadmodũ enim in pugna pugilum & gladiatorum, plerunq; nõ quia fortis eſt uincit quis, aut quia non poteſt uinci: ſed quoniam ille qui uictus eſt nullis uiribus fuit, adeo idem ille uictor bene ualenti poſtea cõparatus, etiam ſuperatus recedit. Ita hæreſes de quorundam infirmitatibus habent, quod ualent & nocent: nihil ualentes aut nocentes, ſi in bene ualentem fidem incurrant, ut inquit Tertullianus. Iam & Antidota quædam ſunt, quibus præmuniti non facile ab hæreſum uenenis inficiuntur: Ea nimirum ſunt, ſanctarũ ſcripturarũ medelæ, quæ fidelium animis conuenienter adhibitæ atq; inſtillatæ, hæretici ſermonis toxicum procul à penetralibus Chriſtianarũ mentium repellunt. Hoc remedio uſus Chriſtus, uenenũ, quod illi ſerpens ille tentator diabolus infundere conabatur, repulit: Siquidem promittenti omnia regna mundi & gloriam eorũ, ſi cadens adoraret ipſum: protinus toxicum hoc Idolatriæ, ſcripturę Antidoto amouit: Vade, inquit, Sathana, Scriptum eſt enim, Dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et idem Saluator noſter, aduerſus Saducęorũ uenenatum errorem, reſurrectionem

Auguſt. de moribus Manichæorum lib. 2. cap 8.

Plin. lib. 10. cap. 72 & lib. 11. cap. 53 hiſt.

Antidota contra uenenum.

Lib. 17.

Quibus proſunt & quibus nocent hæreſes.

Tertullian. de præſcriptionibus aduerſus hæreticos.

Antidota contra hæreſes.

Matth. 4.

Deut. 6.

ctionem mortuorũ, negantium, ſcripturæ medicamentũ adhibuit:
De reſurrectione aũt mortuorum, inquit, non legiſtis quod dictum
eſt à Deo dicente uobis. Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & *Matth. 22.*
Deus Iacob: non eſt Deus mortuorũ, ſed uiuentium. Sicut ergo Sal-
uator medicina uerbi ſui, uenenatos diaboli & hæreticorum mor-
ſus euitauit. Sic & Chriſti imitatores, quibus oportet ſcripturarum
Antidotis, à falſarum doctrinarum ueneficijs illæſos ſe conſerua- *Origenes in*
bunt. Porrò hæreſibus ita Catholica utitur Eccleſia, ut ex his *Matth. tract.*
non ſolum nullum damnum accipiat, ſed plurimum etiam utili- *23. cap. 22.*
tatis conſequatur. Eſt enim Eccleſiæ proprium (ut alibi docet Augu- *Auguſt. de ue-*
ſtinus) ut omnibus errantibus utatur ad profectus ſuos, & ad eorum *ra religione*
correctionẽ, cum euigilare uoluerint. Vtitur enim gentibus, ad ma- *lib. 3. cap. 6.*
teriam operationis ſuæ: hæreticis, ad probationẽ doctrinæ ſuæ: ſchiſ-
maticis, ad documentũ ſtabilitatis ſuæ: Iudæis, ad cõparationem pul-
chritudinis ſuę. Alios ergo inuitat, alios excludit, alios relinquit, alios
antecedit: omnibus tamen gratię Dei participandæ dat poteſtatem,
ſiue illi informandi ſint adhuc, ſiue reformãdi, ſiue recolligendi, ſiue
admittendi. Carnales aũt ſuos, id eſt, uiuentes aut ſentientes carnali-
ter, tanꝗ paleas tolerat, quibus in arca frumenta tutiora ſunt, donec
talibus tegminibus exuãtur. Sed quia in hac area pro uoluntate quiſ-
que uel palea uel frumentũ eſt, tamdiu ſuſtinetur peccatum, aut error
cuiuslibet, donec aũt accuſatorẽ inueniat, aut prauã opinionem per-
tinaci animoſitate defendat. Excluſi aũt aut pœnitendo redeunt, aut
in nequitiam male liberi defluunt: ad admonitionem noſtræ diligen
tiæ aut ſchiſma faciunt, ad exercitationem noſtræ patientiæ, aut ali-
quam gignunt ad examen ſiue occaſionẽ noſtræ intelligentiæ. Eſt *Auguſt. Epiſt.*
igitur prima utilitas, quam ex hæreſibus capimus, ut inter inimicos *50. ad Boniſa-*
erudiamur: ac ſic fides ac dilectio noſtra poſsit eſſe probatior. Fides *cium comitem.*
utiq;, ne ab hæreticis decipiamur: Dilectio aũt ut etiam ipſis corrigen
dis, quantum poſſumus, conſulamus: non ſolum inſtantes, ne infir-
mis noceant, atq; ut ab errore nefario liberentur: ſed etiam orantes
pro eis, ut aperiat Dominus illis ſenſum, & intelligãt ſcripturas. De
quare & ſuprà nonnihil diximus. Alia utilitas hæreſum eſt, quia his *Lib 3. cap 3.*
ipſis ſubortis, manifeſti fiunt qui ſunt probati, ut inquit Apoſtolus *Auguſt. de ue-*
Paulus. Sunt enim innumerabiles in Eccleſia ſancta, Deo probati ui- *ra relig. cap. 8*
ri: ſed qui manifeſti non fiunt inter nos, quamdiu imperitiæ noſtræ *1. Cor. 11.*
tenebris delectati dormire malumus, quam lucem ueritatis intueri.
Vtendum eſt igitur hæreticis, non ut eorũ approbemus errores, ſed
ut Catholicam diſciplinã aduerſus eorum inſidias aſſerentes, uigilan
tiores & cautiores ſimus: etiam ſi eos ad ſalutem reuocare non poſſu-
mus. Multa quippe ad fidem Catholicam pertinentia, dum hære- *Auguſt. de ci-*
ticorũ callida inquietudine agitamur, ut aduerſus eos defendi poſ- *uitate Dei.*
ſint, & conſyderantur diligentius, & intelliguntur clarius, & inſtan- *lib. 16, cap. 2.*

tius prædicantur. Porrò, quod Apoſtolus Paulus dicit: Hæreſes eſſe oportere ut probati manifeſti fiant in uobis, hoc idem Pſaltes, ſed alijs uerbis exprimit. Congregatio taurorũ, inquit, inter uaccas populorum, ut excludantur hi, qui probati ſunt argento. Per tauros hæreticos intelligit: Vaccas aũt populorum, ſeductibiles animas intelligit, quia facile hos tauros ſequũtur: Non enim populos uniuerſos ſeducunt, in quibus ſunt graues & ſtabiles (unde ſcriptum eſt. In populo graui laudabo te) ſed in eis populis quos inuenerint uaccas. Ex his enim ſunt, qui penetrãt domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs deſiderijs erroris: ſemper diſcentes, & ad ueritatis ſcientiã nunquàm peruenientes. Quod igitur Paulus dicit: Vt manifeſti fiant qui probati ſunt in uobis, idem in Pſalmo dicitur: Vt excludantur qui probati ſunt argento, id eſt, ut emineant, qui probati ſunt eloquijs domini. Eloquia quippe domini, eloquia caſta, argentum igne probatũ terræ. Multi enim ſenſus ſcripturarũ ſanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti ſunt: nec aſſeruntur cõmodius & acceptabilius, niſi cum reſpondendi hæreticis cura compellit. Tunc enim etiam qui negligunt ſtudia doctrinæ, ſopore diſcuſſo ad audiendi excitantur diligentiam, ut aduerſarij refellantur. Ad hanc igitur utilitatem prouidentia diuina permittit tauros congregari inter uaccas populorũ, ut excludantur, id eſt, ut emineant, qui probati ſunt argento. Ad hoc enim hæreſes ſinuntur eſſe, ut probati manifeſti fiant. Tertia utilitas hæreſum eſt, ut ueritas ipſa, ad hæreſes collata, magis eluceſcat. Quod Thuribulis illis deſignatur, in quibus ſuperbi illi ac rebelles incenſum illud obtulerant, quæ Moyſes iuſſus eſt cõflare, & producta in laminas altari affigere, ut eſſent in teſtimonium rebellium & ſuperborum, ut pulchre admodum declarat Beatus Auguſtinus his uerbis: Thuribula (inquit Dominus) quæ ſanctificata ſunt in mortibus peccatorũ, facito ea laminas ductiles, & circunda ex eis altare, quia oblata ſunt cõram domino & ſanctificata ſunt. Per hanc enim figurã oſtenditur, quod Thuribula iſta, quæ ſcriptura nominat ærea, imaginẽ teneant ſcripturæ diuinæ. Cui hæretici ignem alienũ imponentes, ſenſum uidelicet per errorem & intelligentiam alienã à Deo, et ueritati contrariam, introducentes: Incenſum domino, non ſuaue, ſed execrabile offerunt. Iſta ergo Thuribula ærea, id eſt, hæreticorum uoces, ſi adhibeamus ad altare Dei, ubi diuinus ignis eſt, ubi uera fidei prędicatio, melius ipſa ueritas ex falſorum cõparatione fulgebit. Si enim (uerbi gratia dicam) ponam dicta Arrianorũ uel Manichæorum, aut alterius cuiuslibet ſectæ hæreticorum, & ex ſermonibus ueritatis ac ſcripturarum diuinarũ teſtimonijs, uelut diuini altaris igne, confutem: nonne euidentior eorum ex ipſa comparatione apparebit impietas? Nam ſi doctrina Eccleſiaſtica ſimplex eſſet, & nullis extrinſecus hæreticorum

Aug. in Enarratione. Pſal. 67.

Pſal. 34.

2. Tim. 3.

Pſal. 11.

Num. 16.

Auguſt. in ſermone 97. de tempore.

reticorum dogmatum aſſertionibus cingeretur, non poterat tam clara & tam examinata uideri fides noſtra. Sed idcirco doctrinam Catholicam contra dicentium obſidet impugnatio: ut fides noſtra non ocio torpeſcat, ſed multis exercitationibus elimetur. Propter hoc & Apoſtolus Paulus dicebat: Oportet autem hæreſes eſſe, ut probati quoque manifeſti fiant inter uos, id eſt, Oportet hæretico- 1. Corin. 11. rum Thuribulis altare circumdari, ut certa et manifeſta omnibus fiat, fidelium atque infidelium differentia. Cum enim fides Catholica uelut aurum cœperit fulgere, & prædicatio eius ut argentum igne probatum intuentibus reſplenduerit: tunc maiore cum turpitudine & dedecore hæreticorum uoces, obſcuri æramenti uilitate ſordebunt. Hæc Auguſtinus. Poſſem & alias ex ſanctis ſcripturis & patribus hæreſum utilitates referre, ſed ſatis hoc loco fuerit, breuibus his indicaſſe, ex hæreſibus quantumlibet periculoſis, ſi his ipſis recte utamur, tamen utilitatem etiam aliquam prouenire.

DE HAERETICIS ET SCHISMATICIS LIBER TERTIVS, QVI EST DE CONVERSIONE HÆRETICORVM, ET SCHISMAticorum, & eorundem ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ reductione.

De implorando diuino auxilio aduerſus hæreſes & ſchiſmata, Caput I.

QVoniam ſuperioribus libris ſatis à nobis demonſtratum eſt, cuiuſmodi crimina ſint hæreſis & ſchiſma, & quæ mala & incommoda ex his proueniant: conſequens eſt, ut hoc & ſequentibus libris, de remedijs dicamus: quibus tam peſtilentes morbi à corpore ſanctæ Eccleſię depellantur. Eſt autem optima medendi ratio, ut cauſæ & radices morbi euellantur. Porrò inter cauſas hęreſis, quas multas ſupra enumerauimus, præcipua eſt peccatum: Quod multis à nobis exemplis declaratum eſt. Ideóq; primum remedium, & idem

Cauſa præcipua hæreſeos eſt peccatū, ergo agenda eſt pœnitētia

præſentiſsimum erit, ut iuſta pro peccatis pœnitentia acta, ad diuinam bonitatem & clementiam confugiamus: ſuppliciter orantes, ut dimiſsis peccatis noſtris, ſecundum miſericordiam ſuā nos liberare dignetur. Idq; exemplo ſanctorum patrum faciemus, qui & ipſi quantalibet ſanctitate præditi, & innocentia uitæ muniti: tamen oppreſsi tribulationibus & anguſtijs, primum ſua, deinde populi peccata confitentes, & eorundem remiſsionem petentes, auxilium diuinum implorarunt. Iam igitur audiamus, quid Azarias, unus ex tribus uiris qui in camino ignis ardentis pro conſeruāda lege Dei proiecti erant, orauerit: qui aperiens os ſuum in medio ignis dixit: Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum: & laudibile, & glorioſum nomen tuum in ſecula, quia iuſtus es in operibus quę feciſti nobis: & uniuerſa opera tua uera, & uiæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua uera. Iudicia enim uera feciſti, iuxta omnia quæ induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatem ſanctam patrum noſtrorum Hieruſalem, quia in ueritate & in iudicio induxiſti omnia hæc, propter peccata noſtra. Peccauimus enim & iniquè egimus, recedentes à te: & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus: nec obſeruauimus, nec fecimus ſicut præceperas nobis, ut benè nobis eſſet. Omnia ergo quæ

Dan. 3. Oratio Azariæ in camino ignis.

induxiſti

induxiſti ſuper nos, & uniuerſa quæ feciſti nobis, in uero iudicio feciſti: Et tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum iniquorum, & peſsimorum præuaricatorumq́, & Regi iniuſto, & peſsimo ultra omnem terram. Et nunc non poſſumus aperire os, confuſio & opprobriũ facti ſumus ſeruis tuis, & his qui colunt te. Ne quæſumus tradas nos in perpetuum, propter nomen tuum, & ne diſsipes teſtamentum tuum: neq; auferas miſericordiam tuam à nobis, propter Abraam dilectum tuũ, & Iſaac ſeruũ tuum, & Iſraël ſanctum tuum: quibus locutus es, pollicens quòd multiplicares ſemen eorũ ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris: quia Domine imminuti ſumus plus quàm omnes gentes, ſumusq́ humiles in uniuerſa terra hodie, propter peccata noſtra. Item Daniel ipſe, cuius ſapientiam & iuſtitiam teſtatus Deus per Ezechielem Prophetam, ad principem Tyri dicit: Nunquid tu ſapientior quàm Daniel? Item, quem in tribus illis numerat, quos ita ſe liberaturũ dixit, ut nec cum illis filij eorum, ſed ipſi ſoli liberarẽtur: Noë uidelicet, Daniel, & Iob. Is, inquam, Daniel in captiuitate poſitus, non tantum populi ſui, ſed etiam ſua peccata confeſſus eſt, & pro his dixit, per iuſtitiam Dei, ſe ad illam captiuitatis pœnam & opprobrium perueniſſe. Sic enim ſcriptum eſt. Et poſui faciem meam ad Dominum Deum meum, rogare & deprecari in ieiunijs, ſacco & cinere: et oraui Dominũ Deum meum, & confeſſus ſum, & dixi. Obſecro Domine Deus magne & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & receſsimus, & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs. Non obædiuimus ſeruis tuis Prophetis, qui locuti ſunt in nomine tuo, Regibus noſtris, & principibus noſtris, patribus noſtris, omniq́; populo terræ. Tibi Domine iuſtitia, nobis aũt confuſio faciei, ſicut eſt hodiè uiro Iuda, & habitatoribus Hieruſalẽ, & omni Iſraël: his qui propè ſunt, & his qui procul in omnibus terris, ad quas eieciſti eos, propter iniquitatem eorum, in quibus peccauerunt in te Domine. Nobis confuſio faciei, regibus noſtris, principibus noſtris, & patribus noſtris qui peccauerunt: Tibi aũt Domino Deo noſtro miſericordia & propitiatio, quia receſsimus à te, & non audiuimus uocem Domini Dei noſtri, ut ambularemus in lege eius, quam poſuit nobis per ſeruos ſuos Prophetas: & omnis Iſraël præuaricati ſunt legem tuam, & declinauerunt, ne audirent uocem tuam: & ſtillauit ſuper nos maledictio & deteſtatio, quæ ſcripta eſt in libro Moyſi ſerui Dei, quia peccauimus ei. Et ſtatuit ſermones ſuos, quos locutus eſt ſuper nos, & ſuper principes noſtros, qui iudicauerunt nos, ut ſuperinduceret in nos magnũ malum, quale nunq; fuit ſub omni cœlo, ſecundum quod factum eſt in Hieruſalem, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi. Omne hoc malũ uenit ſuper nos: Et non rogauimus faciem

Ezech. 28.
Ezech. 14.
Oratio Danielis cap. 9.
Leuit. 26.
Deut. 28.

tuã Domine Deus noſter, ut reuerteremur ab iniquitatibus noſtris, & cogitaremus ueritatem tuam. Et uigilauit Dominus ſuper malitiam, & adduxit eam ſuper nos. Iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis quæ fecit, Non enim audiuimus uocem eius. Et nunc Domine Deus noſter, qui eduxiſti populum tuũ de terra Ægypti in manu forti, & feciſti tibi nomen ſecundum diem hanc: Peccauimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem iuſtitiam tuam. Auertatur, obſecro, ira tua, & furor tuus à ciuitate Hieruſalem, & à monte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra, & iniquitates patrum noſtrorum, Hieruſalem & populus tuus in opprobrio ſunt omnibus per circuitum noſtrum. Nunc ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui tui, & preces eius, & oſtende faciem tuã ſuper ſanctuarium tuum, quod deſertum eſt. Propter temetipſum inclina Deus meus aurem tuam & audi: aperi oculos tuos & uide deſolationẽ noſtram, & ciuitatem ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum. Neque enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus precem ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine, attẽde et fac. Ne moreris, propter temetipſum Deus meus, quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem, & ſuper populum tuum. Cumq; adhuc loquerer & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſraël, ut proſternerem preces meas, in conſpectu Dei mei, pro monte ſancto Dei mei: Et adhuc me loquente, & orante, & enumerãte peccata mea, & peccata populi mei, audiui uocem de cœlo dicentem mihi. Daniel, intellige uerba quæ loquor tibi, quia ego ſum miſſus ad te. Nã & Michaël, unus de ſummis angelorum principibus, uenit in adiutorium mihi: & confortauit me, & reſtituit mihi ſalutem de mœrore, à quo nimium tenebar. Quod ſi

Quanto magis nos tantorũ ſanctorum exemplo peccata noſtra confiteri, & orare debemus.

igitur ita orant ſancti illi, qui in medijs ignibus, & inter leones poſiti, illæſi euaſerunt: Quanto magis nos, qui tanta peccatorum mole oppreſsi, nihil non dignum peccatis noſtris patimur, in his hæreſum & ſchiſmatum malis & incõmodis, quibus ſancta Dei Eccleſia miſerè conquaſſatur: & peccata noſtra, propter quæ hæc ipſa in nos mittuntur, confiteri: & ut per miſericordiam Dei dimittãtur nobis, orare: & aduerſus has preſſuras diuinum auxilium implorare debemus.

Oratio Azariæ Dan. 3.

Proinde quòd Azarias in ſequentibus precum ſuarũ dixit. Non eſt in hoc tempore princeps, propheta & dux, non holocauſta: neq; oblatio, neq; ſupplicationes, neq; locus ad ſacrificandum in conſpectu tuo, ut poſsimus inuenire miſericordiam, ſed in animo contrito & ſpiritu humilitatis accipiamur, ſicut in holocauſto arietum & taurorum: & ſicut in milibus agnorum pinguium, ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi, quoniam non eſt confuſio confidentibus in te. Et nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciẽ tuam: ne confundas nos, ſed fac nobiſcum

iuxta

iuxtà manſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ: & erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine: & confundantur omnes, qui oſtendunt ſeruis tuis mala, & confundantur ab omnipotentia tua: & robur eorum conteratur, & ſciãt quia tu es Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbẽ terrarum. Idem nos orare & poſſumus & debemus his calamitoſiſſimis temporibus noſtris, quibus hæreticorum & ſchiſmaticorum inſania effectum eſt, ut non ſit princeps, non dux, qui oppreſſos uerę & Catholicæ fidei cultores defendat: non Propheta, qui ueritatis uerba populo annunciet: non ſacrificium illud iuge, quod offertur pro peccatis uiuorum & mortuorum: & oblatio munda, quæ in omni loco offertur Domino, quod hæretici hoc tẽpore horrendis blaſphemijs conculcant: Vt uerè de his ab alio propheta dictum ſit. Et uos polluiſtis illud, in eo quod dicitis: Menſa Domini contaminata eſt, &c. Non eſt locus ad ſacrificandum, tot uidelicet templis in Germania furore hæreticorum deſtructis, & altaribus euerſis. Orabimus igitur, ut quando per hæreticos ſacrificium Deo in Eccleſijs offerre non licet, ut cor contritum & ſpiritus humilitatis noſtræ, ſacrificium fiat acceptum in conſpectu Domini: & ut nos de manu hæreticorum & ſchiſmaticorum eruat, & pro gloria nominis ſui, depulſis ab Eccleſia erroribus, ac contritis hæreticorum & ſchiſmaticorum uiribus, uera pax & tranquillitas Eccleſiæ ſuæ reſtituatur. Hæc nobis orantibus, & ad Deum ingemiſcẽtibus, procul dubio aderit nobis, ut qui ſuis adeſſe cõſueuit, ipſo uidelicet dicente: Petite, & accipietis: pulſate, & aperietur uobis. Iam uerò & pro omnibus infidelibus & inimicis noſtris orare debemus: Exemplo ducis & magiſtri noſtri Chriſti, qui & ipſe pro inimicis ſuis orauit: Pater (inquit) dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Quem & imitatus Stephanus Protomartyr, pro his, qui lapidarunt ipſum, orauit. Domine (inquit) ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Maximè autem pro hæreticis orandum eſt, ut relictis erroribus & furoribus ſuis, ad ueram & Catholicam fidem conuertantur, & ne quid mali faciant. Nam & hæc ipſa à Domino orando impetrantur: cuius gratia intellectus noſter illuminatur, & greſſus noſtri diriguntur: iuxta illud, Reuela oculos meos, & conſyderabo mirabilia de lege tua. Item, Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam. Item, Declaratio ſermonũ tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Item, A Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Ad quem modum etiam Apoſtolus Paulus pro Corinthijs orat: Oramus autem Deum, inquit, ut nihil mali faciatis: non ut nos probati pareamus, ſed ut uos quod bonum eſt faciatis. Sic & Eccleſia inſtituit, ut ſacerdos Dei ad altare, exhortetur populũ Dei, orare pro incredulis: ut eos Deus conuertat ad fidem: & pro Catechumenis, ut Deus eis deſiderium

Hodie uere accidiſſe nobis cõtingit, ut ait Azarias.

Malach. 1.

Matth. 7.

Orandum & pro hæreticis, inimicis noſtris.

Luc. 23.

Act. 7.

Orandũ pro recto intellectu ſcripturæ.

Pſal. 118.

Pſal. 36.

2. Cor. 13.

Eccleſia orat pro omni ſtatu, etiam pro hæreticis.

regenerationis in[illegible] pro fidelib. ut in eo quod eſſe cœperũt, eius
Epiſt.107. munere & gratia [illegible]euerent, ut Auguſtinus ad Vitalem ſcribit. Quem morem & hodie ſancta Dei ſeruat Eccleſia, ut in die Paraſceues pro infidelibus & hæreticis oret, ut ad uerã & Catholicam fidem,
Lib.1. epiſt.3. & Eccleſiæ unitatem conuertantur. Et Cyprianus de hæreticis loquens, qui ſuo tempore Catholicos crudeliter perſequebantur. Et optamus, ait, ne quod furore loquuntur, impleant crimine: ne qui uerbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoq; delinquant. Oramus & deprecamur Deũ (quem prouocare illi, & exacerbare non deſinunt) ut eorum corda miteſcãt: ut furore depoſito ad ſanitatem mentis redeant, ut peccatores à delictorum tenebris pœnitentiam agnoſcant: Et magis petant fundi pro ſe preces atq; orationes Antiſtitis, quàm ipſi fundant ſanguinem ſacerdotis.

De hæreticis ad pœnitentiam & errorum abiurationem inducendis, & ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ reuocandis,
Caput II.

INuocato aduerſus hæreſes & ſchiſmata diuino auxilio, proxime ſequitur, ut Prælati & Paſtores Eccleſiarum: tum principes etiam & poteſtates ſęculares, quibus aduerſus inſidias luporum, ouile Chriſti infeſtantium, cura commiſſa eſt: ad extirpationem hæreſum & ſchiſmatum conuertantur.
Officiũ Prælatorum & Principum in extirpãdis hæreſibus. Quorum officium in extirpandis hęreſibus, in tribus maxime rebus cõſiſtit. Prima, ad conuerſionem hæreticorum & ſchiſmaticorum pertinet: Altera, ad iudicia & pœnas: Tertia, ad cautiones, quibus prouidetur, ne hæreſes uel naſcantur nouæ, uel natæ iam propagentur, uel extinctę renaſcantur.
Affectus charitatis erga hęreticos ab erroribus conuertendos. Primum igitur de conuerſione hæreticorum & ſchiſmaticorũ dicemus: Ita enim erga eos affecti eſſe debemus, ut ipſos ſaluari malimus, quàm in erroribus perire. Siquidem Chriſtiana charitas id exigit, ut non ſolum errores tollamus: ſed etiam errantes ab erroribus, & æternæ damnationis periculo, quantum in nobis
Gal.6. eſt, liberemus, & ad uiam ueritatis reducamus, dicente Paulo: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad
1.Ioan.2. domeſticos fidei. Et ſi enim hęretici ex nobis nõ ſunt, neq; noſtri: tamen in illos charitatis officium exercere debemus, Spiritu ſancto per
1.Theſ.3. Apoſtolum dicente: Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate in inuicem & in omnes. Idem quoq; alio loco ad-
2.Tim.2. monet: In modeſtia corripiendos aduerſa ſentientes, ne quãdo, inquit, det Deus illis pœnitentiam ad cognoſcendam ueritatem, & reſipiſcãt à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius uoluntatẽ.
Quomodo fratres noſtri ſunt, hæretici. Qua ratione & fratres ipſos appellare poſſumus, ut Eſaias admonet,

monet, dicens: Audite qui pauetis uerbũ Domini, dicite fratres noſtri eſtis, his qui uos oderunt, & qui uos execrantur. Tum autem bonum ad hæreticos operari intelligimus, ſi opera noſtra reſipiſcentes & ab errore ſuo reuertentes: Eccleſiæ, à qua ſe ipſos abſciderũt, rurſus uniantur: & ueluti rami fracti denuo arbori inſerti, ac ſuccũ radicis recipientes reuiriſcant. Etenim Eccleſia arbor eſt, cuius radix fides, rami fideles, qui propter infidelitatem franguntur: ab infidelitate autem reuertentes, eidem denuo inſeruntur, ut Apoſtolus docet. Si radix, inquit, ſancta, & rami: quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt: Tu autem, cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos. Quod ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. Dicis ergo, Fracti ſunt rami, ut ego inſerar. Benè, propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time: Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & ſeueritatem Dei: In eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem, bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioqui & tu exciderís, ſed & illi ſi nõ permanſerint in incredulitate, inſerentur: Potens eſt enim Deus, iterum inſerere illos. Hæretici igitur, qui ſarmẽta illa ſunt, quæ ſuſtulit pater, ſi ab incredulitate receſſerint, iterum uiti Chriſto, & arbori Eccleſiæ inſerentur, dicente Propheta: Reuertentes ad me replantabo. Et de reuertẽte recipiendo ait canon Apoſtolorũ, quem citat Septima Synodus. Si quis presbyter eum, qui à peccato reuertitur, non recipit: ſed reijcit, deponitor, Eò quòd Chriſtum offendat, qui dixit, ob unum peccatorem, qui reſipiſcit gaudium oboriri in cœlo. Sunt autem duæ res, quibus hæretici ad unitatem Eccleſiæ reuocantur, manſuetudo & ſeueritas. Manſuetudine utimur, cum doctrina uerbi Dei, diſputationibus & colloquijs, fraternis admonitionibus, eos ad uiã ueritatis reducere ſtudemus. Colloquia aũt accipimus, non quibus ſcripturas interpretandi poteſtas hæreticis permittitur: ſed quibus per ſcripturas & patrũ traditiones, & error eorum detegitur & reprobatur, & ueritas Catholica confirmatur: de quibus infra latè diſſeremus. Auguſtinus aliquando in ea ſententia fuit, ut nemo ad unitatem Chriſti cogendus: ſed uerbo agendum eſſet, diſputatione pugnandum, ratione uincendum: ne ſeueritate ipſa coacti nõ ueri, ſed ficti Catholici haberentur, Ideoq; ſola manſuetudine, non etiam ſeueritate aliqua reducendos eſſe putabat. Verum Eccleſia in corrigendis hæreticis hunc morem recepit & obſeruauit, quem & Auguſtinus, mutata ſua priori ſentẽtia, approbat: ut ſi manſuetudine reduci poſsint hæretici, eam potius quàm ſeueritatẽ amplectamur. Si uero tam obſtinati fuerint hæretici, ut nulla benignitate flecti poſsint, tum ad ſeueritatem conuertamur: & qui ſponte redire nolunt, eos, ut redeãt, ſeueriore etiam diſciplina cogamus,

Hæretici ſunt ueluti rami fracti.

Rom. 11.

Hiere. 3.

cap. 15. Actione prima.

Luc. 15.

Epiſt. 48.

De ſeueritate mutauit Aug. priorem ſententiã ſuam.

Quando utendum eſt ſeueritate.

Eccle.30. mus. Quod & ſcripturæ ſanctæ & ratio naturalis approbant, & ſæpe etiam profuiſſe rerum experientia demonſtrat. Qui diligit filium ſuum (ait ſcriptura) aſsiduat illi flagella, ut lætetur in nouiſsimo
Ibidem ſuo, & non palpet proximorum oſtia. Item, Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt, ne forte induret, &
Prouer.23. non credat tibi. Item, Tu percutis eum quidem uirga, animam
Ibid.13. autem eius liberas à morte. Item, Qui parcit baculo, odit filiũ ſuum.
Eccle.33. Item, Verbis non emendabitur ſeruus durus: ſi enim & intellexerit,
Exemplũ & uerbũ Chriſti. non obediet. Sed & Chriſtus ipſe uim intulit eis, quos conuerſos
Act.9. eſſe uoluit. Sic Paulum proſtrauit, excæcauit: magnum prius Eccle-
Luc.14. ſiæ uaſtatorem, poſtea ædificatorem. Sic Dominus ad cœnam magnam ſuam, prius inuitari & adduci iubet conuiuas, poſtea cogi. Nam cum ſerui ſui reſpondiſſent: Domine factum eſt quod iuſsiſti, & adhuc eſt locus. Exite, inquit, in uias & ſepes, & quoſcunq; inueneritis, cogite intrare: Oſtẽditur quòd in uijs, utiq; & ſepibus, id eſt,
Cur Eccleſia utatur ſeueritate ad compellendum redire hæret. in hæreſibus & ſchiſmatibus inuẽti, intrare coguntur. Eccleſia igitur & ipſa, ſponſum & dominum ſuum imitata: primum blandis uerbis, doctrina ſana, errantes reuocat: redire autem nolentes, ſeuerius etiam compellit. Quod & Pauli ſententia comprobat, dicentis: Pa-
2 Cor.10. rati ulciſci omnem inobedientiam, cum completa fuerit prior obe-
Auguſt. epiſt.1 dientia ueſtra. Iam uerò & rationi naturali congruit, ut eum, quem ad interitum properare uidemus, à periculo liberemus. Nec curare debet medicus, ſi moleſtus ſit phrenetico furenti: quem ſi perire permittat, nõ manſuetus, ſed crudelis eſſe dicetur. Sic equum & mulum quibus non eſt intellectus, etiamſi morſibus & calcibus reſiſtant, ijs qui eorum uulnera contrectant, non tamen ab eis, quin medicinam adhibeant, deſeruntur. An non ad paſtoralem etiam curam pertinet, oues quæ aberrauerunt & flagellis reuocare? Quanto magis homines ab hominibus, & fratres à fratribus, ne in æternum pereant, non ſunt deſerendi: & oues non ſolum, quæ uiolenter ereptæ, ſed etiam blandè leuiterq; ſeductæ aberrauerint, ad ouile dominicum, ſi reſiſtere uoluerint, flagellorum terroribus, uel etiam doloribus reuo-
Ezech.34. candæ ſunt? Cum negligentes paſtores à Propheta corripiantur, di-
Plus effecit ſeueritas Theodoſij Imp. quàm manſuetudo Auguſtini. cente: Errantẽ non reuocaſtis, perditam ouem non inquiſiſtis. Poſtremo experientia, optima rerum magiſtra, ſæpe docuit, ſeueritatem in corrigendis extirpandiſq; hæreſibus plus ualuiſſe, quàm manſue-
Epiſt.48. tudinem. Quod & Auguſtinus ſe quoq; planè expertũ fatetur: Nempe, plus ſeueritatem Theodoſij in hæreticos ualuiſſe, quàm ſuam, & aliorum Epiſcoporum benignitatem. Quippe Theodoſianæ legis terrore effectum eſt, ut qui prius uel timore uel errore, uel conſuetudine, hæreticis adhæſerant: liberè iam ad Catholicam unitatem redirent, alijs quidem negligentiam, alijs errorem ſuum fatentibus: alijs timorem, metum, & coactionem allegantibus: omnibus autem communiter

muniter gratias Deo agentibus, quod eorum uinculis diruptis, ad uinculum pacis eos tranſtuliſſet. Illud quoq; de ciuitate ſua commemorat, cum tota ipſa in parte Donati fuiſſet, ad unitatem Catholicam timore legum Imperialium conuerſam, ac perfidiam hæreticorum deinceps ita deteſtatam fuiſſe, ut in ea nunquàm fuiſſe crederetur. Tandem ſanctus pater concludit, his alijsq; multis exemplis agnouiſſe, in hac cauſa rectè intelligi poſſe, quod ſcriptum eſt. Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. *Prouerb. 9.*

An hæretici, & ab eis decepti, inuiti ad confeßionem ueræ & Catholicæ fidei cogi poßint, Cap. III.

ILlud etiam quæſitum eſt, an hæretici, & qui ab eis ſeducti ſunt & decepti, ad cõfitendum Catholicam fidem cogi poſsint? Quidam uerbo tantum & doctrina uincendos eſſe putant, in qua ſententia Auguſtinus olim fuit (ut dictum eſt) ſed in ea tamen non perſeuerauit. *In Epiſt. ad Vincentiũ Donatiſt. numero 48.* Qui hanc ſententiã aſtruunt, his ferè rationibus nituntur. Primum, inquiunt, nemo ad bonum cogendus eſt, ſed unuſquiſq; arbitrio ſuo relinquendus. *Argumenta, quod hæretici non ſunt cogendi ad reuertendum.* Nec Chriſtum legimus, nec Apoſtolos, aliquem ad fidem coëgiſſe, quin potius in Euangelio ſcriptum eſt multos diſcipulorum à Domino receſsiſſe, & arbitrio ſuæ malæ & impiæ diſceſsionis fuiſſe permiſſos: *Ioan. 6.* cæterisq; duodecim, qui remãſerant, fuiſſe reſpouſum, Nunquid & uos uultis abire? Præterea, Oportet hæreſes eſſe (inquit Paulus) ut & qui probati ſunt manifeſti fiant in uobis: Quomodo ergo cogi poſſunt, ut deſinãt eſſe, quos ut ſint ipſa etiam cogit neceſsitas? *1. Corin. 11.* Ad idem adducunt, quod apud Matthæũ dominus ille ſeruos ſuos prohibet, ne zizania colligant ex tritico, ne & triticum eradicent. *Matth. 13.* Interrogãtibus enim ſeruis, an ea eſſent colligẽda, reſpondet, nonne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum: Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem, et in tempore meſsis dicam meſſoribus, Colligite primũ zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum: bonum autem triticum congregate in horreum meum.

Sed uerius eſt, cogi etiam hæreticos poſſe, quod et idem Auguſtinus ſenſit, mutata priori ſua ſententia, ſed ita tamen, ſi benignitate, ut conuertantur, flecti non poſsint. *Verior ſententia.* Sunt tamen quidam ita duri, ut nullo etiam timore, nulla ſeueritate flectantur. *Heretici in triplici ſunt differentia.* Alij rurſus ingenio pertinaci quidem, ſed qui diſciplina ſeueriore ad uiam rectam reducantur: *Prouer. 1.* Tertij ore quidem abiurantes errorem, reuerti uidentur, ſed impietatis ſuæ uenenũ nihilominus in corde retinent. De primis dicitur, Oderunt in portis redarguentem, & ſermonem ſanctum abominati ſunt. *Prouer. 29.* De ſecundis dicitur; Verbis non emendabitur

ſeruus

ſeruus durus: ſi enim & intellexerit, non obediet. De eo nimirum lo-
Prouer. 11. quitur Sapiens: Qui uerbis non emendatur, ſed qui tamen emenda-
Qualiter cum ijs tribus diuerſis agendũ eſt. tur. De Tertijs dicitur. Simulator ore decipit amicum. Ac primi,
quidem abſcindendi ſunt, ne eorum contagione reliqui etiã corrum-
pantur, & unà cum ipſis intereant. Secundi nõ extinguendi, ſed gra-
uius corripiendi erũt, donec uerberibus territi emendentur, qui uer-
bis corrigi non potuerunt. Tertij, qui errorem ſuum intra cor ab-
Hiere. 17. ſcondunt, nec ullo ſigno foras proferũt, iudicio Dei relinquendi ſunt,
qui eſt ſolus ſcrutator cordis et renum. Sin uerò ſimulationem ſignis
& indicijs, quantumlibet etiam leuibus prodiderint, tum in eos pro-
ceſſus purgationis, ueluti de recidiuatione ſuſpectos, inſtituetur. Si-
ue igitur obſtinati in errore, & incorrigibiles fuerint hæretici: ſiue ſi-
mulatores, ſiue duriores: quia in illis nulla proficit manſuetudo & be-
nignitas: cogendi erunt terroribus, minis, & uerberibus. Et qui his
ipſis emendati redierint, recipiendi: Qui autem obſtinatè in errori-
bus perſeuerauerint, prorſus eliminandi: nec quia ipſi perire uolunt,
aliorum ſalus etiam nolentium negligenda. Quod Auguſtinus
Aug. Epiſt. 50. tali exemplo comprobat. Si duo, inquit, aliqui in una domo ſimul ha
Similitudo de educendis his, qui in domo ruitura ſunt. bitarent: quam certiſsimè ſciremus ruituram, nobiſq; id prænuncian
tibus nollent credere, & in eadem manere perſiſterent: ſi eos inde
poſſemus eruere uel inuitos, quibus imminentem illam ruinam po-
ſtea demonſtraremus, ut ulterius redire ſub eius periculum non au-
derent: puto niſi faceremus, non immeritò crudeles iudicaremur.
Porrò, ſi unus illorum nobis diceret, quando intraueritis eruere, me-
metipſum continuo trucidabo: alter autem nec exire quidem inde,
nec erui uellet, ſed neque necare ſe auderet, quid eligeremus? Vtrum
ambos opprimendos relinqueremus, an uno ſaltem per noſtrã ope-
ram liberato, alterum non noſtra culpa, ſed ſua potius interire per-
mitteremus? nemo eſt tam infœlix, qui non quid fieri in talibus re-
bus oporteat, facilimè iudicet. Item poſt pauca. Quod ſi plurimi
eſſent in domo ruitura, & inde unus ſaltẽ liberari poſſet, atq; id cum
facere conaremur, alij ſemetipſos præcipitio necarent: doleremus
de cæteris, uerum de unius ſaltem ſalute conſolaremur: non tamen,
ne ſeipſos alij perderent, perire uniuerſos nullo liberato permittere-
mus. Quid igitur de opere miſericordiæ, quod pro uita æterna adi-
piſcenda, & pœna ęterna uitanda, hominibus debemus impendere,
iudicandum eſt: ſi pro ſalute iſta non ſolum temporali, ſed etiam bre
ui, & ad tempus exiguum liberanda, ſic nobis ſubuenire hominibus
Similitudo ab Abſolon, quẽ pater uelit ſeruari. ratio uera & benigna compellit? Hæc ille ſanctus pater. Quanq;
interim Eccleſia pia mater, de ſaluatis gaudere mallet, quàm de per-
ditis dolere: Neq; enim uult aliquem inimicorum ſuorum non ſolum
2. Reg. 18. perire, ſed etiam aliquid perdere. Sed ſi domus Dauid aliter nõ me-
ruit habere pacẽ, niſi Abſalon filius eius in bello, quod gerebat cõtra
patrem,

patrem, fuiſſet extinctus: quamuis magna cura mandauerit ſuis, ut eum quantum poſſent uiuum ſaluumq́; ſeruarent, & eſſet cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret: quid ei reſtitit niſi perditũ flere, & ſui regni pace acquiſita, mœſtitiam ſuam conſolari? Iam igitur quod dicunt, neminem ad bonum cogendum eſſe, ſed unumquenq́; libertati uoluntatis ſuæ relinquendum. Attendite (inquit Auguſtinus) quid dixerit Apoſtolus. Qui Epiſcopatũ deſiderat, bonũ opus cõcupiſcit & tamen tam multi, ut Epiſcopatũ ſuſcipiãt, tenẽtur inuiti, perducuntur, includuntur, cuſtodiuntur: patiunturq́; tanta inuiti mala quæ nolũt, donec eis aſsit uoluntas ſuſcipiendi operis boni: quanto magis hæretici ab errore pernicioſo trahendi ſunt, & perducendi ad ueritatem, uel cognoſcendam, uel eligendam.

Similitudo de Epiſcopo qui cogitur Epiſcopatum aſſumere. Epiſt. 204. 1. Tim. 3.

Si uoluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare Iſraëlitæ recuſantes, & murmurantes tam duris flagellis, à malo prohibebãtur, & ad terram promiſsionis compellebantur? Si uoluntas mala ſuæ permittenda eſt libertati, quare Paulus non eſt permiſſus, uti peſsima uoluntate, qua perſequebatur Eccleſiam? ſed proſtratus eſt, ut excæcaretur: & excęcatus eſt, ut mutarẽ: mutatus eſt, ut mitteretur: miſſus eſt, ut qualia fecerat in errore, talia pro ueritate pateretur.

Non eſt uoluntas mala ſuæ permittenda libertati. Num. 14. Act. 9.

Si uoluntas mala, ſemper ſuæ permittẽda eſt libertati, quare monetur pater in ſcripturis ſanctis, filium durum, non ſolum uerbis corripere, ſed etiam latera eius tundere, ut ad bonam diſciplinã coactus & domitus dirigatur? Vnde idem dicit: Tu quidem percutis eum uirga, animam autem eius liberas à morte. Si mala uoluntas ſuæ permittenda eſt libertati, quare corripiuntur negligẽtes paſtores, & dicitur eis, Errantem non reuocaſtis, perditam ouem non inquiſiſtis. Hæc Auguſtinus.

Eccle. 30. Prouer. 23. Ezech. 34.

Iam uerò quòd dicunt, nec Chriſtum nec Apoſtolos quenq́; ad fidem coëgiſſe, nec principum contra hæreticos auxilium imploraſſe: Attendant, quia tunc primum Eccleſià nouello germine pullulabat, Vt inquit Auguſtinus: nondum completa fuerat illa prophetia. Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. Quod utiq́; quanto magis impletur, tanto maiore utitur Eccleſia poteſtate: ut non ſolum inuitet, ſed etiam cogat ad bonum. Hoc Dominus ſignificare uolebat, quòd quamuis haberet magnam poteſtatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc etiam in illa cõuiuij ſimilitudine ſatis euidenter oſtenditur, ubi miſit ad inuitatos, & uenire noluerunt, ait ſeruo. Exi citò in uias & plateas, & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc: & ait Domino ſeruus, Factum eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt, Et ait Dominus ſeruo: Exi in uias & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Vide nũc, quemadmodum de eis, qui primo uenerant, dictum eſt: introduc eos, nunc dictum eſt. Compelle: Ita ſignificata ſunt Eccleſiæ primordia adhùc creſcentis, ut eſſent per uires etiam

Alterius obiectionis ſolutio. C. diſplicet. 23. q. 4. Auguſt. Epiſt. 204. Pſal. 71. Luc. 14. Compelle intrare.

N compellendi.

1.Cor.11. compellendi. Ad illud quod ex Apoſtolo afferunt, Oportet hæ-
Reſponſio ad uerba Pauli, oportet hære-ſes eſſe. reſes eſſe &c. facilis eſt reſponſio, Ex eo enim quod hæreſes eſſe oportet, non ſequitur, ideo hæreſes eſſe tolerandas: & homines qui uel fingunt hæreſes, uel fictas amplectuntur, non eſſe cogendos, ut abiuratis erroribus ueritatem ſequãtur, aut abiurare nolentes, con-
1.Corin.1. dignis pœnis percellantur. Et quomodo hæreſes tolerandas Apo-
Phil.2. ſtolum uoluiſſe dicemus, qui nos docet, Vnum omnes loqui, idem ſapere? quod certe hæreſes non ſinunt, Sed & idem Apoſtolus, hæ-
Gal.5. reſes inter carnalia crimina enumerat, ſcribens ad Galatas. Idem
Tit.3. Tito ſuggerit, hominem hæreticum poſt primam correptionem de uitandum: quod peruerſus ſit huiuſmodi, & delinquat ut ſuo ipſius
2.Corin.4. iudicio damnatus. Quin & in omni penè Epiſtola adulterinas doctrinas fugiendas eſſe præcipiens: hæreſes certè taxat, & hæreticos,
Neceſſe eſt ut ueniant ſcandala. quorum opera ſunt adulteræ doctrinæ. Simili modo neceſſe eſt, ut ueniant ſcandala, inquit Chriſtus apud Matthæum, ſed mox ad-
Matth.18. dit: Veruntamen uæ homini per quem ſcandalum uenit, id eſt, Neceſſe eſt, ut in mundo perpetrentur homicidia, adulteria, furta, &c. Sed non ideo huiuſmodi crimina toleranda ſunt, ſed publicè potius uindicanda. In quibus & illud locũ habet. Si manus tua, uel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce eum abs te: Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eũ & proijce abs te, id eſt, ſi hæreticus Eccleſiam ſcandalizauerit, abſcindatur, proijciatur extra Eccleſiam. Quan-
Quomodo uti les ſunt hære-ſes. quàm ad illud etiam utiles ſunt hæreſes, ſi eas deuitemus, non ſequamur. Nempe, ut qui probati ſunt manifeſti fiant: Nam hæreſis facit,
1.Corin.11. ut & fides noſtra & dilectio probatior fiat: Fides, ne ab eis decipiamur: dilectio, ut eis corrigendis, quantũ poſſumus, conſulamus, ut
Sup.lib.1.ca 5. ſupra ex Auguſtino collegimus. Et ad eundem modum accipien-
Parabola de zizanijs. dum eſt, quod de non colligendis zizanijs affertur. Non enim pro-
Matth.13. hibet hæc parabola, malos non eſſe corrigendos, aut ad bonum cogendos, ſed in corrigendo modeſtiæ potius admonet: ut ſcilicet ita corrigamus, ne malos abijcientes, ſimul & bonos perdamus. Scimus, propter bonum pacis publicæ malos tolerandos eſſe, pro conditione temporum: Immò ſemper habebit Eccleſia bonos & malos,
Exempla tolerãtiæ. ſemper ager Domini habebit triticum & zizania. Tolerat Aa-
Exo.32. ron multitudinẽ Idolum erigentem & fabricantem: Tolerat Moy-
Num.16. ſes tot millia murmurantium aduerſus Deum, & offendentium ſan-
1.Reg.18. ctum nomen eius: Tolerat Dauid Saulem perſecutorem ſuum ſceleratis moribus: Cæleſtia deſerentem, magnis artibus inferna quærentem, occiſum uindicat: Chriſtum etiam Domini, propter Sacramentum uenerandæ unctionis, appellat. Tolerat Samuel nefandos
1.Reg.2.& 8. filios Heli, peruerſos filios ſuos, quos populus, quia tolerare noluit, accuſatus, diuina ſeueritate correptus eſt: Tolerat deniq; ipſum po-
Eſa.1. pulum ſuperbum, contemptorem Dei: Tolerat Eſaias, in quos tam multa

multa uera crimina inculcat: Tolerat Hieremias, à quibus tāta per- *Hiere. 16.*
petitur: Tolerat Zacharias phariſæos & ſcribas, quales illo tempo-
re fuiſſe ſcriptura teſtatur. Tolerat Dominus Iudam, diabolum, fu- *Ioan 6.*
rem, & uenditorem ſuum: Tolerant Apoſtoli pſeudoapoſtolos ſua *Philip. 2.*
quærentes, non quæ Ieſu Chriſti. Tolerati quidem ſunt hij, & multi
alij, ſed ad tempus: Nam inter hos multi non creuerunt uſq; ad meſ-
ſem, ſed antè & collecti eradicati, & in ignem comburentem conie-
cti fuerunt. Sic & hæretici ita ad tempus tolerandi ſunt, ne excre- Quomodo to
ſcentes, & in agro Domini luxuriantes, multitudine ſua triticum, id lerantur hæ-
eſt, Catholicos obruant, ſuffocent, & agrum penitus deuaſtent. retici.
At hic fortaſſe obijciat quis, quod Gregorius ad Paſcaſium Epiſco- *c. qui ſyncera.*
pum Neopolitanum ſcribit. Qui ſyncera, inquit, intentione, extra- *45. diſtin.* Obiectio de
neos à Chriſtiana religione, ad fidem cupiunt rectam perducere, Iudæis non co
blandimentis debent, non aſperitatibus ſtudere: ne quorum men- gendis ad fi-
tem reddita ratio à plano poterat reuocare, pellat procul aduerſi- dem Chriſti.
tas. Item illud Toletani Concilij. De Iudæis autem præcipit ſan- *C. de Iudæis*
cta ſynodus, nemini deinceps uim inferre. Cui enim uult Deus mi- *45. diſtin.* *Rom. 9.*
ſeretur: & quem uult indurat. Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt,
ſed uolentes, ut integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo propria
arbitrij uoluntate ſerpenti obediens, perijt: ſic, (uocante ſe gratia
Dei) propria mentis conuerſione, quiſq; credendo ſaluatur. Ergo
non ui, ſed libera arbitrij ſui uoluntate, & facultate, ut conuertantur,
ſuadendi ſunt, non potius impellendi. Hoc de Iudęis cum ſtatutum
ſit, quid eſt, quod hæreticos, ut ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ re-
deant, compellimus: ac non potius ſuæ uoluntati relinquimus? Sed
eſt alia ratio, quæ hos cogit, illos uoluntati ſuæ relinquit: ut idem Solutio, quia
Concilium Toletanum declarat. Nam ideo hæretici coguntur, non alia eſt ratio de hæreticis
Iudæi: quia hęretici ſemel Sacramentis diuinis aſſociati ſunt, & Ba- quàm de Iudæis.
ptiſmi gratiam ſuſceperunt, & Chriſmate uncti ſunt, & corporis Do
minici extiterunt participes, ideóq; fidem, quam ſemel ſuſceperunt,
tenere coguntur: ne nomen Domini blaſphemetur, ac fides, quam
ſuſceperunt, uilis ac contemptibilis habeatur.

In conuertendis hæreticis, & extirpandis hæreſibus, quæ ſint partes Romani Pontificis, Caput IIII.

Conuerſio hæreticorum, ad Romanum Pontificem aliosq; Epiſcopos & Prælatos Eccleſiæ: Extirpatio autē hæreſum & ſchiſmatum cōmuniter ad eoſdem ipſos Prælatos, & ſæculares & Catholicos principes pertinet. Conſequens eſt igitur, ut iam de horum omnium officijs, tam ad manſuetudinē quàm ad ſeueritatem pertinentibus, ordine dicamus. Principio igitur ſub-

Officium Ro. Pont. contra ſubortam alicubi hæreſim.

orta alicubi hæreſi, ad officium Romani Pontificis pertinet, ut huiuſmodi malum nõ diſsimulet, ſed ne latius ſerpat, multosq́ contaminet uel potius interimat, celeriter prouideat, ut patres Mileuitani Concilij ad Innocentium Papam I. ſcribunt. Deinde etiam Epiſcopos eius loci, aliosq́ Catholicos, per Epiſtolas aut nuncios, de ea re certiores faciat, Tum ne & ipſi diſsimulent, admoneat, & ut ab hæreticis ipſis, corumq́ praua doctrina caucant: & Deum orent, ut Eccleſiam ſuam à laqueis eorum liberet. Tum eorum corda illuminet, & ut ipſi à diaboli nexibus liberati, ad Eccleſiæ unitatem reuertantur.

Exemplũ Fabiani contra Nouati hæreſim.

Sic Nouati hæreſi exorta, Fabianus, ad omnes ubiq́ Catholicæ Eccleſiæ miniſtros, ſcribens. Inſuper (inquit) & illud uos ſcire deſideramus: quia noſtris temporibus præpedientibus peccatis noſtris, ſuadente antiquo hoſte (qui ſemper ut Leo rugiens circumit quærens quem deuoret) ſuperuenit Nouatus ex Aphrica, & ſeparauit de Eccleſia Chriſti Nouatianũ, & quoſdam alios Chriſti confeſſores: & conuertit in prauam doctrinã, à quibus uos fratres auertite: Et cauete ab omnibus, qui alteram doctrinã tenent, quàm Apoſtoli & eorum ſucceſſores tenuerunt & docuerunt: ne (quod abſit) poſt eum euntes, in laqueum Sathanæ, cathenis et compedibus eius detineamini. Hactenus cauendum ab eorum doctrina ſuadet.

1. Pet. 5.

Deinde ut pro liberatione Eccleſiæ, & conuerſione eorũ orent, hortatur. Vnde, inquit, fraternitatis ueſtræ charitatem intimis obſecramus precibus, ut noſtræ paruitatis in ueſtris ſacris orationibus memores eſſe dignemini: orantes & deprecantes Dominum cœli, ut tam nos, quàm ſancta mater Eccleſia, Chriſti precioſo ſanguine redempta, à laqueo uenantis Sathanæ, & ab importunis & malis hominibus liberemur: & ſermo Dei currat, & clarificetur, & praua eorum & omnium peruerſa docentiũ doctrina corruat, atque deficiat. Precamur etiam ut pietatis ueſtræ precibus impetrare ſtudeatis, ut Deus & Dominus noſter IESVS CHRISTVS, qui uult omnes homines ſaluos fieri, & neminem perire: ſua ingenti omnipotentia, reuerti faciat corda eorum ad ſanam doctrinã, & Catholicam fidem, quatenus reſipiſcant à Diaboli laqueis, quibus capti tenentur: & aggregentur filijs matris Eccleſiæ.

Pia petitio & precatio Fab. Papæ.

Ad eundem modum Damaſus Papa ad Epiſcopos in Illyrico conſtitutos ſcribens: Relatione, inquit, Gallicanorum, & Venetorum fratrum, quoſdam hæreſibus fauere cognouimus. Quod malum non ſolum cauere debent Epiſcopi, ſed etiam reluctari, contra ea quæ geſta ſunt imperitia aut ſimplicitate, quorundam prauis interpretationibus deceptorum. Ac deinceps ſeſe opponere diſſentienti doctrinæ, uidereq́ quotieſcunq́ percuſſerint aures diſſenſionis tela, ne rurſum labantur, ſed patrum potius ſententijs inhæreant.

Theod. l. 2. c. 22
Admonitio Damaſi ad Epiſcopos.

Et Anaſtaſius Epiſcopus, Aphricanos adhortatur, ut de hæreticorum & ſchiſmaticorum, Donatiſtarum inſidijs,

ſidijs, et improbitatibus, quibus Aphricanam Eccleſiam grauiter uexabant, nullo modo diſsimularent, ut ipſi in Concilio Aphricano teſtantur. De admonendis item hæreticis, ut ad uerā fidem conuertantur, Cornelius Papa omnibus S. Dei Eccleſiæ filijs ita ſcribit. Quapropter, chariſsimi, hortamur uos, & deprecamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, prædictos hæreticos (de Nouatiano, & Nouato loquitur) & omnes quos à recta fide et doctrina apoſtatare cognoueritis, exhortationibus & bonis ſtudijs ueſtris ad Catholicam fidem & rectam doctrinam conuertere contendite, & in Dei uoluntate perſiſtere ſuadete: & non ſolum hos, ſed omnes qui nondum rectam fidem perceperunt, ad Catholicam fidem perducere feſtinate. Neq; uerò hic, non ſolum pro hæreticis & ſchiſmaticis, ſed etiam pro quibuslibet infidelibus orandi mos, ab his quos dixi Pontificibus, ſed Apoſtolorum potius conſtitutione & uſu introductus eſt: ut Celeſtinus Papa in ea Epiſtola, quam ad Gallię Epiſcopos ſcribit, teſtatur. Orationum quoq; ſacerdotalium Sacramenta (inquit) reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atq; in omni Eccleſia Catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi. Cum enim ſanctarū plebium præſules mandata ſibi legatione fungantur, apud diuinā clementiam humani generis agunt cauſam, & tota ſecum ingemiſcente Eccleſia poſtulant & deprecantur: ut infidelibus donetur fides, & Idolatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus: ut Iudæis ablato cordis uelamine, lux ueritatis appareat: ut hæretici Catholicæ fidei perceptione reſipiſcāt: ut ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ charitatis accipiant: ut lapſis pœnitentię remedium afferatur: ut deniq; Catechumenis, ad regenerationis Sacramenta perductis, cœleſtis aula miſericordiæ reſeretur. Hæc autem nō perfunctoriè neq; inaniter peti à Domino (ut inquit idem Pontifex) rerum ipſarū monſtrat effectus: quandoquidem ex omni errorū genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de tenebrarū poteſtate transfert in regnum filij charitatis ſuæ, ut ex uaſis iræ uaſa faciat miſericordiæ. Quod adeo totum diuini operis eſſe ſentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarū ſemper actio laudiſq; confeſsio, pro illuminatione talium uel correctione referatur. Nec dubium eſt, huiuſmodi orationibus olim à Deo impetratum, ut à Nouato & Nouatiano ſeducti, rurſus ad ueram fidem conuerterentur. Qua ratione Cyprianus, alijq; Aphricani Epiſcopi, gratias agebant Deo, quod quidam qui dudum fuerāt fideles, à recta fide, diabolo inſtigante, ſe ſeparauerant: errore depoſito, & ſchiſmatico & hæretico furore relicto, ad Eccleſiā Catholicam, & ad fidem rectam fuiſſent reuerſi, ac unitatis & ueritatis domicilium fidei ſanitate receꝑiſſent, alijſq; redeundi uiam exemplo, fide, & probatione ſua feciſſent. In his fuit Maximus quidam Presbyter Romanæ Eccleſiæ, &

[Margin: Cornelij Papę admonitio: Orandū eſſe etiam pro hæreticis & infidelibus.]

[Margin: Hic mos orandi eſt antiquus Apoſtolorum. cap. in]

[Margin: Forma orandi pro diuerſis.]

[Margin: Efficax Epiſcopi & populi oratio pro hæreticis & infidelibus ad fidem conuertendis.]

[Margin: Cypr. Epiſt. 10. & 12. ad Cornelium Papam lib. 2.]

Vrbanus,qui ſecundo confeſſores extiterant. Sed & Sidonius & Celerinus,qui ualde clari in confeſſoribus habebantur, eò quòd omnium tormentorum genera ſuperauerant,ut Cornelius ad Fabianum Antiochenum Epiſcopum ſcribit. De quibus & hæc addit. Sed iſti,inquit,cum diligentius perſpexiſſent, Nouatũ omnia fraudibus, dolis,mendacijs,& periurijs agere,& quia bonitatem ad hoc ſolum ſimularet,ut deciperet ignorantes,relicto eo uel potius excerato, ad Eccleſiam cum magna ſatisfactione reuertũtur, & præſentibus preſbyteris ac Epiſcopis,ſed & laicis uiris,primo quidem errorem ſuum, tum deinde illius fraudes ac fallacias confitentur.

Euſeb. lib. 6. cap. 33. Eccle. hiſt.

Sed & Pontifex ipſe Romanus ſuam curam adhibebit, ut hæretici & ſchiſmatici ab errore ad ueritatem, & à ſenſus proprij ſingularitate, ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ reducantur. In qua re ea moderatione utetur, ut ueniam cupiat præſtare correctis, ut Leo Papa docet. Primum igitur ſi quos hæreticos emergere depræhenderit, ſine mora eos, ut ab errore deſiſtant, eaq́ue & doceant & ſentiant, quæ Catholica tenet Eccleſia, paternè admonebit. Quòd ſi hoc pacto admoniti reſipuerint, & digna ſe ſatisfactione purgauerint, non ſolum à miſericordia Dei non alieni cenſendi: ſed cum gementibus etiam gemendum, cum flentibus flendum: immò reuertentes ſummo gaudio ad communionem recipiendi ſunt. Si enim ſummum gaudium eſt in cœlo, ſuper uno peccatore pœnitentiã agente: quanto magis eſt gaudium, & in terris pariter & in cœlis, ſuper ijs, qui ab Eccleſia ſemel abſciſi, ad eandem cum gloria ſua, & cum laude reuertuntur.

Hæreticos primũ paternè admonebit Ro. Pon. ut reſipiant.

Leo Papa epiſt. 49.

Luc. 15.

Sin uero admoniti (ut præmiſſum eſt) nihilominus in errore ſuo obdurati perſtiterint. Tum demũ nullus ad eos amplius pacis Epiſtolam dabit: Exemplo Leonis Pontificis, qui Anatholiũ Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quem de hæreſi ſuſpectum habebat, hoc modo uitabat. Sed eos ſecundum regulas Eccleſiaſticas aut ipſe condemnabit, aut alijs Epiſcopis condemnandos cõmittet. Quod non ſolũ in pœnam fit hæreticorũ, ſed etiam exemplum eorum, qui ab hæreticis ſunt decepti, ut uidentes authores & magiſtros ſuos condemnatos, ipſi facilius reuertãtur, ut Innocentius Papa teſtatur.

Obdurati excommunicentur & damnentur.

Epiſt. 55.

Innocent. in epiſt. ad Quinque Epiſc. 27.

Nam de Pelagio loquens: Si, inquit, quocunq; reſtitit loco, eorum animos (qui facile uel ſimpliciter crederent diſputanti) hac affirmatione decepit, Dei noſtri miſericordia gratiaq́ue credimus, quòd facile corrigantur, audita eius damnatione qui fuerit pertinax & reſiſtens, huius dogmatis author inuentus. Idem ſentiunt patres Carthaginenſis Concilij, ad eundem Innocentium Papam ſcribentes. Vnde, inquiunt, factũ eſt, ut recenſendum peteremus, quid ante fermè quinquennium ſuper Celeſtij nomine, hic apud Eccleſiam Carthaginenſem fuerit exagitatum. Quo recitato, ſicut ex ſubditis aduertere poterit Sanctitas tua, quamuis indicatio manifeſta cõſtaret, quia illo tempore, Epiſcopali iudicio

Sententia Carthag. contra Celeſtiũ hæret.

iudicio excisum hoc tantū uulnus ab Eccleſia uideretur: nihilominus tamen id cōmuni deliberatione cēſuimus, ut huiuſmodi perſuaſionis authores (quamuis & ad presbyterium idem Celeſtius poſtea perueniſſe dicatur) niſi hæc apertiſsimè anathematizauerint, ipſos quoq; anathematizari oportet: ut ſi ipſorū non potuerit, ſaltem eorū qui decepti ſunt ab alijs, uel decipi poſſunt, cognita ſententia, quæ in eos lata eſt, ſanitas procuretur. Hoc modo Fœlix Papa III. Petrum Moggum Antiochenū, & Acatium Conſtantinopolitanū Epiſcopum, Chalcedonenſem Synodū recipere recuſantes, Neſtorianamq; & Eutichianam impietatē defendentes, primū quidem admonuit. Sic enim ad Acatium, Peccaſti, ne adijcias & de prioribus ſupplica. Et ad Petrum Moggum: Fuge, obſecro, huiuſmodi errorem: Corruiſti, noli in ea ruina perſiſtere: Peccaſti, iam peccare noli. Expectat te Sancta Dei Eccleſia, cupit amplecti pœnitentē in uanis propoſitionibus tuis, &c. Dein de huiuſmodi paternæ admonitioni non parentes, Petro quidē prius ab uniuerſa Eccleſia iudicato, Acatiū etiam ipſum Apoſtolica authoritate damnauit, damnationiſq; chartas ei tranſmiſit. Sic enim habet Epiſtola damnatoria. Habe ergo cum his, quos libenter amplecteris, portionē ex ſententia præſenti, quam per tuæ tibi direximus Eccleſiæ defenſorē, Sacerdotali honore & communione Catholica, nec non etiam à fidelium numero ſegregatus, ſublatum tibi nomen, & munus miniſterij ſacerdotalis agnoſce ſancti ſpiritus iudicio, & Apoſtolica authoritate per nos damnatus, nec iam anathematis uinculis eruendus. Et ad eundem modum Damaſus Papa, Timotheum & Apollinarem hæreticos damnauit, quod ipſe in Epiſtola, ad Orientales Epiſcopos ſcripta, teſtatur, his uerbis. Cur igitur rurſus à me quæritis damnationem Timothei, qui & hic iudicio Apoſtolicæ ſedis, præſente Petro Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopo, cum Apollinari doctore ſuo damnatus eſt, & in die iudicij tormenta debita & ſupplicia ſuſtinebit. Si uerò leuioribus quibuſdam ille ſuadet, ueluti quandā ſpem habens, qui uerā ſpem in Chriſti confeſsione mutauit, ſciant ſe ſimiliter cum iſto perituros, cum quo Eccleſiaſticæ regulæ reſultabunt. Debent etiā Epiſcopi damnationis hæreticorum, tam à Papa, quàm ab alijs Epiſcopis factæ, fieri certiores: ut qui ſemel damnati ſunt, eorum cōmunio à Catholicis uetari poſsit. Quod prudēter admodū Flauianus Epiſcopus, de Eutiche condemnato ſcribens, Leonē Pontificem admonet. Olim, inquit, quicquid egerimus, miſimus ad beatitudinē ueſtram literas, quibus literis docuimus, & presbyterio illum eſſe nudatum: quia ſic captus eſt, ut iuſsimus eum cum monaſterijs nullam habere rationē, & excluſimus eum à cōmunione noſtra, ut ſanctitas ueſtra hoc cognoſcens, quod circa illum actū eſt, omnibus Epiſcopis ſub beatitudine ueſtra degentibus, manifeſtare dignetur illius impietatē: ne neſciētes aliqui quid

Paterna Fœlicis III. admonitio ad Acatium.
Liberatus in Breuiario cap. 17.

Sententia damnationis in Acatium.

Damaſi ſententia in duos hæret.
Trip. hiſt. lib. 9. cap. 15.
Theod. lib. 5. cap. 10.

Ne damnatis a Papa cōmunicent Epiſc.

ille ſenſerit, quaſi ad Orthodoxam, uel per literas,uel per aliquam coniunctionem, loquatur. Et Damaſus, de condemnatione Ti-
Trip.lib.9. cap.15. Theod.lib.9. cap.10. mothei Apollinaris diſcipuli, loquens. Scitote, inquit, quia dudum Timotheum prophanum,ineruditum Apollinaris hæretici diſcipulum,cum impio eius dogmate condemnauimus: nec ultra concedimus eius reliquias qualibet ratione de cætero præualere. Si autem adhuc ſerpens ille antiquus,ſemel & ſecundo percuſſus, ad pœnam propriam reuiuiſcit: quicq; extraneus ab Eccleſia eſt, mortiferisq; uenenis ſuis quoſdam infidelium tentare non ceſſat, hanc tanquàm peſtiferam declinate corruptionem.

De officio Epiſcoporum in extirpanda hæreſi, & conuertendis hæreticis, Caput V.

OFficium autem Epiſcoporum, in extirpanda hæreſi, & conuertendis hęreticis, in his ferè rebus conſiſtit. Primũ,ut in una Eccleſia inter ſe,& cũ ſummo Pontifice, tanquàm uniuerſalis Eccleſiæ moderatore & capite,mentem habeant unam: Quem in uera fidei
Epiſt.ad Cornelium 1. conſenſione,ut ducem: una quoq; uoce, ut comites ſequantur, ut ad Cornelium Papam ſcribit Cyprianus. Deinde partes Epiſcoporum ſunt, ut ſumma uigilantia cauti ſint,ne quid ſi-
Leo Epiſt.60. bi hæretica prauitas audeat uendicare. Quibus ſumma authoritate reſiſtere debent, ut & ipſi fratres ſuos de hæreſibus, quas in Eccleſijs ſuis ſuboriri deprehenderint, eorumq; authoribus cauendis admoneant. Tertio, ut reſipiſcentes de ſuis authorũq; ſuorũ à ſe dam-
Quomodo cõtra obduratos agendum ſit. natis erroribus,ad communionem Catholicam recipiant. Eos uerò qui in ſua obduratione perſtiterint,ac hæreſim ſuam defenderint: & quos benignitas ſanare nequit, eos diſtrictius comprimentes, profeſsionis ſuæ meritò, iuxta regulas Eccleſiaſticas, condemnent. Tomum item, & confeſsionem fidei ſuæ,ad confirmandos fratres,
Vt ad Rom. Pont. acta referant. ædant. Poſtremò illud etiam obſeruabunt,ut quicquid ex hæreſi ſcandali ortum fuerit:quicquid item in cauſa actũ fuerit,totum hoc ad ſedem Apoſtolicam referant,rationemq; factorum ſuorum eidem reddãt:ut & ipſa quæ acta fuerint confirmare, aut iuſta ſententia impietatem hæreticam uindicare, alijsq; Epiſcopis manifeſtare
Socrat.in Tri. lib.2.c.14. poſsit. Huiſmodi officium Alexander Patriarcha Alexandrinus, cum primum Arrium hæreſim ſuam in Eccleſia excitare,ac in extraneis conuentib. & concilijs ſuadere intellexiſset, diligenter exequutus eſt. Quod eius duæ indicant Epiſtolæ, quas ea de re ad Coepiſcopos,& Catholicæ Eccleſiæ miniſtros,ſcripſit. Harum una,admonitionem de cauendis hæreticis:altera damnationem eorundẽ continet. Quæ quoniam pulchræ ſunt & dignæ,quas omnes Epiſcopi

in

in ſimilibus caſibus, imitandas ſibi proponant, libuit earum etiam
uerba, quatenus ad propoſitum noſtrum faciunt, hic inſerere. [Epiſtola Alexandri cõtra Arrium & cõplices eius.]
Prior itaꝗ Epiſtola in hunc modum habet. Cum unum, inquit, Ca-
tholicæ ſit corpus Eccleſiæ, mandato exiſtente in ſacris ſcripturis, ut
ſeruetur uinculum unitatis & pacis, conſequens eſt, debere noſtris
ſcribere, et alterutris, quę apud ſingulos agũtur inſinuare, ut ſiue pa-
titur ſiue gaudet unum membrũ, compatiamur aut congaudeamus
ad inuicẽ. In noſtra igitur Parochia nunc egreſsi ſunt uiri iniqui, &
Chriſto rebelles, docentes Apoſtaſiam, quam rectè quilibet prę̨cur-
rere ſuſpicetur Antichriſto. Et uolui quidem hoc taciturnitati con
tradere, ſi quomodo inter ſolos Apoſtatas conſumeretur hoc malũ, [Euſebius Nicomediæ Arrij defenſor.]
& non loca alia penetrando, ſimplicium ſordidaretur auditus. ſed
quoniam Euſebius, nunc Nicomediæ patrocinatur, etiam his Apo-
ſtatis commendans eos, ſi quomodo trahat aliquos ignorantes ad
hãc peſsimã hæreſim, & Chriſto rebellẽ. Ideoꝗ neceſſariũ iudicaui,
ſciens quod in lege ſcriptum eſt, Vlterius non tacere, ſed uobis om-
nibus indicare, quatenus etiam uos ſciatis Apoſtatas, & eorum hæ-
reſis uerba nequiſsima caueatis. Si uero ſcripſerit uobis Euſebius, nec
recipiatis eum nec ſcripta eius ſuſcipiatis. Deinde enumeratis
Apoſtatis, ac eorum narrata opinione, ita concludit. Contriſtamur [Cõtriſtari de eorum perditione.]
itaꝗ pro eorum perditione, & maximè quia & ipſi aliquando quæ
Eccleſiæ ſunt audiuerint, & nunc ab ea prorſus exiliunt, non tamen
admiramur. Hoc enim & Hymenæus & Philetus paſsi ſunt, & ante [1. Tim. 1.]
eos Iudas, qui cum eſſet ſequutus ſaluatorẽ, poſtea proditor factus
eſt & Apoſtata. ſed de his quidem ipſi non ſumus ignari. Dominus [Prænũtiati ab ipſo Domino & a Paulo]
enim dixit: Videte ne quis uos ſeducat, multi enim uenient, in nomi-
ne meo dicẽtes, quia ego ſum, & tẽpus propè eſt & multos errare fa- [Matt. 24.]
cient, ne ergo eatis poſt eos. Diſcẽs enim hoc à ſaluatore Paulus, di- [1. Timo. 4.]
xit: Quia nouiſsimis temporibus Apoſtatabunt quidã, attendentes
ad ſpiritus erroris, doctrinasꝗ dæmonum, quæ ueritatem auer-
ſantur. Domino ſiquidem, & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto, per
ſemetipſum pronunciante, & per Apoſtolum deſignãte, de talibus [Damnatio eorum.]
conſequenter nos per noſipſos audientes impietatẽ illorum, Ana-
thematizauimus eos, ſicut prædiximus: oſtendentes eos extraneos à
fide, Eccleſiaꝗ Catholica. Indicamus autem hæc uobis, dilectiſsimi
atꝗ chariſsimi comminiſtri, ne quos eorum, ſi fortè tẽtauerint etiam
ad uos uenire, ſuſcipiatis, neꝗ Euſebio, neꝗ cuilibet eorum ſcribenti
pro eis obediatis. Decet enim nos tanquam Chriſtianos, ut omnes
contra Chriſtum loquentes & ſapientes, quaſi Deo rebelles, & ani-
marũ corruptores, totis uiribus auerſemur, ut neꝗ Aue huiuſmodi [Ioan. Epiſt. 2.]
hominibus dicamus, ne fortè, etiam peccatis eorum communicare
uideamur, ſicut beatus Ioannes ait. In poſteriori uerò, quæ ad A-
lexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcripta eſt, enarra- [Altera Epiſt. de eiſdẽ Here.]
ta primum

ta primum Arrij atq; Achillis hæreſi, contra autem ueritate Catholica roborata, ad extremum anathematizationẽ & damnationem eorum his ferè uerbis indicat. Arrius igitur & Achilles & qui cum eis ſunt, ueritatis inimici, ab Eccleſia procul ſunt expulſi, alieni facti à prima doctrina noſtra, ſecundum B. Paulum, dicentem, Quicunq; uobis annunciauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit, licet angelum de cœlo eſſe ſe fingat &c. Hos igitur anathematizatos à fraternitate, nullus ueſtrum ſuſcipiat, aut habere patiatur, ea quæ ab eis uel dicuntur, uel conſcribuntur &c. Et paulò poſt: Hos igitur qui contra Chriſtum tanta præſumunt, quiq; Chriſtianitati iam publicè derogarunt, qui inter iudicia perſecutiones nobis, quantum in ipſis eſt, excitare non ceſſant, & ineffabile ſacramentum natiuitatis Chriſti eneruare moliuntur, auerſamini, dilectiſsimi, & unanimes & concertatores nobiſcum contra eorũ uæſanam eſtote præſumptionem, ad ſimilitudinem comminiſtrorum noſtrorum, qui indignati ſunt, & aduerſus eos mihi ſcripſerunt, & in Tomo, quem etiam uobis direxi per filium meum Archdiaconũ ſubſcripſerunt, tam totius Ægypti & Thebaidis, quàm Lybiæ ac Pentapolis Syriæ, Liciæ, Pamphiliæ, Aſiæ, Capadociæ ſacerdotes, aliarumq; prouinciarũ: Ad quorum inſtar etiam uos confido eum ſuſcipere. Ad eundẽ ferè modum flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cum Eutiches Monachus Conſtantinopoli Neſtorianam hæreſim dudum ſopitam, rurſus excitaſſet: & nouam quoq; ipſe confinxiſſet, primo quidem coacto ſacerdotum conſilio, & hæreſim ipſam et illius authorem canonica damnatione perſtringit. Deinde Leonem Pontificem de his ipſis certiorem facit. Sic enim ad ſanctiſsimum Pontificem ſcribit. Sunt enim quidam ueſte ſua oues ſignificãtes, interius lupi rapaces, quos ex fructibus eorum debemus cognoſcere. Iſti prima fronte uidentur eſſe de numero noſtro ſed non ſunt de numero noſtro: Si enim de noſtro numero eſſent, nobiſcum manſiſsent: Quoniam autem cœperũt aſſumere iniquitatem, illud quod prius occultabatur, in illis aperitur, & dolus omnis fit omnib. manifeſtus. Quos quidem debemus cognoſcere, & præuidere, & à quibus oportet multum cauere &c. Talis inter nos Eutiches emerſit, quondam Presbyter & Archimandrites. Et paulò poſt. Sed ne multa dicẽs longam faciam Epiſtolam, olim quicquid egerimus miſimus ad beatudinẽ ueſtram literas. Quibus litteris docuimus, & Presbyterio illũ eſſe nudatum, quia ſic captus eſt, & iuſsimus eum cum monaſterijs nullam habere rationem, & excluſimus eum à communione noſtra, ut Sanctitas ueſtra hoc cognoſcens, quod circa illum actum eſt, omnibus Epiſcopis ſub beatitudine ueſtra degentibus, manifeſtare dignetur illius impietatem: ne neſcientes aliqui, quid ipſe ſenſerit, quaſi ad Orthodoxum uel per litteras, uel per aliquam cõiunctionem loquantur, Et in hoc

Galat. 1.

Vt deuitentur damnati hæretici.

Proceſſus & acta Flauiani contra Eut.

Verba Flauiani ad Leonẽ 1. Papam.

Eutiches depoſitus & damnatus a Flauiano.

In hoc quidem probatur Flauianus. In hoc autem repræhendebatur — Leonis reſcriptum ad Flauianum.
à Romano Pontifice, quod non ſtatim in ipſis principijs, de omni-
bus quæ ad cauſam pertinebant, eum certa relatione inſtruxiſſet. Sic
enim Leo ad Flauianũ. Cum Chriſtianiſsimus & Clemẽtiſsimus — Epiſt. 8.
Imperator, ſanctæ & laudabilis fidei, pro Eccleſię Catholicæ pace ſo-
licitus ad nos ſcripta tranſmiſerit, de his qui apud uos perturbatio-
nis ſtrepitum mouerant, miramur Fraternitatem tuã, quicquid illud
ſcandali fuerit, nobis ſilere potuiſſe: & non potius procuraſſe, ut pri-
mitus nos inſinuatio magis tuę relationis inſtrueret, ne de rerum ge-
ſtarum poſſemus fide ambigere. Accepimus enim libellum Eutiche-
tis presbyteri, &c. Et paulò poſt. Quibus rebus intercedentibus nec-
dum agnoſcimus, qua iuſtitia à cõmunione Eccleſiæ fuerit ſeparatus:
ſed reſpicientes ad cauſam, facti tantum noſſe uolumus rationem,
& uſq; ad noſtrã notitiam omnia deferri. Quoniam nos, qui ſacer-
dotũ domini matura uolumus eſſe iudicia, nihil poſſumus, incogni-
tis rebus, in cuiuſquàm partis præiudicium definire, priuſquàm uni-
uerſa quæ geſta ſunt, ueraciter audiamus: & ideo Fraternitas tua per
idoneam maximè aptamq́; perſonam, pleniſsima nobis relatione
ſignificet, quid contra antiquam fidem nouitatis emérſerit, quod ſe-
ueriori ſententia dignum fuerit uindicari, &c. Qua negligentia — Epiſtola Leonis ad Flauianum contra Eutichetis errorem.
deinde utcunq; emendata, plenius à Flauiano de tota cauſa informa-
tus, contra exortã Eutichetis hæreſim, Epiſtolam ad Flauianum ſcri-
bit, in qua Apoſtolicæ fidei regulam, & rationem pleniſsimè comple-
ctitur, quam legatis ſuis ad Epheſinã Synodum ſecundam, à Theo-
doſio Imperatore indictam, miſsis, eidem reddendam, ac per ipſum
Synodo præſentandam & communicandam tranſmittit. Quæ etſi
per Dioſcorum Alexandrinum in eodem Concilio ſuppreſſa fuerit:
tamen in Chalcedonenſi omnium patrum, & totius Chriſtiani orbis
iudicio, confirmata fuit, ut ipſe Leo teſtatur. Quin & Gelaſius — Leo Epiſt. 16.
Papa eandẽ in eo decreto, quod cum lxx. Epiſcopis de Apocryphis
ſcripturis fecit, inter Autenticas ſcripturas Eccleſiæ enumerans, ita
approbat & confirmat, ut Anathema in eos dicat, qui textu illius uſ-
que ad unum iota diſputato, eam non in omnibus uenerabiliter re- — *Diſt. 15. ſancta Romana.*
ceperint. Eodem modo patres Concilij Mileuitani ad Innocen-
tium Pontificem de Pelagiana hæreſi referunt. Quia te Dominus — Epiſtola Concilij Mileuitani ad PP. Innocent. I.
gratiæ ſuæ, inquiunt, præcipuo munere in ſede Apoſtolica colloca-
uit, talemq́; noſtris temporibus præſtitit, ut nobis potius ad culpam
negligentiæ ualeat, ſi apud tuam uenerationem, quæ pro Eccleſia
ſunt ſuggerenda, tacuerimus, quàm ea tu poſsis uel faſtidioſè, uel ne-
gligenter accipere: magnis periculis infirmorum membrorum Chri-
ſti, paſtoralẽ diligentiã quæſumus adhibere digneris. Noua quippe
hæreſis, & nimium pernicioſa tentat aſſurgere inimicorum gratiæ — Noua hæreſis Pelagiana.
Chriſti. Et paulò pòſt: Hæc inſinuantes Apoſtolico pectori tuo non
habemus

habemus opus multa dicere, & tantam impietatem uerbis exaggerare, cum proculdubio te iſta permoueant, ut ab eis corrigendis, ne latius ſerpant, multosq́ contaminent, uel potius interimant, diſſimulare non poſsis. Deinde etiam expreſsis authorum nominibus quales omnino ſint declarant, adhortantes Pontificem, ut inſtanter & celerius contra eos, ne alios plurimos, ſi ab eis diſsimuletur, laqueis ſuis implicent, prouideat. Et ad extremum his uerbis Epiſtolam concludunt. Hęc, inquiunt, ad Sanctitatem tuam de Concilio Numidiæ ſcripta direximus, imitantes Carthaginenſem Eccleſiam, & Carthaginenſis prouinciæ Coepiſcopos noſtros, quos ad ſedem Apoſtolicam, quam Beatus illuſtras, de hac cauſa ſcripſiſſe comperimus. Sed & ſancti Epiſcopi eiuſdem congregationis, inter quos & Auguſtinus fuit, priuata Epiſtola eundem Pontificem non ſolum de hæreſi ipſa, de eiusq́ authore inſtruunt, & hæreſim ipſam apertiſsimis ſcripturis deſtruunt: ſed etiam librum ab eo ſcriptum tranſmittunt, & quibus modis corrigendus ſit, conſulunt. Nimirum ut aut Romam accerſitus, aut per literas diligenter quid ſentiat interrogetur, ut ſi id aſtruat, quod Eccleſiaſtica & Apoſtolica docet ueritas, abſoluatur: & ſi librum ſuũ eſſe neget, eundem anathematizet: & ueritatẽ, quam doctrina Chriſtiana demonſtrat & prædicat, confiteatur: Aut ſi hoc recuſet, ut dignus eſt, iudicetur. Quam ſanè patrum diligentiam & ſolicitudinem Romanus Pontifex duplici nomine cõmendat, & quod pro officio eorum, & erga ſedem Apoſtolicam reuerentia meritò præſtetur, & quod firmius etiam ſit, quod non ſolum à ſynodis Epiſcopalibus agitur, ſed etiam Apoſtolica authoritate cõfirmatur. Diligenter, inquit, & congruè Apoſtolici conſulitis honoris arcana: honoris, inquàm, illius quem præter illa quæ ſunt extrinſecus, ſolicitudo manet omnium Eccleſiarum ſuper anxijs rebus: quæ ſit tenenda ſententia, antiquæ ſcilicet regulæ formam ſequuti, quam toto ſemper ab orbe mecum noſtis eſſe ſeruatã. Verum hæc miſſa facio, neq́ enim ueſtram hæc credo latère prudentiam, qui id etiam actione firmaſtis, ſcientes, quod per omnes prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanẽt: præſertim quoties fidei ratio uentilatur, arbitror omnes fratres, & Coepiſcopos noſtros, nonniſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris authoritatem referre debere. Velut nunc retulit ueſtra dilectio, quod per totum mundum poſsit Eccleſijs in commune prodeſſe. Fiant enim neceſſe eſt cautiores, cum inuentores malorum ad duplicis relationem Synodi, ſententiæ noſtræ ſtatutis uideant ſe ab Eccleſiaſtica communione ſeiunctos. In altera autem Epiſtola, quam ad quinq́ Epiſcopos reſcribit, ſuum quoq́ de denunciato hæretico, profert iudicium. Anathematizet ergo iſta, inquit, quæ ſenſit, ut illi qui eius ſermonibus fuerant præceptisq́ collapſi, quid tandem habeat fides uera, cognoſcant: facilius enim

Auguſtini epiſtola, quomodo agendũ ſit contra Pelagium.

Reſcriptum Innocentij ad patres Concilij.

Cauſæ fidei ad Apoſtolicam ſedem ab omnibus Epiſcopis referri debent.

Sentẽtia Innocentij in Pelagium.

enim reuocari poterunt, cum iſta à ſuo authore ſenſerint damnari. Quod ſi ille pertinaciter in hac uoluerit impietate perſiſtere, eſt agendum, quatenus uel his poſsit ſubueniri, quos non ſuus, ſed huius magis error induxit, ne & illis hæc medicina pereat, cuius iſte talem non admittit nec poſtulat curam.

De ſatisfactione eorum, qui ad communionem Eccleſiæ recipiendi ſunt: & quomodo hæreſes, & earundem authores damnare & abiurare debeant, *Caput VI.*

Non ſtatim credendũ eſt hæreticis, qui reſipiſcere ſe dicunt.

NEque uerò, qui in hæreſim ſemel inciderunt, etiã ad cõmunionem Eccleſiæ redeuntes, temere ſuſcipiendi ſunt: ſed prius diligenti examinatione probandi, an uerè ſe & ex animo corrigentes reuertãtur: non ſtatim redire ſe dicentibus credendum eſt. Nihil enim fallacius hęreticis hominibus, qui nullam negligunt, nullam non quærunt & captãt fallendi eludendiq́ occaſionem, diabolum imitati, mendaciorũ omnium & periuriorũ patrem, & artificem, cuius & ipſi filij ſunt & organa. Arriani in Concilio Nicæno metuentes, ne tanta congregata Synodo pellerẽtur, interdictum Arrij dogma concorditer anathematizarunt: ſubſcribentes literis, ſuaq́ manu conſentientes, et ſimiliter ſe ſicut omnis Synodus ſapere profitentes. Verum tunc quidem latenter, poſtea uerò apertè, damnatas cœperũt allegare ſententias, ſæpe ponentes inſidias eis, à quibus uidebantur eſſe conuicti. Similiter Euſebius Nicomedienſis, & Theogonius, Arrij fautores, libellum pœnitentiæ ſummis Epiſcopis miſerunt, in quo ſententiæ eorum ſubſcribere quidem uiſi ſunt, propter quod & ab exilio reuocati ſunt. Verum fraudulenta erat ea ſubſcriptio, in qua Catholicã quidem ſententiam recipere uidebantur: uerum damnationi Arrij conſentire noluerunt. Sed & Arrius ipſe, & Euzoius fidei expoſitionem artificioſè compoſitam, & talem quidem Imperatori Conſtantino obtulerunt, ut Imperator crederet Arrium ſimiliter credere, ut ij qui in Nicæa conuenerant. Veruntamen eos in cõmunionem recipere ante ſacerdotum iudicium, ſecundum legem Eccleſiaſticam noluit, ſed ad Epiſcopos tunc Hieroſolymis congregatos deſtinauit: eiſdem ſcribens, ut fidei eorum expoſitionem examinarent, & clementem ſuper eis proferrent ſententiam, ſi recte credentes (ex inuidia fortè) eſſent iniquum aliquid paſsi: ſeu dum non haberent unde iudices ſuos culpare peterent, per pœnitentiam reuocarentur. Hinc igitur Arrij fautores per ſcripta Imperatoris occaſionem ſumentes, in cõmunionem eos receperunt, idq́ Imperatori reſcripſerũt: ſed & Epiſcopis uniuerſis per diuerſas prouincias reſcripſerunt, ut alacriter eos ſuſciperent: ſiquidem Imperator teſtaretur

Trip. lib. 2. cap. 6.

Doloſa ſubſcriptio Arrianorũ Nicææ.

Trip. lib. 2. cap. 16.

Arrij fraudulenta expoſitio ſuæ fidei.

Arrius inde in cõmunionẽ receptus.

fateri,id eſt, eius errorem damnare, & erroris authores cum errori-
bus odiſſe,quod ab his fit,qui dicere uerè poſſunt, Qui oderāt te Do *Pſal.138.*
mine oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam. Ideoq́ſ ſan-
ctiſsimus Pontifex clariorem ab eo ſatisfactionem exigit, nempe ut
quid in Eutiche anathematizet & damnet, euidenter oſtendat: & in
damnationē erroris expreſsi, remota omni dubitatione, ſubſcribat,
adiecta propriæ manus ſubſcriptione,quę in Eccleſia,Chriſtiano po
pulo præſente,recitetur. Quod ſi fortè aliqui Presbyteri, Diaco- Qualiter for-
ni,aut Clerici,ad cōmunionē ſine tali ſatisfactione,negligentia Epi- mari debet re
ſcoporum peruenerint:aut eiuſmodi error ſit,qui niſi publicè ab eis, ſipiſcentis ſa-
qui eo polluti ſunt,dānetur,magnū in Eccleſia ſcandalū generet:aut tisfactio.
ſi Epiſcopi in hæreſim inciderint,aut de hęreſi ſuſpecti fuerint,neceſ-
ſariū erit,ut cōuocata ſynodo ea damnatio fiat: & ita fiat ut damnēt
apertis profeſsionibus ſui ſuperbi erroris authores,et quicquid in do
ctrina eorū uniuerſalis Eccleſia exhorruit,deteſtētur,omniaq́ſ ſyno-
dalia decreta,quæ ad exciſionē hæreſeos,Apoſtolicæ ſedis cōfirma-
uit authoritas,amplecti ſe,& in omnibus approbare,plenis & aptis,
ac propria manu ſubſcriptis proteſtationibus eloquantur, ità ut nihil
in uerbis eorū obſcurū,nihil ambiguum inueniatur:Et ſi talem dam-
nationē profiteri recuſauerint,à cōmunione fideliū remoueantur,ut
pulchre docet Leo in Epiſtola ad Aquileienſem Epiſcopū. Ad ta-
lem ſynodum faciendam,idem Leo adhortatur Turbiū Epiſcopum *Epiſt.84.*
Aſturicenſem. Habeatur,inquit, inter uos Epiſcopale conciliū,& ad *Epiſt.91.*
eum locum,qui omnibus oportunus ſit,uicinarū prouinciarum con- Examen de
ueniant ſacerdotes:ut ſecundum ea,quæ ad conſulta tua reſpondebi- hæreſi in Con
mus,pleniſsimo diſquiratur examine:an ſint aliqui, inter Epiſcopos cilio Epiſco-
qui huius hæreſis contagio polluantur,à communione ſine dubio ſe- porum.
parandi, ſi nefandiſsimam ſectam per omnium ſenſuum prauitates
damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandum eſt ut qui prædi
candæ fidei ſuſcepit officium, Is contra Euangelium Chriſti, contra
Apoſtolicam doctrinam, contra uniuerſalis Eccleſiæ ſymbolum au-
deat diſputare. Quales illic erunt diſcipuli,ubi tales erunt magiſtri?
Talis damnatio, & (ut uocant) reuocatio, temporibus Nicolai II,
Pontificis Romæ in Concilio, 114. Epiſcoporū, à Berengario facta *Platina in*
eſt. Quia antea quidem in Concilio Vercellenſi à Leone Germano *Nicolao.2.*
Papa IX. hæreſeos damnatus: Verū non ab ipſo, ſed à Nicolao po-
ſtea emendatus fuit. Eſt aūt Berengarianæ abiurationis exemplum,
Gratiani decreto inſertū ad hunc modum. Ego Berengarius, in-
dignus Eccleſię S. Mauritij Andegauēſis Eccleſię Diaconus,cogno- *de conſecrat.*
ſcens uerā Catholicam & Apoſtolicā fidem,anathematizo omnē hę *diſt 2.c.*
reſim,præcipuè eā de qua hactenus infamatus ſum:quæ aſtruere co- Ego Bereng.
natur,panē & uinum,quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem
ſolummodo Sacramentū,& non uerū corpus & ſanguinē Domini

noſtri Ieſu Chriſti eſſe:& nō poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo Sacramento manibus ſacerdotū tractari & frangi, aut fideliū dentibus atteri. Conſentio aūt ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi,& ore & corde profiteor, de Sacramentis Dominicæ menſæ eandē fidem me tenere, quam Dominus & uenerabilis Papa Nicolaus, & hæc S.

Vera de ſacramento altaris confeſſio.

Synodus, authoritate Euangelica & Apoſtolica, tenendā tradidit, nuhiq; firmauit:ſcilicet, panem & uinū, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationē non ſolum Sacramentū, ſed etiam uerū corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: & ſenſualiter nō ſolum Sacramentum, ſed in ueritate manibus ſacerdotū tractari, frangi, fide-

Abiuratio erroris.

lium dentibus atteri: Iurans per ſanctā & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Euāgelia. Eos qui contra hanc fidem uenerint, cum dogmatibus & conſecrationibus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuncio. Quod ſi ego ipſe aliquando contra hoc aliquid ſentire, aut prædicare præſumpſero, canonū ſeueritati ſubia-

Formula abiurandi ſchiſmatis.
1.q.7.c.quoties

ceam. Sed quoniā etiam ſchiſma abiurandum eſt, non fuerit alienum, hoc loco formulā huiuſmodi abiurationis, ex regiſtro Gregorij annectere. Poſtq; ego.N. ciuitatis illius Epiſcopus, cōperto diuiſionis laqueo quo tenebar, diutina mecū deliberatione pertractās, prona & ſpontanea uoluntate ad unitatem ſedis Apoſtolicæ (diuina gratia duce) reuerſus ſum. Ne non pura mente, ſed ſimulata reuerſus exiſtimer, ſpondeo ſub ordinis mei caſu & anathematis obligatione, atq; promitto, tibi.N. & per te, ſancto Petro Apoſtolorum principi, atque eius uicario. N. beatiſsimo & ſucceſſoribus eius, me nunquàm quorumlibet ſuaſionibus, uel quocunq; alio modo ad ſchiſma (de quo redemptoris noſtri gratia liberante ereptus ſum) reuerſurum, ſed ſemper me in unitate ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & cōmunione Rom. Pont. per omnia permanſurum. Vnde iuratus dico per Deum omnipotentem, & per hęc ſancta Quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo, & ſalutē Dominorū noſtrorū.N. & N. Remp. gubernantiū, me in unitate (ſicut dixi) Eccleſiæ, ad quam Deo propicio ſum reuerſus, & in cōmunione Rom. Pont. ſemper & ſine dubio permanere. Quod ſi (quod abſit) ab hac me unitate aliqua excuſatione, uel argumēto diuiſero, periurij reatū incurrēs, æternæ pœnæ obligatus inueniar, & cū authore ſchiſmatis habeā in futuro ſæculo portionē. Hanc aūt profeſsionis promiſsioniſq; meæ chartulā tibi.N. notario meo, cū conſenſu Presbyterorū, & Diaconorū, & Clericorū, qui me in hac unitate obligātes ſe in ſuprascriptis omnibus prona ſimiliter uoluntate ſequuti: atq; proprijs manibus ſubſcripturi ſunt, ſcribendum dictaui, & propria manu ſubſcribens tibi tradidi. Acta in loco tali, die tali, & Conſulibus ſupraſcriptis. Ego .N. Epiſcopus ciuitatis. N. huic confeſsioni promiſsioniq; meæ, præſtito de conſeruandis ſupraſcriptis omnibus Sacramento ſubſcripſi.

Abſolutio autem, & reſtitutio, ad hunc ferè modum fieri poteſt. Hæreticus Anathematizatus, poſtquàm pœnitentia ductus, ueniam poſtulat, & emendationem promittit: Epiſcopus ad ianuas Eccleſiæ uenire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui cum hinc & inde circumſtare debent: Et ſi ille in terram proſtratus ueniam poſtulat, & de futuris cautelam ſpondet, tunc Epiſcopus compræhenſa manu eius, in Eccleſiam eum introducat, & cõmunioni Chriſtianæ reddat, & ſeptẽ Pſalmos pœnitentiales decantet, cum iſtis precibus, Kyrieeleiſon, Pater noſter, Saluum fac ſeruum tuum, Præſta quæſumus huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut Eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admiſſorum ueniam conſequendo, reddatur innoxius. Per dominum &c. Satisfactione hoc modo ab hæretico præſtita, iniungenda quoq; eidem erit pœnitentia, de qua re ita conſtituit Epaunenſe Concilium: Lapſi, id eſt, qui in Catholica baptizati, ſi præuaricatione damnabili, poſt in hæreſim tranſierint, grandem eis redeundi difficultatem ſanxit antiquitas, quibus nos annorũ multitudine priuatis, pœnitentiam bienníj conditionibus infra ſcriptæ obſeruationis imponimus: ut præſcripto biennio tertia die ſine dilatione ieiunẽt, & in Eccleſia ſtudeãt frequentare pœnitentium locum, ſtandi, orandi: humilitatem nouerint obſeruandam, ac etiã ſi ipſi cum Catechumenis procedere commonentur, abſcedant: hoc ſi obſeruare uoluerint, cõſtituto tempore admittentur ad altarium, & relaxatio obſeruetur: Quam ſi arduam uel duram fortè putauerint, ſtatuta præteritorum canonum complere debebunt. Idem, presbytero propter ſalutem animarum, quam in cunctis optamus deſperatis, & in lecto recumbentibus hæreticis, ſi conuerſionem ſubitam petant, Chriſmate ſubuenire permittimus, quod etiàm omnes conuerſuri, ſi ſani ſunt, ab Epiſcopo nouerint expetendum. Item, Leo Papa his qui tempore neceſsitatis, & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ & munus reconciliationis implorant, nec ſatisfactio † interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire: apud quẽ nullas patitur uecordiæ moras conuerſio, dicente Dei ſpiritu, per Ezechielem prophetam. Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Quod ſi ita aliquando ægritudine aggrauati ſunt, ut quod paulò antè poſcebant, ſub præſenti ſignificare non ualeant teſtimonio, eis fidelium & circumſtantium teſtimonium prodeſſe debebit.

c. cum aliquis 11. q. 3. Quomodo abſolutio fieri debet.

Antiqua forma agẽdi pœnitentiã pro hæreſeos crimine. *c. 29.*

c. 16.

Nulli denegãda pœnitẽtia in neceſsitate conſtituto.

† *indicenda*

Ezech. 18.

Hæretici redeuntes, an ad priſtinas dignitates recipi, & in receptis ordinibus retineri, uel ad ſacros ordines promoueri poſsint. Cap. VII.

QVæri ſolet an hæretici, qui, priuſquam in hæreſim laberentur, in Clerum recepti & ordinati, aut ab hæreticis ad ſacros ordines promoti fuerint, redeuntes in Clero manere: & ordinem & dignitatem, ſiue à Catholicis ſacerdotibus, ſiue ab hæreticis acceptam retinere poſsint. In qua re diuerſi ſunt Canones. Nicænum Conciliũ definiuit, Nouatianos redeuntes in Clero manere

c.8. Formula reſtituend. Nouatianos qui reſipiſcunt.

& ordinem retinere poſſe. Canon ſic habet, Si qui uoluerint uenire ad Eccleſiam Catholicã ex Nouatianis, placuit ſancto Concilio ut ordinentur, & ſic maneant in clero: Ante omnia autem hanc habeant ab eis confeſsionem, quam per ſcripturam exigi oportet, ut fateantur ſe cum omni cõſenſu Eccleſiæ Catholicæ ſtatuta obſeruaturos, Id eſt, communicaturos ſe: & his qui forte ſecundas nuptias experti ſunt, uel his qui perſequutionis tempore lapſi ſunt: quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus aſſcriptum eſt, ut in omnibus ſequantur ea, quæ in Eccleſia Catholica obſeruãtur. Et ſicubi ijdem ipſi fuerint inuenti, ſiue in uicis, ſeu in urbibus, Clerici ordinati à Catholicis, ſic etiam in Clero perſiſtant: Vnuſquiſq; tamen in ſuo ordine. Si uero Epiſcopus uel Presbyter Eccleſiæ Catholicæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, Certum eſt, quod Epiſcopus quidẽ Catholicus ſuam habeat ſacerdotij dignitatem: Similiter autem Preſbyteri & Diaconi habeant. Hi uero qui ab iſtis ueniunt, ſi fortè Epiſcopus fuerit, habeat ſacerdotij dignitatem: Niſi fortè placeat Catholico Epiſcopo cõcedere ei etiam Epiſcopalis nominis honorem: Si uerò non placuerit, inueniat ei locum, ut ſit in parochia Chorepiſcopus, aut in Clero presbyter, ut in ciuitate una non uideantur duo Epiſcopi eſſe, & ille omnimodo in Clero permanere uideatur.

Act.1. Item, Epheſina Synodus, cuius canonem citat Septima Synodus, Si qui in qualibet ciuitate Clericorũ, à Neſtorio, quiq; illius dogma ſequũtur, prohibiti ſunt, ut minus rectè cenſuerit, hos ut gradum proprium recuperent, iuſtũ cenſuimus. Quicunq; aũt Clerici uniuerſali et Orthodoxæ Synodo conſentiunt, & nunc & in futurum, etiã quouis tempore, iubemus, ne omnino Epiſcopis à ſacris canonibus & Orthodoxa fide deficientibus et abſiſtentibus, eamq; tranſgredientibus, ſubijciãtur.

Conciliũ Elibertinum. c.51.

Alij uerò, neq; recipi eos in Clerum, neq; ordinari poſſe, neq; in Clero manere, neq; ordinem ſeruare decreuerũt: ut Concilium Elibertinum. Ex omni hæreſi, qui ad nos fidelis uenerit, minime eſt ad Clerum promouendus: uel ſi qui ſunt in præteritum ordinati, ſine dubio deponẽtur. Item Cyprianus, Si qui Preſ-

byteri

byteri & Diaconi in Eccleſia Catholica prius ordinati fuerint, & 1. q. 7. c. 1.
poſtmodum perfidi & rebelles extiterint contra Eccleſiam, uel apud Epiſt. 1. lib. 2.
hæreticos à pſeudoepiſcopis & Antichriſtis, contra Chriſti diſpoſi- Dura B. Cypriani opinio
tionem prophana ordinatione promoti ſunt: & contra altare atq; in reuerſos ab
diuinũ uerbum ſacrificia foris falſa & ſacrilega offerre conati ſunt: hæreſi.
eosquoq; hac conditione ſuſcipi conuenit, cum reuertuntur, ut com-
municent Laicis: & ſatis habeant quod admittuntur ad pacem, qui
hoſtes pacis extiterunt: nec debere eos reuertentes, ea apud nos or-
dinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaue-
runt. Oportet enim ſacerdotes & miniſtros, qui altari & ſacrificijs
deſeruiũt, integros atq; immaculatos eſſe: cũ Dominus in Leuitico Leuit. 21.
loquatur, Homo, in quo fuerit macula, & uitium, non accedat offer
re dona Deo. Item, in exodo hæc eadem precipiat, & dicat: Sacerdo
tes qui accedunt ad Dominum Deum, ſanctificentur, ne fortè dere- Exodi. 19.
linquat illos Dominus, Et iterum. Et cum accedunt miniſtrare ad
altare ſancti, non adducent in ſe delictum, ne moriantur. Quod Grauiſsimum
autem maius poteſt eſſe delictum, aut quæ macula deformior, quam peccatum hæreſis.
aduerſus Chriſtum ſtetiſſe, quàm Eccleſiam eius: quam ille ſanguine
ſuo parauit & condidit, diſsipaſſe: quam Euangelicæ pacis ac di-
lectionis oblitum, contra unanimem & concordem Dei populum
hoſtilis diſcordiæ furore pugnaſſe? Qui etſi ipſi poſtmodum ad Eccle
ſias redeunt, reſtituere tamen eos, & ſecum reuocare non poſſunt,
qui ab eis ſeducti, & foris morte præuenti, extra Eccleſiã ſine cõmu-
nicatione & pace perierũt, quorum animæ in die Iudicij de ipſorum
manibus expetentur, qui perditionis authores & duces extiteruut.
Et idcirco ſatis eſt, talibus reuertentibus ueniam dari, non tamem de
bet in domo fidei perfidia promoueri. Nam quid bonis & innocen-
tibus atq; ab Eccleſia non recedentibus reſeruamus, ſi eos, qui à no-
bis receſſerint, & contra Eccleſiam ſteterint, honoramus? Inno- Mitior ſententia.
centius primò definiuit eos, qui ab hæreticis ordinati redierint, ordi-
nem quidem, quem ab his, qui dare non potuerunt, receperunt, reti- In Epiſt. ad Epiſcopos Maced. c. 3. 4. 5.
nere: nouum autem ordinem & à legitimo ſacerdote recipere non
poſſe. Aurelianenſe Primũ, arbitrio Epiſcopi reliquit, ut pro qualita Aurel. c. 12.
te & conditione perſonarum, quo uelint ordine redeuntes hæreti-
cos dignari poſsint. Canon ſic habet. De hæreticis Clericis, qui
ad fidem Catholicam plena fide ac uolũtate uenerint, uel de Baſilicis
quos in peruerſitate ſua Gothi hactenus habuerunt, id cenſuimus ob
ſeruari, ut ſi Clerici fideliter conuertantur, & fidem Catholicam in-
tegrè confiteantur, uel ita dignam uitam morum & actuum probita
te cuſtodiant, officio quo eos Epiſcopus dignos eſſe cenſuerit, cum
impoſitæ manus benedictione ſuſcipiant: & Eccleſias ſimili, quo no-
ſtræ inuocari ſolent, placuit ordine conſecrari. In hac diuerſitate
ſeruandi ſunt canones, qui hæreticos redeuntes ad Laicos redigunt,

Felinus in c. eamte, in uerſ. infidelitas. de reſcriptis.
Aug. Epiſt. 50.

nec ad ſacros ordines, aut ad aliquam dignitatem aſcendere permittunt. ut canoniſtis placet. Auguſtinus hunc ueterũ canonum rigorem ita moderandum eſſe cenſet, ut tum demum Epiſcopi & Clerici hæreticorum, in ſuſceptis ordinibus manere, & ad nouos promoueri poſsint, ſi aliter multitudini per hæreſes & ſchiſmata pereunti ſubueniri non poſsit. Sic enim de hæreticis redeuntibus ſcribit. Si ergo (inquiunt hęretici,) oportet, ut nos extra Eccleſiam & aduerſus Eccleſiã fuiſſe pœniteat, ut ſalui eſſe poſsimus, quomodo poſt iſtam pœnitentiam apud uos Clerici uel etiam Epiſcopi permaneremus? Hoc non fieret (reſpondet Auguſtinus.) quoniam re uera (quod fatendum eſt) fieri non deberet, niſi pacis ipſius cõpenſatione ſanarentur. Sed ſibi hoc dicant, et multo maxiné humiliter doleant,

als † morte præciſionis.
Elegans ſimilitudo de rão præciſo ac iterum inſerto.

qui in tanta † mortis pręciſione iacent, ut iſto quodam uulnere matris Catholicæ reuiuiſcant. Cum enim præciſus ramus inſeritur, fit aliud uulnus in arbore, quo poſsit recipi, ut uiuat, qui ſine uita radicis peribat. Sed cum receptus recipienti coaluerit, et uigor conſequetur & fructus: ſi aũt non coaluerit, ille quidẽ areſcit, ſed uita arboris permanebit. Eſt enim & tale inſerendi genus, ut nullo præciſo ramo, qui intus eſt, ille qui foris eſt inſeratur, non tamen nullo, ſed uel leuiſsimo arboris uulnere. Ita ergo & iſti, cũ ad radicem Catholicæ ueniunt, nec eis quamuis poſt erroris ſui pœnitentiam honor Clericatus uel Epiſcopatus aufertur: fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem ſeueritatis. Veruntamen neque qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ad Dei miſericordiam pre cibus fuſis, coaleſcente inſitorum pace ramorum, charitas cooperit multitudinem peccatorum. Vt enim conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam Clericatum accipiat, uel ad Clericatũ redeat, uel in Clericatu maneat: non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ: Alioqui contra claues datas Eccleſiæ diſputabitur, de quibus dictum eſt. Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erũt in celo: Sed ne forſitan & de cæteris criminibus, ſpe honoris Eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbè ageret pœnitentiam ſeueriſsimè placuit, ut poſt actam de crimine damnabili pœnitentiam nemo ſit Clericus: ut deſperatione temporalis altidudinis, medicina maior & uerior eſſet humilitatis. Nam & Sanctus Dauid de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, et tamen in honore ſuo perſtitit. Et B. Petrum quando amariſsimas lachrymas fudit, utiq; Dominum negaſſe pœnituit: & tamen Apoſtolus manſit. Sed non ideo ſuperuacua putanda eſt poſteriorum diligentia, qui ubi ſaluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderũt, quo ſalus tutius muniretur: experti credo aliquorum fictas pœnitentias, per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Verum in huiuſmodi

1. Cor. 3.
1. Pet. 4.
Rigor antiquę conſtitutionis.
Matt. 18.
Exẽpla reſtituti honoris.
2. Reg. 11.

modi cauſis, ubi per graues diſſenſionum ſciſſuras, non huius aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacent: detrahendum eſt aliquid ſeueritati, ut maioribus malis ſanandis charitas ſyncera ſubueniat: Habeant ergo iſti de præterito deteſtabili errore, ſicut Petrus habuit de mendacij timore amarum dolorem: & ueniant ad Eccleſiam Chriſti ueram, hoc eſt, matrẽ Catholicam: ſint in illa Clerici, ſint Epiſcopi utiliter, qui contra illam fuerũt hoſtiliter, Veniant, fiat pax in uirtute Hieruſalem, quæ uirtus charitas eſt, Cui ſanctæ ciuitati dictum eſt. Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Non ſuperbiant, quia ſic eos ſuſcepit: non referant ad elationis ſuæ malum, quod facit ipſa propter pacis bonum: Sic multitudinib. per Schiſmata & hereſes pereuntibus ſubuenire conſueuit. Hæc Auguſtinus. Et ad hunc modum accipienda ſunt, omnia tum patrum decreta, tum Conciliorum exempla, in ſeptima Synodo prolata. Quoniam aliter multitudinibus per hæreticos deceptis ſubueniri non potuit, quæ ne totæ perirent, permiſſum fuit ut Epiſcopi & ſacerdotes eorum, dignitates ſuas retinerẽt, & ex ipſis etiam, qui idonei eſſent, ad ſacros ordines & dignitates promouerentur: Et hanc ſententiam hodie quoq; ſeruandam eſſe cenſeo.

Tẽperamentũ rigoris per charitatem.

Pſal. 121.

Acti. 1.

De admonendo Imperatore, alijsq; regibus & principibus à Romano Pontifice, & alijs Epiſcopis, ut & ipſi ad extinguendas ſuborientes hæreſes, officium authoritatemq; ſuam interponant, Cap. VIII.

POſtremo ad officiũ Romani Pontificis aliorumq; Epiſcoporũ pertinet, quoties opus eſt, Imperatorem alioſq; Reges & principes, ſub quorum Imperio hæreſes & ſchiſmata emergũt: diligenter admoneant, Primum, ut ueram & Catholicam religionem & fidem cuſtodiant, & mandata Dei obſeruẽt. Deinde ut quod ſacerdotale officium per doctrinæ ſermonem & Eccleſiaſticas cenſuras non poteſt, ipſi diſciplina, & ſæcularis poteſtatis rigore hæreticam ubiq; impietatem ſupprimãt & extinguant. Hoc pacto Anaſtaſius Papa II. Anaſtaſium principem in his quæ ad fidem & religionem, tum etiam ad obſeruationem mandatorũ Dei pertinẽt, inſtruens ita ſcribit. Hoc tamen precipuè inſinuo Serenitati tuæ, ut cum cauſæ Alexandrinorum patuerint pijſſimis auribus ueſtris, ad Catholicam & ſynceram fidem eos authoritate, ſapientia, diuiniſq; ueſtris mandatis redire faciatis. Nam quid tenendum ſit in religione Chriſtiana, ſecundum definita patrum, & prædicationem omnium ſacerdotũ, qui in Eccleſia floruerunt, ſi hoc quoq; præceperitis, ſcientibus in memoriam tranſmittendo renouabimus: ignorantibus ad

Officium admonẽdi Principes contra hæreſes.

Admonitio Anaſtaſij Papæ ad Imp. Anaſtaſium.

diſcendum pio officio noſtræ inſtructionis offeremus, ut nulla extrà hæc ingeniorum iactantia uel prauitas audiatur. Illud uerò peculiarius pro amore Imperij ueſtri, & beatudine, quæ conſequi poterit regnum, pro Apoſtolico officio prædicamus, ut (ſicut & decet & Spiritus Sanctus dictat.) monitis noſtris audientia præbeatur, ut bona
Exod. 15. omnia ueſtra Rempublicam conſequatur. Sicut in Exodo promittitur, Si audieris uocem Domini Dei tui, & quæ placent ei feceris coram ipſo, & obedieris præceptis eius, & cuſtodieris omnẽ iuſtitiam eius: omnem infirmitatem quam importaui Ægiptijs, non importabo in te. Ego enim ſum Dominus, qui ſaluum facio te. Et illic iterum tuba potentiſsima canitur. Et nunc Iſraël quid Dominus Deus tuus poſtulat à te aliud, quàm ut timeas Dominum Deum tuum, & am
Deut. 10. bules in omnibus uijs eius & diligas illum, & ſeruias Domino Deo tuo: & ex tota anima cuſtodias præcepta Domini Dei tui, et iuſtitias
Ne ſpernātur monita ſacerdotum. eius quas ego mando tibi. Hęc me ſuggerentem frequentius, non ſpernat pietas tua, ante oculos habens Domini in Euangelio uerba.
Luc. 10. Qui audit uos, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit: & qui me
1. Theſ. 4. ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me. Nam & Apoſtolus cõcinens ſaluatori noſtro ita loquitur. Quapropter qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui dedit ſpiritum ſanctum ſuum in nobis. Pectus clementiæ ueſtræ ſacrarium eſt publicæ fœlicitatis, ut per præſentiã ueſtram (quam uelut Vicariũ Deus præſidere iuſsit in terris) Euangelicis Apoſtolicisq; præceptis non dura ſuperbia reſiſtat, ſed
Epiſt. 95. per obedientiam, quæ ſunt ſalutifera compleantur. Similiter diuiniſsimus Leo I. Leoni I. Imperatori, cõtra Eutichianam hæreſim, pleniſsimã fidei inſtructionem per Epiſtolam mittit, in qua his ferè uerbis exorditur, Promiſiſſe me memini Venerabilis Imperator in cauſa fidei, de qua Clementiam tuã noui piè eſſe ſollicitã, pleniorem humilitatis meę dirigendũ eſſe ſermonẽ, quem nunc auxiliante Domino, fideli occaſione perſoluo, ut ſanctæ pietatis ſtudio utilis, quan-
Elegās admonitio ad Imp. tum arbitror, deeſſe nõ poſsit inſtructio. Quamuis enim ſciam Clementiam tuam humanis inſtructionibus nõ egere, & ſyncerißimam de abundantia ſpiritus ſancti hauſiſſe doctrinam: Officij tamen mei eſt, & patefacere quod intelligis, & prædicare quod credis, ut ignis ille, quem Dominus ueniens miſit in terram, motu crebræ meditationis agitatus, ſic concaleſcat ut ferueat, & ſic inflametur ut luceat. Sed & de errore arguere principem debet Pontifex, exemplo
2. Regum 12. Gelaſius Pap. in Epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ. Nathan prophetæ, qui publicè in faciem Regi Dauid, & cõmiſſum pronunciauit errorem, & ipſum commiſiſſe non tacuit, et cõfeſsione correctum conſequenter abſoluit. Sic Marcellus Papa & Mar-
Marcel. Epiſt. 2. ad Maxen. tyr, olim Maxentiũ Tyrãnum libere corripiebat, quod Chriſtianos perſequeretur, oſtendens illi errorem ſuum, ſimulq; admonens, ut à tam impia crudelitate deſiſteret: & quę mala ipſum, ſi non deſiſteret, manerent

manerent. Sic Gelaſius Papa, ad Anaſtaſium Imperatorem, paternas admonitiones iniquius ferentē, ita ſcribit. Abſit, quæſo à Romano Principe, ut intimatā ſuis ſenſibus ueritatem arbitretur iniuriam. Duo quippe ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur. Authoritas ſacra Pontificū, & regalis poteſtas. In quibus tanto grauius eſt pondus ſacerdotum, quanto etiam pro ipſis regibus hominū, in diuino reddituri ſunt examine rationem. Noſti enim fili Clementiſsime, quod licet præſideas humano generi dignitate rerum, tamen præſulibus diuinarum deuotus colla ſubmittis, atq; ab eis cauſas tuæ ſalutis expectas, inq; ſumendis cœleſtibus Sacramentis, eisq;(ut competit) diſponendis, ſubdi te debere cognoſcis religionis ordine, potius quam præeſſe noſti. Itaq; inter hæc ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi uelle uoluntatem. Si enim quantum ad ordinem pertinet publicæ diſciplinæ, cognoſcentes imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoq; parēt religionis Antiſtites: ne uel in rebus humanis excluſæ uideantur obuiare ſententiæ: Quo rogo te decet affectu eis obedire, qui pro rogandis uenerabilibus ſunt attributi myſterijs? Proinde ſicut nō leue diſcrimen incūbit Pōtificibus, ſiluiſſe pro diuinitatis cultu, quod congruit: ita his (quod abſit) nō mediocre periculum eſt, qui cum parere debeant, deſpiciunt. Et ſi cūctis generaliter ſacerdotibus & rectè diuina tractantibus, fidelium conuenit corda ſubmitti: Quāto potius ſedis illius præſuli conſenſus eſt adhibendus, quem cunctis ſacerdotibus & diuinitas ſumma uoluit præeminere, & ſubſequens Eccleſiæ generalis iugiter pietas celebrauit? Quapropter ſub conſpectu Dei purè, ſyncerè pietatem tuam deprecor, obteſtor, & exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias, rogo inquam, ut me in hac uita potius audias deprecantē, quam (quod abſit) in diuino iudicio ſentias accuſantem. Noli iraſci mihi ſi tantum diligo, ut regnū quod temporaliter aſſecutus es, uelim te habere perpetuum, & qui Imperas ſæculo, poſsis regnare in Chriſto: Non ſint grauia quæſo, quæ pro tuæ ſalutis æternitate dicuntur. Scriptum legiſti, meliora ſunt uulnera amici, quam oſculum inimici. Quæſo pietatem tuam, ut quo affectu dicuntur à me, eo tuis ſenſibus intimentur. Sic Nicolaus Papa I. Michaëlem Imperatorem arguit, quod officium ſacerdotale uſurpaſſet. Congregatis (inquit) Concilium aduerſus eum (de Ignatio Epiſcopo Conſtantinopolitano loquitur, quem Imperator iniuſtè deponi curauerat) & ad Imperij ueſtri nutum cuncti ſunt famulati minores, & ad uotum ſæcularium (ut cum pace ueſtra dicamus) de Solio Imperiali deſcendentes, Cathedram præſularem (ut ita fateamur) aſcendiſtis, & pro deſiderio hoſtium eius, Auguſtalium obliti ſceptrorū, quendam Regem Iſraël imitantes, aduerſus illum ſacerdotalis miniſterij arripuiſtis officium: præſertim

Gelaſius Papa ad Anaſtaſium Imp.

Imperator in cauſis religionis ſubeſſe debet Pont.

Authoritas Rom. Pont.

Pontis admonitio.

Prouer. 27.

Nicolaus Papa I. in Epiſt. ad Mich. Imp.

2. Paral. 26.

ſertim cum Imperiũ ueſtrũ ſuis publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus debeat eſſe contentũ,nec uſurpare quę ſacerdotibus Domini ſolum conueniunt. Fœlix Papa, Conſtantiũ hæreticum declarauit,& ſecundo rebaptizatum ab Euſebio Nicomedienſi Arriano pronunciauit, propter quod & ab eodem capite truncatus, martyrio coronatus eſt,ut Damaſus teſtatur. Sic Gelaſius Papa, Anaſtaſium Conſtantinopolitanum Imperatorem excommunicauit, quod hæreticis & Acatio faueret. Qui & eadem authoritate uſus eſt, contra Vandalos, eorumq; Regem, qui Arriana hæreſi infecti, Catholicos cruciatibus & ſupplicijs perſequebantur. Sic Gregorius Papa VII. Henricum Imperat. IIII. Honorius Papa III. Fridericum Imperatorem II. excommunicarunt: Quam ſententiam in Fridericum latam Gregorius Nonus poſtea confirmauit. Idem officium, alij quoque Epiſcopi in Imperatores exercuerunt. Diuus Ambroſius iubenti Imperatori, ut ei Baſilicam traderet, non ſolum non obtemperauit, ſed ipſum etiam de impietate ſua coarguit. Noli, inquit, te grauare Imperator, ut putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere: noli te extollere, ſed ſi uis diutius imperare, eſto Deo ſubiectus. Scriptum eſt, quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari. Ad Imperatores Palatia pertinent, ad ſacerdotes Eccleſiæ: publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum. Item, Dicitur mihi, Imperatorem mandaſſe, debeo & ego unam Baſilicam habere: reſpondeo, non licet tibi ullam habere, & infra. Naboth ſanctum uirum poſſeſſorem uineæ ſuæ ſcimus interpellatum petitione regia, ut uineam ſuam daret, ubi rex ſuccisis uitibus olus uile ſereret: eumq; reſpondiſſe, abſit, quod ego patrum meorum tradam hæreditatem, Regem contriſtatum eſſe, quod ſibi eſſet alienum ius relatione iuſta negatum, Sed muliebri conſilio deceptum, morte in agrum ueniſſe. Sanctus enim Naboth uites ſuas uel proprio cruore defendit: ſi ille uineam non tradidit ſuam, nos trademus Eccleſiam Chriſti? Item Theodoſium Imperatorem, ob perpetratam in Theſſalonica ciuitate cædem, cum Mediolanum ueniſſet & ſolenniter templum ingredi uoluiſſet: enarrata primum immanitate perpetrati ſceleris, & quàm minimè deceret, ut iniuſtæ cædis ſanguine ſtillans, ſanctum Dei templum ingrederetur, ab ingreſſu ipſum prohibuit, idem Ambroſius. Recede, inquit, recede, nec altero peccato priora crimina augere contendas: ſuſcipe uinculum, quo te omnium Dominus nunc ligat. Eſt enim medicina maxima ſanitatis, nec eum, priuſquàm peracta pœnitentia, à uinculo excommunicationis abſolutum ingredi in templum permiſit. De implorando autem Imperatoris aduerſus hæreticos auxilio, Leo Papa I. ad Martianum Imperatorem ita ſcribit. Quàm excellenti pietate, & quàm glorioſo Clementiæ ueſtræ ſtudio, in integrum nuper fides Chriſtiana reuocata ſit, totus mundus

Platina in Fœlic. 2.

Imp. a Rom. Pont. excommunicati.

De ſent. & re iud. c. ad Apoſtolicæ lib. 6. c. conuenior. 23. q. 8.

Ambroſ. arguit Imp. Valentinianũ II.

Matth. 22.

Exemplum Naboth.

3. Reg. 21.

Trip. cap. 30. lib. 9. Theod. lib. 5. cap. 18.

Leo Epiſt. 55.

mundus agnoſcit, & ſaluti ſuæ ſingulare præſidium per uos à Domino eſſe reparatũ. At ſi quid aduerſus tanti operis conſummationem de contrario ſpiritu ſentitur aboriri, neceſſe eſt, ut ad ueſtræ reuocetur pietatis auxilium, quod ad cuſtodiam Catholicæ ueritatis diuina prouidentia præparauit: ut cum poteſtatis ueſtræ ſit, ſcandala etiam in longinquum nata reſecare: multò magis ea, quæ ſub ueſtris oculis audent ſurgere, non ſinatis accreſcere. Et ad Pulcheriam Auguſtam. Multis, inquit, extantibus documentis, quibus in dilectionem Eccleſiæ Dei, pietatis ueſtræ manifeſtatur affectio: meritò quoties aliquid naſcitur ſcandalorũ, ueſtrum deſideratur auxilium. Vt fides, quæ annitentibus uobis contra hæreticorum cõmenta defenſa eſt, ſecurę pacis perpetem obtineat firmitatem. Nam quid prodeſt foris aduerſarios ueritatis oppreſſos, ſi eoſdem habeamus intra dominica ſepta rediuiuos? Idem ad Theodoſium II. principem. Quia uerò diabolica nequitia ſubtiliter fallit incautos, & ita quorundam imprudentiam per ſimilitudinem pietatis illudit, ut pro ſalubribus perſuadeat nocitura: remouete quæſo à ueſtræ pietatis conſcientia periculum religionis & fidei. Quodq́ in ſæcularibus negocijs legum ueſtrarũ æquitate conceditur, in rerum diuinarum pertractatione præſtate, ut Chriſti Euangelio uim non inferat humana præſumptio. Quod autem ad alios Epiſcopos attinet, Patres Mileuitani Concilij decreuerunt, ab Imperatoribus petendum, ut iubeant Iudicibus, dare peritos ſibi defenſores, Scholaſticos, qui in actu ſint, uel in officio defenſionum, cauſarum Eccleſiaſticarum, & ut ijdem habeant facultatem pro negocijs Eccleſiarum, quoties neceſſitas flagitauerit, uel ad obſiſtendum callide decipientibus, uel obrepẽtibus, uel ad neceſſaria ſuggerenda ingredi Iudicum ſecretaria. Similiter patres in Concilio Aphricano legationẽ ad Arcadium & Honorium, ad petendum contra Donatiſtas legitima ſubſidia decreuerunt. Ad eandem etiam curam & ſolicitudinem Roman. Pontificis pertinet, ut in aula principis, bonos aliquos & fideles foueat: Qui & hæreſes & quicquid ad tuendam Catholicam fidem, & conſeruandam unitatem pertinet, inquirãt: & aduerſus hæreſes Imperatoris auxilium poſtulent, & quicquid ad pacem neceſſarium fuerit, illi ſuggerant: ac de his quæ uno quoq́ tempore acta fuerint, ad Romanum Pontificem referant. Talis fuit Conſtantinopoli in Aula Martiani Imperatoris Iulianus Epiſcopus Coenſis, à Leone Pontifice conſtitutus, quod ipſius ad eundem Epiſtola indicat. Sic enim ſcribit, Studeat dilectio tua Frater chariſsime, piã & neceſſariam curam ſolicitudini Apoſtolicæ ſedis impendere: quæ tibi, apud ſe nutrito, Catholicam contra Neſtorianos & Eutichianos hæreticos, actionem materno iure commendat, ut diuino fultus auxilio, ſpeculari de Conſtantinopolitanæ urbis oportunitate non deſinas,

Leo Epiſt. 38

Epiſt. 34.

c. 16.

Duo Cõcilia, miſerunt legatos ad Imp. pro auxilio cõtra hæreſes.

Prouidentia Rom. Pont. cõtra hęreſes.

Leonis Epiſt. 34.

Qualis fuit in Aula Imp. amicus Leonis I. Epiſcopus Coenſis.

ut prædictorum dogmatum impius nunquàm turbo conſurgat. Et quia tanta eſt glorioſorum principum clementia, ut confidenter eis poſsis, quæ ſunt inſinuanda ſuggerere, pietate ipſorum ad utilitatem Eccleſiæ uniuerſalis utaris. Conſulente aũt dilectione tua de his, in quibus putaueris ambigendum, non deerit relationibus tuis meę reſponſionis inſtructio, ut ſequeſtrata earũ actione, cauſæ quæ in quibuſcunq; Eccleſijs præſulum ſuorum debent cognitione firmari, hac ſpeciali cura uice mea functus utaris, ne hæreſes Neſtoriana & Euti-

Leo Epiſt.80. chiana in aliqua parte reuiuiſcant. Agat igitur Fraternitas tua opportunis ſuggeſtionibus, ut Clementiſsimus princeps, quę Domino ſunt placitura præcipiat, & incentores cruentarum ſeditionum iubeat competentius coërceri, ut nec illi impuniti ſint, quorum manus

Leo Epiſt.55. ſcelera perpetrarunt, nec illi qui talium utuntur inſania. Idem de

Cõmendatio Iuliani Coenſis Epiſcopi. eodem ad Martianum Imperatorem. Illud quoq; Clementiæ ueſtræ beneuolentiam peto, ut ueneratorem ueſtrum, fratrem meum, Iulianum Epiſcopum in ueſtro, ſicut facere dignamini, habeatis affectu: cuius obſequijs præſentiæ meę uobis imago reddatur. Nam & fidei eius ſynceritate confidens, uicem ipſi meam contra temporis noſtri hæreticos delegaui, atq; propter Eccleſiarum pacisq; cuſtodiam, ut à comitatu ueſtro non abeſſet exegi. Cuius ſuggeſtiones pro concordia Catholicæ unitatis tanq; meas audire dignemini, placentes Deo, qui præter Imperialem coronam etiam ſacerdotalem confert

Epiſt.Leon.58 palmam. Et ad Pulcheriam, Fratri & Coepiſcopo meo Iuliano, cui ſolicitudinẽ meam in cauſa fidei delegaui, rogo, ut eam fiduciam prebere dignemini, qua pietati ueſtræ poſsit quæ uniuerſali Eccleſiæ

Epiſt.Leonis 71. ſint pro futura ſuggerere. Idem ad Leonem Imperatorem. Cultores autem pietatis tuæ Iulianum Epiſcopũ & Eutichium presbyterum, mea petitione cõmendo, & ſuggeſtiones eorum pro defenſione Catholicæ fidei placidè digneris audire. Atque hæc ferè ſunt Romani Pontificis, aliorumq; Epiſcoporum officia in cauſa hæreſis. Quibus unum illud annectere libet, quod Anaſtaſius Papa, eadem de re, maximè quod ad Pontificum attinet officium, in Epiſtola, quam ad omnes Germaniæ & Burgundiæ Epiſcopos ſcribit: Quam eandem & in eadem cauſa, eodem ferè exemplo, à Leone Papa ad Epiſcopos Italiæ ſcriptam inuenio. In qua ſanè uterq; quid cõtra hæreticos ipſi egerint, ſimul atq; quid ſuper ea re à poteſtatibus ſęcularibus petiuerint & impetrauerint, complectuntur, Verba Epiſtolæ ſic habent.

Extirpatio Manichæorũ in urbe per Leonẽ PP.I. Manichæos uerò, quos in urbe Roma inuenimus, & ſequaces eorum nolite ſuſcipere, neq; eis cõmunicare, aut ullam cum eis participationem habere, priuſquàm ad rectã conuertantur uiam: ne eorum male pullulantia ſemina, quæ a nobis in urbe extinguuntur, peſsimis uobiſcũ radicibus ſeminentur, uel germinent. Plurimos uerò eorum inueſtigatio noſtra reperit, uigilantia diuulgauit, authoritas et cẽſura coërcuit.

coërcuit. Quos potuimus emendare correximus, & ut damnarent Manichæum cum prædicatione & diſcipulis ſuis, publica in Eccleſia profeſsione, & manus ſuæ ſubſcriptione compulimus, & ita de uoragine impietatis ſuæ confeſſos, pœnitentiam concedendo leuauimus. Aliquanti uerò, qui ita ſe demerſerunt, ut nullum his auxiliantis remedium poſſet ſubuenire, ſubditi legibus ſecundum Chriſtianorũ principum conſtituta, ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo exilio ſunt relegati, & omnia quæ tam in ſcriptis quam in occultis traditionibus ſuis habent prophana & turpia, ut noſſet populus quid fugeret aut uitaret, oculis Chriſtianæ plebis certa manifeſtatione probamus. Et paulò poſt: Et quia aliquantos de his, quos ne abſoluerentur, arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugiſſe, hanc ad dilectionẽ ueſtram Epiſtolam miſimus, ut effecta certior Sanctitas ueſtra, ſolicitius agere dignetur, & cautius, necubi Manicheæ peruerſitatis homines, plebes ueſtras facultatem lędendi, & huius ſacrilegij poſsint inueniri doctores. Aliter enim nobis cõmiſſos regere non poſſumus, niſi hos, qui ſunt peruerſi doctores & perditi, zelo fidei Dominicę perſequamur, & à ſanis mentibus (ne peſtis hæc latius diuulgetur) ſeueritate qua poſſumus abſcindamus. Vnde hortor dilectionem ueſtram, obteſtor, & moneo, ut qua debetis & poteſtis ſolicitudine uigiletis, ad inueſtigandos eos, nec ubi occultandi ſe reperiant facultatem. Hi fratres ualde cauendi ſunt, ne dominicum gregem peruerſitatibus quibus poſſunt, contaminare ualeant. Simile quiddam eſt, quod Innocentius Papa ad Laurentium Senenſem Epiſcopum ſcribit. Diu, inquit, mirati ſumus, hæreticos Photini uenena ſectantes, in territorio dilectionis tuæ, non ſolum eſſe, ſed etiam publicè ſibi conuenticula in aliquorum poſſeſsionibus præparare: cum de toto penè orbe nuſquàm tam multi quàm apud uos delegerint habitare. Quorum doctrinæ nephariæ, author Marcus dudum de urbe pulſus, temeritatis tantæ ductus eſt audacia, ut primum inter eos ſibi uendicet locum, ſed ne ulterius debacchandi habeant facultatem, & animas ſimplicium & ruſticanorum ſecum in gehennam, cui deſtinati ſunt, trahant: Actũ eſt aduerſus eos à defenſoribus Eccleſiæ noſtræ, qui eos poſsint expellere. Et paulò poſt: Tuum eſt Frater chariſsimè, quæ præcepta ſunt non ſegnius agere, ne plebem tibi creditam diſsimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

Hæretici obdurati in exilium relegati per ſeculares Iudices.

Admonitio Epiſcoporum de Manicheis

Innocen. Epiſt. 20.

Contra conuenticula Photinianorum.

Quæ ſint partes Imperatoris, Regum & aliorum Principum, contra hæreticos & ſchiſmaticos, Cap. IX.

Officium Catholicorũ Principum pro fide & religione.

OFficium Imperatoris, Regum & Principum eſt, ut ubilibet ſuborientes hæreſes & ſchiſmata ſupprimant, & extinguãt: & omnia ſtudia ſua actionesq́ eò conferant, ne ſub eorum imperio hæreticorum uideatur aucta improbitas, & Catholicorum perturbata ſecuritas. Vt enim nihil tam glorioſum Catholico principi eſt, quam illæſam ubiq́, & à ueritatis inimicis tutã ſeruare & cuſtodire Catholicam fidem: Sic nihil eſt quod maiorem infamiam principi irroget, quam ſi eandem fidem, quam prædeceſſores & maiores ſui Catholici principes, magna in Deum & Eccleſiam ſuam pietate & deuotione, contra impios & uęſanos hæreticos uiriliter tutati ſunt: ipſi nimia uel negligentia uel indulgẽtia, uel alio quopiã prauo ſtudio periclitari patiantur. Quàm infamiam ut cuitaret Theodoſius Iunior, piè à matre Galla Placidia, Valentiniano item filio, & Licinia Eudoxa admonitus eſt, ut fidem, quæ tantis temporibus regulariter à ſacratiſsimo patre ſuo Conſtantino, qui primus in Imperio ſplenduiſſet Chriſtianus, culta fuiſſet: ipſe quoq́ quorundam impiorum arbitrio & odio perturbari ne pateretur, Sed ut eorum turbis reſiſtens ueritatẽ, immaculatam fidei Catholicę religionis ſeruari præciperet: & prouideret, ne quod priſcis temporibus maiores ſui cuſtodiſſent, ſub ipſo imminui uideretur. Et per huiuſmodi exemplũ, inter Epiſcopos & Sanctas Eccleſias ſchiſmata generarentur, ut eorum ad Theodoſium Epiſtolæ teſtantur.

Hæreſes infamiam Principibus pariũt.

Pie admonitus de hoc Theodoſ. II.

Primũ igitur, nunq̃ nõ meminerint Catholici principes, poteſtatem ſe in Eccleſia ideo à Deo accepiſſe, ut erudiantur, ut Domino in timore ſeruiant, & ei in tremore exultẽt: & in his omnibus cogitent Deo ſe reddituros rationem propter Eccleſiam, quam Chriſto tuendam ſuſcepiũt. Nam, ut Canon inquit, ſiue augeatur pax et diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur: ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradidit. In qua ſi iuſtitiam ſeminauerint, mercedem accipient fidelem: Sin uerò diſciplinam, quam ab eis Deus exigit, non appræhenderint, tum euenturũ certò ſciant, quod in eos interminantur, Nempe ut Dominus iraſcatur, & pereant ipſi de uia iuſta. Primum autem erudiuntur principes, qui & regulam fidei, & omnem rationem Eccleſiaſticæ diſciplinæ à pontificibus diſcunt, eorumq́ monitis fideliter parent. Nam ut non leue diſcrimen incumbit Pontificibus, ſiluiſſe pro diuinitatis cultu quod congruit, ita his (quod abſit) non mediocre periculum eſt, qui cum parere debeant, deſpiciunt (ut ad Anaſtaſium Imperatorem inquit Gelaſius Papa) Nec mirum, qui enim ſacerdotes deſpiciunt, non

Principes de Eccleſia, quã tueri debent, Deo rationẽ reddere cogentur.

Prouer. II.

Pſal. 2. Erudimini qui iudicatis terram.

non modo homines,ſed Deum ipſum deſpiciunt,Domino dicente. *Luc.10.*
Qui uos audit,me audit:& qui uos ſpernit,me ſpernit:qui autem me ſpernit,ſpernit eum qui me miſit. Maximè uerò Romano Pontifici Imperatores,in his quæ ad defenſionem Sanctæ & Catholicę fidei & Eccleſię pertinēt,obedire debent.Nam,ut idem Pontifex ait, Etſi cunctis generaliter ſacerdotibus & rectè diuina tractantibus,fidelium conuenit corda ſubmitti: Quanto potius ſedis illius præſuli conſenſus eſt adhibendus, quem cunctis ſacerdotibus & diuinitas ſumma uoluit præminere, & ſubſequens Eccleſiæ generalis iugiter pietas celebrauit? Deo aūt in timore ſeruiunt Imperatores & principes,qui Pontificum & ſacerdotum monitis parentes,Eccleſiam Catholicam,cuius aduocati ſunt,fideliter tuentur, & omnes in ea Idolatrias,hæreſes,ſchiſmata,et ſcandala, & naſci non patiuntur,& nata repentè ſupprimunt,& radicitus euellunt,tum perturbatam pacem Eccleſiæ reſtituunt. Sic in ueteri teſtamēto,Ezechias ſeruiuit Domino,lucos & templa Idolorū,& illa excelſa, quæ contra præcepta Dei fuerant conſtructa,deſtruendo.Sic ſeruiuit Ioſias eadem & ipſe faciendo.Sic ſeruiuit Rex Niniuitarum, qui uniuerſam ciuitatem, ad placandum Dominū compulit. Sic ſeruiuit Darius, qui Idolum frangendum in poteſtatē Danieli dedit, & inimicos eius leonibus ſuppoſuit. Sic ſeruiuit Nabuchodonoſor, qui omnes in regno ſuo,à blaſphemando Deo,terribili lege prohibuit. Sic in nouo teſtamento,Conſtantinus Magnus, Arriana: Theodoſius Senior, Macedoniana: Theodoſius Iunior, Neſtoriana: et Marcianus, Eutichiana & alij Catholici principes alijs hæreſibus, (quantū quidē in ipſis fuit) ſuppreſsis,& extinctis ſchiſmatibus & ſeditionibus,Domino in timore ſeruierunt. Nimirum in his omnibus ſacerdotum monitis fideliter parentes,& quicquid illi inſpirante ſpiritu ſancto decreuerunt,pio affectu exequentes,caꝗ quæ ad ueram fidem & Chriſtianam Orthodoxam religionem pertinent, propter feruentiſsimum fidei Zelum,ſuis etiam rebus publicarum cauſarum neceſſarias utilitates præponentes,ac omnibus modis confidentes Deo, eis hoc modo propicio exiſtente, ut ſuum imperium glorioſius, & cōmunes cauſas fore meliores. Cæterum quibus modis exortæ hæreſes & ſchiſmata extinguenda, & pax turbata Eccleſiæ reſtituenda ſit, diuerſorum quidem Imperatorum diuerſas ſententias & ſtudia fuiſſe ex hiſtorijs didicimus. Quidam unumquenꝗ quid uellet credere permiſerunt. Quod Iouinianus Imperator, etiamſi à patribus Antiochenæ Synodi admonitus, ne Eccleſiaſticam pacem & concordiam conciliaturus, Catholicos cum hæreticis connumeraret: Tamen eiuſmodi conſiliū amplectebatur, quo blandimētis & ſuaſione uerborum, diſcordantium contentiones abſciſurum ſe confidebat. Ideoꝗ nulli quidem ſe quomodocunꝗ credentium moleſtum fore

Seruire Principes Deo in timore.

Exempla Regum ueteris teſtamenti.
4. Regu. 18.
4. Reg. 22.
Ionæ 3.
Daniel 14.
Daniel. 3.
Exēpla Reg. & Imp. Noui teſtamēti.

Diuerſa Principum ſtudia pro reſtituēda Eccleſię pace.
Tri. lib. 7. c. 4.
Iouinianus Imp. nimis lenis contra hæreticos.

promittebat, Eos tamen diligere, & ualde honorare, qui principium Eccleſiaſticæ unitati præberent. Quod factũ, Themiſtius quoq; philoſophus probat, & panegyrico in eius cõſulatu dicto celebrauit, ubi miratur Imperatorẽ, quod permiſerit unumquenq; colere, ſicut uellet, atq; deuicerit blandientium mores, quos ualde deridens ait, Manifeſtare purpuram, ut Socrates apud Caſsiodorũ in Tripartita teſtatur. Gratianus & Valentinianus iunior lege ſanxerunt, ut unaquæq; religio licitè ſacra celebraret: ſolos uerò ab Eccleſia prohibuerunt Eunomianos, Photinianos, & Manichęos. Impius aũt Valens, exemplo philoſophorũ Ethnicorũ, in Chriſti quoq; religione ſectas eſſe permittendas putauit, quin & ipſe hæreticus non ſolũ hæreticis, ſed etiã gentilibus & Iudæis conceſsit, ut religiones ſuas colerent, ut uellent: ijs tamen inimicus, qui Apoſtolica dogmata propugnabant: prædicti philoſophi conſilium ſequutus, quo ſuadebat, principẽ non oportere eſſe crudelem propter diſcordiam Eccleſiaſticorũ dogmatum, quãdo etiam apud Paganos plus quàm Trecentarũ ſectarum differentia uideretur, & unuſquiſq; pro dogmate proprio in ſententia diuerſa cõſiſteret. Et forte hoc Deo magis gratum eſſet, dum non facile cognoſcitur, & diuerſo modo glorificatur, ut unuſquiſq; amplius timeat, dum integritatem eius ſciat, uel quomodo aut qualis, quantusq; ſit magis ignoret. Quo ſanè conſilio mitior aliquanto etiã in Catholicos factus tyrannus: nõ tamen omnino ab indignatione & crudelitate abſtinuit, ſed qui prius uarijs generibus ſuppliciorum etiam mortis ſanctos uiros affecerat, pro infligenda morte exilia eis decernebat. Theodoſius iunior ſemper clemens hæreticis fuit, nec mirum, ut cuius animus omnium penè dolis et fraudibus obnoxius, tanta incuria & negligentia gerebat Remp. ut diplomata non lecta ſubſcriptione confirmaret, ut hæc et alia multo leuiora, de eo alio loco referemus. Hunc & Paulus Conſtãtinopolitanus ſequutus, nihilo iniquior fuit ijs, qui non ſuam in religione & fide ſententiam ſequuti fuiſſent. Theodoſius ſenior graues quidem pœnas in hæreticos ſanxit, ſed quas in eos nunquàm exequutus eſt. Quidam Imperatores, inſtitutis colloquijs & collationibus inter Catholicos & hęreticos habitis, hæreticos ad unitatem & pacem Eccleſiæ reducere conati ſunt: Alij legibus & armis, hæreſes & ſchiſmata extinguendas eſſe putarunt: alij relaxatis legibus controuerſias in religione, tranſactionibus componendas atq; concordandas exiſtimarunt. Ac omnium quidem horum principum una quidem intentio fuit, Nempe, ut perturbatum hæreſibus et ſchiſmatibus Eccleſiæ Catholicæ ſtatum, ad pacem & tranquillitatem reducerent. Qui quidem finis optimus eſt, ad quem Catholici quoq; principes, uelut ad ſcopũ quendam omnes actiones ſuas meritò dirigere debent: ſed medijs tamen iuſtis & honeſtis. Neq; enim à fine tantum, ſed etiam à medijs, quibus ad finem

peruenitur,

Trip. li. 9. c. 2.

Impietas Valentis contra Catholicos tantum.

Philoſophi Themiſtij cõſiliũ de ſectis.

Trip. lib. 8. cap. 3. 12. & 13 lib. 9. cap. 32.

Lenitas Imp. erga hæret.

Trip. lib. 9. ca. 19.

Finis bonus eſt, ſi media ſint iuſta & honeſta.

peruenitur, actio uel iuſta uel iniuſta denominatur. Proinde uidendum iam eſt inter media, quæ diximus, quæ iuſta ſint, quæ iniuſta, ut ſimul etiam quid de ueterum exemplis, ſequendum fugiendumúe ſit ijs, quibus Christi Eccleſia defendenda commiſſa eſt, intelligamus.

An Principes unicuiq;, ut quicquid uelit credat, liberum permettere poßint? Caput X.

CErtam ſemper & indubitatam fidei Catholicæ rationem habuit Eccleſia, quam à Chriſto & Apoſtolis accepit, & Romana ſemper & inuiolabiliter cuſtodiuit Eccleſia. Hanc ſancti patres propter indubitatam certitudinem Regulam fidei appellauerũt: ut ad quam, tanquam infallibilem menſuram, omnia quæ ſunt à Chriſti fidelibus credenda, referãtur. Ab hac regula quiſquis deuiat, à fide Chriſtiana aberrat. Hanc regulam ſancta ſcriptura, & ſacrorum Conciliorum decreta, ita ubiq; confirmant: ut nihil in ea proprio cuiuſquam ſenſu mutari, nihil eidem addi uel detrahi poſsit.

Infallibilis regula fidei apud Ro. Eccl.

Et adhunc modũ Catholici Epiſcopi, quibus Arriani in Ariminenſi Concilio perſuadere conabantur, ut de huiuſmodi regula: quam patres in Nicæno Concilio tradiderant, ac Apoſtoli prędicauerant, aliquid mutari, paterentur. Conſtantio itaq; Imperatori ſcribunt, incongruum & nefarium fore, ut ex his quæ iuſtè recteq; definita, idem, horum quæ Nicææ cõmuniter deliberata atq; defixa erant, aliquid immutet. Talem enim eſſe fidem, cui uerè addere quicquam incautum eſſet, & auferre periculoſum.

Trip. l. 5. c. 21. Nihil mutandum eſſe in regula fidei Nicææ tradita. *Trip. li. 5. c. 22.*

Et Gelaſius Papa ad Epiſcopos Dardanię. Perquirere, inquit, uos oportet ab ipſis Beatis Apoſtolis, & conſyderare prudenter, quoniã patres noſtri Catholici, uidelicet Docti Pontifices, in unaquaq; hæreſi, quolibet tempore ſuſcitata, quicquid pro fide, pro ueritate, pro cõmunione Catholica & Apoſtolica, ſecundũ ſcripturarũ tramitem, prædicationemq; maiorum, facta ſemel congregatione, ſanxerunt, in conuulſum uoluerunt deinceps firmumq; cõſtare: nec in eadem hac cauſa, denuo quæ præfixa fuerant retractari, qualibet recenti præſumptione permiſerunt: ſapientiſsimè prouidentes, quoniam ſi decreta ſalubriter cuiq; liceret iterare, nullum contra ſingulos quoſq; prorſus errores ſtabile perſiſteret Eccleſiæ conſtitutũ, ac ſemper ijſdem furoribus + recidiuis, omnis integra definitio turbaretur.

Quod ſemel de fide concluſum eſt, in dubium reuocare non licet.

forte recidiuis

Ad immutandam aũt Catholicæ fidei regulam, nihil æquè ualet, quàm ſi unicuiq; quod uelit, credere liberũ permittatur: ſiquidem hoc modo unicuiq; liberum fit, ut huic regulæ quicquid libet addat & auferat. Atq; utinam non hoc etiam fiat, ut multi in Barathrum infidelitatis præcipitẽtur, & ſi quid credere ſe profitentur, id ore faciant non corde. Vnde neceſſe eſt, ut

Tota fides mutaretur, ſi liceret unicuique credere quod uelit.

hæreſes non modo quæ natæ ſunt augeantur, & in diuerſa capita propagentur: ſed etiam nouæ & prioribus peiores ſubnaſcantur.

Cur Arriana hæreſis tam late fuit diſſeminata.

Ego certè Arrianã hæreſim poſt mortem Conſtantini Magni, tam late uagatam eſſe crediderim, non ſolum quod Conſtantius & Valens Imperatores huic ſectæ fauerint, & Catholicos multis modis perſecuti fuerint. Sed etiam quia Valens ipſe, & alij principes, unicuiq; quod uellet credere permiſerint.

Cur Iulianus diſſenſiões in fide liberas permiſit.

Iulianus deſertor Chriſti, & inimicus, hæreticis libertatem perditionis permiſit, Baſilicas ipſis reddidit, & templa dæmonijs, eo modo putans Chriſtianũ nomen poſſe perire de terris, ſi unitati Eccleſiæ, de qua lapſus fuerat, inuideret, & ſacrilegas diſſenſiones liberas eſſe permitteret, ut Auguſtinus teſtatur.

Epiſt. 166.

Et noſtro tempore quis non uidet ex eo decreto, quod anno à natiuitate 1526. Spiræ, quorundam praua inſtigatione, ab

Confuſio errorum & hæreſum, ex libertate credendi.

imperij proceribus de libertate credendi factum eſt, non ſolum Lutheranam hæreſim uires collegiſſe, ſed multos etiam nouos & execrandos, tum ueteres etiam quoſdam, & multis ante ſæculis ſopitos errores, denuo reuocatos in lucem prodijſſe: Vnde & pax omnis & tranquillitas, non ſolum non conciliatur, ſed omnium maximè perturbatur: Quippe qua & Catholicorum & hæreticorũ confeſsiones confunduntur. Quæquidem permixtio facit (ut Gelaſius Papa ſcribit) ut cunctæ religionis ueræ & ſynceræ ſedes perturbentur Catholicaq; & Apoſtolica ueritas confundatur.

Gelaſi. de Anathe. uincul.

Cum igitur Catholicorum principum incumbat officio, ut non ſolum ipſi regulam Catholicæ fidei profiteantur, ſed etiam ita illæſam ab inimicis fidei cuſtodiant, ut nihil de his, quæ à Chriſto, Apoſtolis, & ſanctis Cõcilijs tradita ſunt, immutari patiantur, ut pulchrè admodũ Leonem Imperatorem Leo Papa admonebat, officio ſuo maximè conuenire ſcribens, ut ea quæ in Chalcedonenſi Concilio decreta eſſent uiolari ne pateretur.

Principũ eſt, Conciliorũ decreta immutabiliter manu tenere.

Siquidem in eo per ſpiritum ſanctum cõgreato, tam plenis atq; perfectis definitionibus cuncta firmata eſſent, ut nihil ei Regulæ, quæ ex diuina inſpiratione prolata erat, aut addi poſſet aut minui. Ac proinde ea ita cuſtodiret, ut quæ ſecundum Euangelium Chriſti & prædicationis Euangelicæ ueritatem, omnibus retrò ſæculis una fide unaq; intelligentia roborata eſſent, nulla ulterius actione conuellerentur. Rectè conſequitur, in poteſtate principis non eſſe, ut unicuiq; credendi quicquid libet liberã uoluntatem permittat. Quod prudentiſsimè per prudentes Theodoſius et Martianus Chriſtianiſsimi imperatores, Alter ea, quæ de uariarum religionum cultu, ac credendi libertate ſanxerunt alij, radicitus euulſit, & obliuioni tradidit: Alter uerò lege ſanxit, ne quis quæ ſemel iudicata, ac rectè de fide Chriſtiana diſpoſita ſunt, reuoluat, ac de his publicè diſputare contendat.

C. de ſumma Trin. & fide Cath. L. 1. L. nemo C. ibidem.

At liberum eſt, inquis, unicuiq; quod uult credere, etiamſi à principe non concedatur. Siquidem Domini

Obiectio de libero arbit.

Dei

Dei eſt fides, ad quam nemo hominum cogi poteſt. Equidem fateor liberũ homini à Deo arbitriũ datum eſſe, ſed quo nõ ad malum ſed ad bonum uti debet. Liberũ eſt homini ſacrilegium, adulterium & alia crimina cõmittere uel ab his abſtinere, nec tamen, quia libertas perpetrandi criminis adimi ei non poteſt, ideo permittendum ei eſt ut ſacrilegia & adulteria liberè & impunè exerceat. Alioqui uacuæ eſſent omnes in Idolatras, ſacrilegos, adulteros, aliosq́ facinoroſos latæ leges. Quas Catholici principes ideo ſanxerũt, ut malum uſum arbitrij, ſi non in omnibus, ſaltem in multis, qui ſumpta de alijs pœna abſterrentur, cohiberent. Nec curant principes, uerè ne an fictè ſimulateúe credas, qui donum fidei à Deo recipere nõ meruiſti: modo quod impiè credis, pijs non noceat, malo, quod externa confeſſione exhibes, exemplo.

Principes nõ arbitriũ, ſed malum uſum arbitrij prohibent.

Non cor, ſed externã confeſsionẽ cõſyderant.

An Epiſcopi Catholici alijq́; fideles in controuerſijs Catholicæ fidei, tempori (ut dicitur) inſeruire, & de fide aliquid remittere poſſint? Caput XI.

SVnt hodie non pauci qui, quoties de hęreſibus extirpandis, & fidei Catholicæ defenſione, & Eccleſiaſtica pace agitur: protinus illud ubiq; inculcant, & obijciunt. Eſſe uidelicet tempori, publicæ pacis cauſa inſeruiendum, ac condeſcendendum etiam impijs, ne tranquillitas publica in multorum perniciem lædatur. Nam & in alijs rebus ſæpe neceſsitati magis, quam noſtrę uoluntati parendum eſſe. Sic & Dauid cum populo exire uolens, cum audiſſet, populum uelle in urbe manere: etſi inuitus, reſpõdit tamen. Quod uobis uidetur, hoc faciam. Iacob filium ſuum Beniamin unice dilectum, à fratribus abduci paſſus eſt, non permiſſurus niſi neceſsitate uictualium coactus fuiſſet. Sic Symon dux Iudæorum, Triphoni promittenti Ionathan, quem captiuum tenebat, remittere, ſi duos filios obſides, & argenti talenta centum daret: pueros quidem & argentum miſit, non quod fidem eum ſeruaturũ crederet, ſciebat enim quod dolo loqueretur, ſed ne inimicitiam ſumeret ad populum Iſraël. Pulchrum ſanè & tempori magis ſeditioſo, fouendæq; impietati quàm Deo ſeruiens, & ob id apud impios plauſibile conſilium, ijs etiam non ingratũ, quæ uel ſpe gratię uel metu indignationis principum, amittendarumuè facultatum, ſemper ad partes pro tempore Valentium, declinant. Quales temporibus Conſtantij principis erant Valens & Vrſatius, qui primum Arrianis conſentientes. Deinde cum periculum ex ea ſecta timerent, dato libello Romano Pontifici, Homuſianorum fidem amplexi, poſtremo in priorem impuritatem relapſi, iterum Arriani facti ſunt: Sic Eudoxius expoſitionem

Exempla, in quibus neceſſitati ſeruitur.

2. Reg. 18.

Gene. 43.

1. Machab. 16.

Plauſibile Cõſiliũ apud impios & irreligioſos

Tri. li. 5. c. 20.

Valentis & Vrſatij Epiſcoporum inconſtantia in fide.

nem

nem fidei, quam ipſe fecerat, primũ ſuam eſſe negauit, quam & anathematizauit, ſed tempori inſeruiens, eandem poſtea iterum prædicauit.

Trip. lib 5. c. 31.

Vnde non ſolum ipſi, ad quemlibet etiam uenti motum, religionem quoq; mutant: ſed etiam alijs, ut hoc modo tempori ſeruiant, ſuadent: Quod Vrſatius & Valens (de quibus ante diximus) fecerunt, qui Conſtantio principi pacem futuram promiſerunt, ſi de religione Catholicorum aliquid remittereretur.

Cõſilium præfecti ad Baſilium Magnũ, ut ſeruiret tẽpori.

Et ad eundẽ modum præfectus Valentis Cæſaream ueniens, & euocans Magnum Baſilium, & eum honorans, manſuetis uerbis uſus, eundem monuit, ut tempori parceret, & non tot Eccleſias, propter prauam dogmatum ſubtilitatem, uexari pateretur. Quin etiam Imperatoris amicitiam eidem promiſit, multaq́; beneficia propter hæc plurimis offerenda.

Salua in omnibus fidei ſubſtãtia, licet cõdeſcendere infirmioribus aliquo.

Ego certè in hac cauſa neq́; durius reſiſtendum neq; remiſsius indulgendum puto. Ac primum quidem ubi ſic de pace conſtituenda agitur, ut pietas ſalua ſit, neq́; quicquã eorum, quæ ad fidei religionisq́; ſubſtantiã pertinent, remittatur, tum condeſcendendũ eſſe infirmioribus, & ea quæ ſunt impia abrogantibus puto. Sin uerò relinquendum aliquid petatur, quo remiſſo, pietas ipſa & fides Catholica lædatur, nulla ratione quod petitur concedendum eſt. Quin potius quę uera & indubitata ſunt fidei dogmata, ita retinenda, ut nullum ex ĳs iota mutari permittatur.

Epiſt. 90. c. ſicut quedã diſt. 14.

Nam ut uerè Leo Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo ſcribit. Sicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione conuelli, ita multa ſunt, quę pro conſyderatione ętatum, aut pro neceſsitate rerum oporteat temperari: illa ſemper conditione ſeruata, ut in his quæ dubia fuerint aut obſcura, id nouerimus ſequendũ, quod nec præceptis Euangelicis cotrarium, nec decretis Sanctorũ patrum ſit aduerſum. In primo aũt genere, ſequendũ eſt conſilium Auguſtini, ut de his non curioſius diſputetur, in quibus interminata luctatio, ac tempeſtas contentionis, ſerenitatem ueræ & Chriſtianæ charitatis obnubilet. In ſecundo autẽ genere, & doctrina, & exempla Sanctorum patrum diligenter amplectenda, cuſtodienda & imitanda ſunt. Gelaſius Papa Euphemiano ſcribens, eam doctrinam tradit, ut in his quæ ad fidem pertinent requiſiti aut rogati, ut impiorum uoluntati condeſcendamus, non ad inferiora deſcendẽdo deficiamus, ac propterea nõ condeſcendendũ his, qui ex ſuperiori loco à Catholica & Apoſtolica cõmunione, ad inferiora quæq;, & ad hæreticam damnatamq́; confuſionẽ prolapſi ſunt.

Quomodo cõdeſcẽdendum eſt infirmioribus.

Fateor condeſcendendũ eſt infirmioribus, ſed ita ut ab errore reuocẽtur ipſi, non ut nos eorum errori cõmunicemus. Deſcendit Dominus de cœlo, ſed ut hominẽ ab errore liberaret, non ut eius miſceretur errori. Sed & ipſe pręmonuit, ut qui in tecto conſiſterent, non deſcenderent, neq; ad ea quæ in domo uidentur eſſe tollenda. Rurſus Apoſtolus, qui abundantius omnibus laborauit, cum de ueritatis cuſtodia ageretur, clamat.

Matt. 24.
1. Cor. 15.
Galat. 2.

Quibus

Quibus nec ad horam ceſsimus ſubiectionis gratia, ut ueritas Euangelij permaneret apud uos. Qui ergò hæreticis ita condeſcẽdunt ut corũ erroribus cõſentiant: hij nõ condeſcendũt ad ſubueniendũ, ſed ut cum ipſis ad inferna demergantur. Quo pacto nullus Catholicus hæreticis condeſcendere debet, ſed mortem etiam prius pati, ne dùm corporis bonorumq́; periculum ſubire, quàm paternæ traditionis fidem communionemq́;, ab omni uidelicet præuaricatorum contagione diſcretam, abroget atq; relinquat. Huic doctrinæ, exempla quoq; Sanctorum patrum reſpondẽt: quæ & ipſa nobis imitanda proponuntur. Epiſcopi Catholici in Epiſtola, quam de fide ſua ad Conſtantium ſcripſerunt, Vrſatio & Valenti reſpondentes, prudenter admonet, ſi quid iuſtarũ ſanctionũ fuerit imitatũ, non propterea fore pacẽ, neq; enim pacẽ apud eos eſſe, qui pacis iura ſubuertũt. Sacratiſsimus autẽ ille, totius orbis lumen, Baſilius non minus cordatè quam piè, reſpondet præfecto Valentis Adoleſcentibus, inquit, hæc uerba congruũt, illi & illorum ſimilẽs talia promiſſa reſpiciunt: Qui autem diuinis innutriti ſunt eloquijs, corrũpere de diuinis dogmatibus, ne unam quidem ſyllabam patiuntur, ſed pro his (ſi contingat) etiam omnes mortis ſpecies amplectuntur. Amicitiam autem Imperatoris magnã quidem cum pietate iudico, ſine qua perniciem potius hanc appello. Cumq; præfectus ſçuiret in eum, ſtultumq́; uocaret, Sanctus Baſilius ait, hanc quidem ſtultitiam ſemper habere exopto. Eiuſdem Conſtantiæ fuerunt Euſtathius, & Syluanus, quibus ὁμοὄσιον abrogare nolentibus, Cum Conſtantius exilium interminatus eſſet, intrepidi reſponderunt ipſi, Poteſtatem habes puniendi, nõ tamen nos patrũ ſtatuta deſtruimus. Sic & Meletij Antiocheni, & Euſebij Samoſateni Epiſcopi laudanda Conſtantia eſt, quorum ille cum Conſtantij Imperatoris decreto tam Arrianorum quã Catholicorum ſubſcriptione approbato, ac apud Euſebium Epiſcopum ab utraq́; parte depoſito, Antiochenæ Eccleſiæ præſul conſtitutus, ex præcepto Imperatoris unà cum quibuſdam Arrianis ſententiam ſuam de fide protuliſſet, rogatus à turba, ut breuem eis doctrinæ daret imaginem, tres oſtendens digitos, deinde colligens duos, & unũ tendens. Tria, inquit ſunt, quæ intelliguntur, ſed tanquam de uno diſputamus. Quo ita loquente cum Archidiaconus eius Eccleſiæ, os eius obſtruxiſſet, ille ſuam ſententiam manu clarius quàm uoce ſignauit. Tribus enim apertis digitis, et denuo clauſis, & uno tantum digito rurſus extenſo, populo figura diuulgabat, quod tres unũ eſſent. Deinde Archidiacono manum eius ore omiſſo tenente, libera uoce clamabat, Nicænum ſeruari debere Concilium. Hic uerò ab Imperatore requiſitus, ut decretum de Meletio ordinando factum redderet, non ſolum quod ab utraq; parte depoſitum fuerat, inuita altera parte reſtituere recuſauit, ſed etiam Imperatori denuo per Epi-

Quid eſt hæreticis cõdeſcendere.

Tri. lib. 5. c. 11.

Trip. lib. 7. c. 63.

Egregium Baſilij reſponſum ad præfectum

Trip. lib. 5. c. 24.

Meletij de fide Trinitatis cõſtantia.

Trip. lib. 5. c. 49.

Euſebij Samoſateni conſtantia.

olam interminanti, ut niſi reſtitueret quod accepiſſet, dexteram eius manum abſcinderet. Lecta Epiſtola cum dextera unà obtulit & ſiniſtram, ambas incidi petens. Nam decretũ, inquit, non dabo, clarum Arrianæ peſtis indiciũ. Quam eius firmitatem Conſtantius uidens egregiè laudauit. Mirantur enim & impη reſiſtentium ſibi laudes, cum geſtorum magnitudine ſuperantur. Author Theodoritus in Tripartita.

De diſputationibus & colloquijs, in cauſis fidei & religionis, an Catholicis permiſſa cum hæreticis, à quibus inſtituantur, quarum perſonarum ſint, & qualium, & quot numero: Quis locus colloquijs idoneus, quæ forma & proceſſus colloquiorum, an ad hæreſes & ſchiſmata tollenda utilia ſint.
Caput XII.

Tres cauſę colloquiorum cũ hæreticis.

COlloquia de dogmatibus fidei & Sanctis ſcripturis tribus ex cauſis fiũt. Primo, ut ſimpliciores in ueritate inſtruantur, & confirmentur: Impij uerò impietatis ſuæ, errorumq́ꝫ conuicti, uel reducantur, uel corripiantur, illiſq́ꝫ conuictis, qui ab eis decepti ſunt ab erroribus reducantur, ac liberentur. Secundo, ut de uero ſcripturarum ſenſu diſceptetur, & utriuſque partis audita ſententia, id quod maiori parti uiſum fuerit, ratum habeatur.

De colloquijs ſententia Auguſtini. Aug. lib. 2. c. 13. 14. & 15.

Tertio, ut controuerſia dogmatum & fidei, inter Catholicos & hæreticos, pactis & tranſactionibus componatur. Diſputatio primi generis Chriſtianis permiſſa eſt, ut pulchrè docet Auguſtinus in libro quem cõtra Creſconium Grammaticũ ſcripſit. De qua uidenda ſunt ſeptem: Videlicet à quibus inſtituatur, quarum perſonarum & qualium, & quot numero: Quis locus colloquio idoneus, quæ forma & proceſſus colloquij, an ad hæreſes & ſchiſmata tollenda utilis.

Quomodo licet Epiſcopis inſtituere colloquia cũ hæreticis. Trip. li. 1. c. 12.

Primũ igitur colloquia & diſputationes de fide interdum ab Epiſcopis, interdum à principe inſtituuntur: idq́ꝫ uel ante Concilium, uel in Concilio. Ordinario iure Epiſcopi colloquia inſtituũt: cum needum in multos propagata hæreſi, liberam cogendi cohercendiq́ꝫ hæreticos facultatem habent. Sic ab initio naſcentis Arrianæ perfidiæ Alexander Epiſcopus ante Nicænum Concilium, reſidens iudex cum Clero, Catholicos & Arrianos ad diſputationem deduxit. Sed & propter eandem hæreſim latius iam excurrentem & uagantem, Epiſcopi ante diem Concilio indictum, apud ſemetipſos conuenientes, euocarunt Arrium, & propoſitis in cõmune ſuis opinionibus diſputarunt. Origenes cum Berillo, colloquio ab Epiſcopis in Concilio inſtituto, diſputauit. Et in Aquileienſi Concilio Epiſcopi diſputationem contra duos hæreticos Arrianos, Palladium & Secundinum inſtituerunt,

Trip. lib. 2. c. 2.

Euſe. in Eccle. hiſt. lib. 6. c. 24. Trip. lib. 1. c. 12.

inſtituerunt. Colloquium Alexandri Epiſcopi cum philoſopho ante
Nicænum Concilium, Conſtantino principe ita præcipiente, habi-
tum eſt. Sic in conuentu Epiſcoporũ Sabinus cum Photino hæreti-
co, Principis iuſſu diſputauit. Et Epiſcopi Catholici cum Donatiſtis
hæreticis in Aphrica, Principe colloquium inſtituente, de fide contu-
lerunt. Perſonæ colloquij ſunt, Præſidens, Collocutores, Exce- Perſonę Colloquiorũ quæ ſunt?
ptores actorum, Cuſtodes. Præſidentem Auguſtinus in Epiſtolis iu-
dicem, in Breuiculo cognitorem appellat. Eius officium eſt, non qui- Præſidens, Iudex ſeu Cognitor.
dem ut de his, quæ ab utraq; parte proferuntur iudicet (ſiquidem co-
gnitio de dogmatibus fidei ſolius Eccleſiæ eſt, uel eius qui Eccleſiæ
præſidet) ſed ut colloquio præſideat, & ut ritè & ſine cõfuſione pro-
cedatur, procuret. Et talis iudex uel ab Epiſcopis nominatur, uel à
principe datur, ut in collatione Aphricana factum eſt. Et noſtris Duo Colloquia a Carolo V. Imp. inſtituta.
temporibus Carolus Imperator, duobus illis Colloquijs, Vuorma-
tiæ & Ratisbonæ de dogmatibus fidei, inter Catholicos & prote-
ſtantes habitis, præſidentes dedit Vuormaciæ IIII. principes. Duos Vnum Vuormaciæ Anno 1540.
quidem Eccleſiaſticos, Archiepiſcopum Moguntinum, Principem
electorem, & Epiſcopum Argentinenſem: & alteros duos ſeculares,
Comitem Palatinum Electorem Principem, & Ludouicum Baua-
riæ Ducem. Quibus omnibus præfuit Nicolaus Perinottus, Domi-
nus Granuelanus, miſſus ad eam rem à Cæſare orator. Ratisbo- Alterum Ratisbonæ Anno 1541.
næ, Fridericum Comitem Palatinũ, & dictum Perinottum. Sed &
auditores quidam Laici Ratisbonenſi colloquio adhibiti fuerunt.
Quales olim Palladius & Secundianus, Arriani hæretici, in Conci- Concilium Aquileienſe tempore S. Ambroſij.
lio Aquileienſi petebant, nimirum honoratos qui aderant, ut Palla-
dius uocabat, ſed quos Epiſcopi dari recuſabant, indignum putantes
(ut Ambroſius Epiſcopus Palladio hæretico reſpondebat) ut Laici
de ſacris cognoſcerent, & ſacerdotes iudicarent: cum magis conueni-
ret, ut contra, ſacerdotes Laicos iudicarent. Colloquutores ſunt, qui
conflictum diſputationis ſuſcipiunt. Exceptores, qui quæ ab utraq; Exceptores.
parte dicuntur excipiunt. Actorum cuſtodes, qui quæ geſta & exce-
pta fuerint, ut non corrumpantur, fideliter cuſtodiunt. Fiunt autem Diſputationes & Colloquia Pauli Apoſtoli.
colloquia & diſputationes de ſcripturis Sanctis à Catholicis, inter-
dum cum Chriſtianis, interdum cum infidelibus & hæreticis. Cum
Chriſtianis diſputauit Paulus ad Troaden protraxitq; ſermonẽ uſq; Act. 20.
in mediam noctem, idq; non ut ab ipſis ipſe doceretur, ſed ut qui fi-
dem ſuſceperant, in ea ſcripturarum teſtimonijs confirmati perſeue-
rarent. Idem Athenis in ſynagoga cum Iudæis & gentibus diſputa- Cum Iudæis & Gentibus.
uit, & in foro per omnes dies ad eos qui audiuerunt: In Areopago Act. 17.
item cũ Stoicis & Epicureis philoſophis. Quæ diſputatio etſi à qui-
buſdam deriſa fuerit: alijs cum Seminiuerbium uocãtibus, alijs do-
ctrinam eius, tamquàm nouitatem aliquam, & calumniantibus &
contemnentibus: Tamen multis ad id profuit (inter quos & Dio-

Q nyſius

nyſius ille Areopagita fuit) ut relictis Idolis ad uerum Dei cultum conuerſi fuerint. [Colloquia Chriſti cum diabolo in deſerto.] Sed & Chriſtus cum tentatore diabolo de ſcripturis contulit, illi ſiquidem dicenti: Dic, ut lapides iſti panes fiant, Chriſtus illud ſcripturæ obiecit. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in [Matth. 4.] omni uerbo, quod procedit de ore Dei: Petenti item, ut ſe de pinna- [Deut. 8.] culo templi demitteret, & ſcripturã alleganti, Quia angelis ſuis man- [Pſal. 90.] dauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum, Rurſus illud ex ſcriptura reſpondit: Non tentabis Domi- [Deut. 6.] num Deum tuum: Similiter per multa promiſſa ſolicitãti, ut cadens adoraret eum, ex ſcriptura reſpondit: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. [Colloquia diuerſa ſanctorum patrum, cũ gentilibus & hæreticis.] Hæc ſanè ſcripturæ ſanctæ exempla ſequuti ſancti patres, ipſi quoq; interdum inter ſe, interdũ cum infidelibus, interdum cum hæreticis, uel unus cum uno, uel unus cum multis, uel multi cum multis, de fide diſputationes & colloquia habuerũt. Vnus Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus, cum uno philoſopho [Vnus cũ uno] gentili diſputauit. Vnus Malchion presbyter, cũ uno Paulo Samoſateno hæretico. Vnus Sabinus, cũ uno Photino hæretico. Vnus Origenes, contra Berillũ hæreticũ unum. Vnus Auguſtinus, cũ duobus hæreticis Arrianis Poſcentio comite & Tiburſitio Epiſcopo, & cum [Plures cũ pluribus.] unoquoq; ſeorſim diſputauit. Triginta & amplius Epiſcopi in Cõcilio Aquileienſi, cum duobus Arrianis Palladio & Secundiano diſputarũt. Qui tẽporibus Auguſtini collationẽ in Aphrica habuerũt, Epiſcopi fuerunt, utriuſq; partis Catholicorũ & hæreticorũ, numero plus minus quingenti, ut Auguſtinus in Breuiculo commemorat.

[Quales debẽt eſſe colloqutores.] Qualitas aũt perſonarũ, eorũ qui diſputãdi munus obeũt, in hoc conſiſtit, ut ſint ſanctarum ſcripturarũ docti, prudentes, ac uerũ Dei zelum habentes. Hi enim non ſolum prudenter, ſed etiam conſtanter & fideliter fidei negocium gerunt: nihil per adulationem concedentes quod non ſit concedendum. Sed omnia ex uera fide & charitate agentes, & fortiter pro ueritate ſtantes, & hoſtium iacula undecunque incidentia propellentes: ut & lapſos & deceptos erigant, & ab erroribus liberent, & contumaces & obduratos arguant & confun- [Pſal. 140.] dant. De illis ſiquidem ſcriptum eſt, Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me. De malis autem & adulatoribus quantalibet etiam ſcientia præcellentibus, quod ſtatim ſequitur. Oleũ autem pec- [Eſa. 3.] catoris nõ impinguet caput meum: Et illud Prophetæ. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & uiam greſſuum tuorum diſſipant. Iam & acuti ingenij, & artis diſputatoriæ periti eſſe debent, qui cum hæreticis diſputationis certamen ineunt: alioqui non ſolum uulnerabuntur ipſi, ſed alijs etiam occaſionem præſtabunt & hoſti- [Qualia ligna ſunt hæretici.] bus cedendi, & in eorum ſe poteſtatem dedendi. Sunt enim hæretici [Eccle. 10.] ligna illa, de quibus ſapiens: Qui quæ ſcindit uulneratur ab eis, ligna uidelicet infructuoſa, ut inquit Hieronymus. Et ſaltus abſq; utilitate pomorum.

pomorum. Quamuis igitur ſit prudens & doctus uir, qui gladio ſermonis hæc ligna conſcindit, periclitabitur in eis niſi diligenter attenderit, maximè ſi ei (quod idem ſapiens ſubdit) acciderit, ſi retuſum fuerit ferrum. Quod & Beda, ſuper illo uerbo hiſtoriæ: Omnes quoq; Iſraëlitæ, qui ſe abſconderāt In monte Ephraim, audientes quod fugiſſent Philiſtini, ſociauerunt ſe cum ſuis in prælio: his uerbis declarat. Rectæ diſcretionis eſt, inquit, ut qui poteſt contra reprobos, docendo uel arguendo pro Eccleſia certet, cauens illud Propheticum: Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine. At qui docendi efficax non eſt, in frugiferæ ſementis altitudine, ne uirtutibus ſpoliandus ab hoſte fraudulento reperiatur, ſe abſcondat. Sunt enim qui ad depræhendendam expugnandamq; uerſutiam hęreticorum, cæteraſq; antiqui hoſtis inſidias, idonei non ſunt: ſed has per alios expoſitas, iuxta uires inſequi & odio habere non ceſſant. Hæc Beda. Voco autem artem diſputatoriam eam, qua uerum à falſo diſcernitur, quam Græci Dialecticam appellant, qua & Chriſtus aliquoties uſus eſt, eo maximè loco, quo Iudæis interrogantibus, an liceret Cæſari tributum ſoluere. Reſpondit, date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ ſunt Dei, ut pulchrè docet Auguſtinus. Doloſi ſunt (inquit) & callidi hæretici. Ad quos capiendos & uincendos, id eſt, de falſitate conuincendos, ſingulari arte & induſtria opus eſt: Ea nimirum, qua uulpes capiuntur. Iuxta illud: Capite nobis uulpes puſillas, exterminantes uineas, latentes in cauernis tortuoſis. Quippe co loco per Vulpes hæretici deſignantur. Solent autem uulpes habere tales foueas, ut ex una parte intrent, & ex altera parte exeant. Ad utrunq; igitur foramen captor uulpium, id eſt, Diſputator Catholicus, retia ponet: Exemplo Chriſti, qui contradicentibus uulpeculis & dicentibus: In qua poteſtate iſta facis? Reſpondete mihi & uos, inquit, unum ſermonem. Baptiſmus Ioannis unde eſt? De cœlo, an ex hominibus? Sentiunt illi, cum ex utraq; parte tetendiſſe unde caperet, &c. Habet autē diſputatio de fide hoc ueluti proprium; ut non ſolum Dialecticæ ſubtilitati, ſed etiam fidei ſimplicitati nitatur: Illa quidem aduerſariorum decipulas cauet, quo minus uerum ſcripturarum ſenſum peruertere poſsint. Hæc uerò ipſos etiam diſputantium animos, potenti quadam uirtute, ad credendum etiam id, quod nulla arte probari aut perſuaderi poteſt, rapit & impellit. Immò artē ſæpe ipſam uincit, & excludit. De qua re tale exemplum à Ruffino in Eccleſiaſtica hiſtoria refertur. Vir quidam ex Confeſſoribus ſimplicis naturæ, innocens & probatiſsimus, & nihil aliud ſciens, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum: Cum in illo magno Concilio Nicæno, quo ex omni terra ſacerdotes Dei, Philoſophi item, & Dialectici nobiles & famatiſsimi conuenerāt, Philoſophum quendam uidiſſet, qui inſignis in arte Dialectica habebatur, quiq;

Beda in Samu. cap. 14.

Hiere. 48.

Lib. 2 contra Creſcon. Grammat. Et in Pſal. 80.

Auguſt. ſupra Pſal. 80.

Can. 2.

Matth. 21.

Ad colloquiū Chriſtiani requiritur ſubtilitas & ſimplicitas.

Ruffi. lib. 10. cap. 3.

Diſputatio ſimplicis Confeſſoris cum acutiſsimo quodam philoſopho.

tanta dicendi arte obiectis quæſtionibus occurrebat, ut ubi maximè putaretur aſtrictus, uelut anguis lubricus laberetur: facultate ad diſſerendum cum Philoſopho, quanquam ægrè propter uiri ſimplicitatem ab Epiſcopis data, (uerebantur enim ne à uiro uerborum artifice, ad riſum deduceretur) In nomine, inquit, Ieſu Chriſti audi quæ uera ſunt. Deus unus eſt, qui fecit cœlum & terram: quiq; homini, quem de terræ limo formauerat, ſpiritum dedit, uniuerſa quæ uidentur, uirtute uerbi ſui creauit, & ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc uerbum & ſapientia, quem nos filium dicimus, humanos miſeratus errores, ex uirgine naſcitur, & per paſsionem mortis, à perpetua nos morte liberauit: ac reſurrectione ſua æternam nobis contulit uitam. Quem & expectamus, iudicem omnium quæ gerimus eſſe uenturum, credis eſſe hoc ita Philoſophe? At ille, uelut ſi nullum unquàm ſermonem contradicendi didiciſſet, ita obſtupefactus uirtute dictorum, mutus ad omnia, hoc ſolum potuit reſpondere, ita ſibi uideri, nec aliud uerum eſſe, quàm quod dixerat: Tum ad diſcipulos ſuos, & eos qui audiendi gratia conuenerãt, conuerſus philoſophus, Audite, inquit, ô eruditi uiri, Donec uerbis res mecum geſta eſt, uerba uerbis oppoſui, & quæ dicebãtur, dicendi facultate ſubuerti: Vbi uerò pro uerbis uirtus proceſsit ex ore dicentis, non potuerunt reſiſtere uerba uirtuti, nec homo aduerſari potuit Deo. Alius item ex confeſſoribus Laicis, ſimplicem habens ſenſum, in eodem Concilio Dialecticis ad hunc modum obuiauit. Audite, inquit, Chriſtus & Apoſtoli non nobis artem Dialecticam tradiderunt, uanamq; uerborum fallaciam, ſed puram ſcientiam fide & bonis operibus obſeruandam. Quæ cum dixiſſet, ætate quidem iuuenis, ſed animo ſenex, præſentes quidem mirati ſunt, dictumq; probauerunt: Dialectici uero ſatisfactione ſuſcepta ceſſarunt, rationem uidelicet ſimplicem ueritatis audientes, Author Socrates in Tripartita. Eiuſdem generis eſt hoc, quod in eadem hiſtoria Zozomenus de Alexãdro Epiſcopo Conſtantinopolitano refert. Is à Philoſophis multa coram Conſtantino Imperatore de fide noſtra quærentibus, quaſi nouitates aliquas, & nouam in Repub. culturam introduceret: ad certamen diſputationis prouocatus, non quidem de arte uerborum (cuius expers erat) ſed de uitæ qualitate & fide ſua confidens, philoſophis conuenientibus, ac omnibus loqui uolentibus, unum ex eis qui loqueretur petit, cæteros ſilentium tenere præcepit. Vno igitur diſputationis negocium ſuſcipiente, Alexãder ad Philoſophum conuerſus. In nomine, inquit, Ieſu Chriſti impero tibi, ne loquaris, & unà cum eius ſermone opus impletum eſt: Repente nanq; homo ille, ut ſermonem audiuit, obligato ore ac locutionis officio amiſſo, conticuit. Porrò locus colloquij talis eſſe debet, ut neutri partium ſubiectus ſit, ubi omnis turba abſit, quæ impedimentũ magis, quàm adiumentum

Verba ſimplicis Chriſtiani de Deo ad philoſophum.

Obſtupefactus & uictus per ea uerba philoſophus.

Verba ſimplicis Laici Chriſtiani.

Trip. li. 2. c. 3.

Potentia uerba Epiſcopi contra philoſophum.

adiumentum afferunt. Quomodo Auguſtinus Eleuſium, Glorium, & Fœlicem ad colloquium inuitãs, talem eidem locum deſtinari petit, ubi nullius partis ſit Eccleſia, & quem poſsideant homines communes utriuſq; partis. Proceſſus uerò colloquij ita inſtituatur, ut ſi ſint pauci qui colloquendi cauſa conueniunt: hij pauci inter ſe colloquantur, ut unus cum uno, unus cum duobus aut tribus. Sin uerò multi & partium diuerſarum, unaquæq; pars ex ſuis deliget, uel paucos uel multos, qui in colloquẽdo, conſulendo, alijsq; rebus, quæ ad diſputationem neceſſaria ſunt, aliorũ omnium uicem ſuſtineant. Quam formam Epiſcopi tam Catholicorum quàm hæreticorũ Donatiſtarum in Aphrica ſeruarunt. Hi enim Carthagine conuenientes, ex utraq; parte elegerunt ſeptem hinc, & ſeptem inde, cum quibus ubi opus eſſet, conſilium pertractaretur. Quatuor item hinc, & Quatuor inde, qui geſtis conſcribendis cuſtodes eſſent, ne infalſatum aliquid de aliquo diceretur. In omni etiam colloquio ſiue paucarum ſiue multarum perſonarum, neceſſarium eſt, ut ex utraq; parte Notarij & exceptores dentur, ne ea quæ dicuntur, ſubinde de memoria audientium labantur, & ut cautior modeſtiorq; ſit tractatio, & non ſolum præſentes, ſed etiam abſentes quod actum ſit poſtea legendo cognoſcere poſsint. Sic diſputationi, quam Epiſcopi Malchioni cum Paulo Samozateno permiſerunt, & quam Sabinus cum Photino habuit: exceptores interfuerunt, qui utrorumq; uoces conſcripſerũt. In illa item, quam dixi, Aphricana diſputatione dati ſunt Notarij quatuor hinc, & quatuor inde, ut bini cum exceptoribus iudicis alternarent. Poſtremò uidendum eſt, an ad hæreſes & ſchiſmata tollenda, diſputationes & colloquia ſint utilia? Beato Auguſtino uidetur, diſputationes & colloquia de articulis fidei ad hoc prodeſſe, ut ex his quæ uarijs diſputationibus agitata fuerint, facilius quæ uera ſunt, in Concilijs confirmari: & quæ falſa, reprobari aut condemnari poſsint. Nam de Baptiſmo hæreticorũ loquens. Quomodo enim (inquit) potuit iſta res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarij Concilij luculentam illuſtrationem confirmationemq; perduci, niſi primo diutius per orbis terrarum regiones, multis hinc atq; hinc diſputationibus & collationibus Epiſcoporum pertractata conſtaret? Verum hæc Auguſtini ſententia, de ea diſputatione accipienda eſt, quæ inter ipſos Catholicos fit, & de dubijs articulis, needum per Eccleſiæ ſententiam determinatis. Qualis fuit ille de Baptiſmo hæreticorum, quem Cyprianus multiq; alij Epiſcopi Catholici prophanum & illicitum dicebant: ac propterea eos ad Eccleſiam uenientes, Eccleſiæ Baptiſmo baptizandos & ſanctificandos eſſe exiſtimarunt. Alij autem contrariam ſententiam, quam & Catholica approbauit Eccleſia, ueriorem eſſe putarunt. Et talis diſputatio tum plurimum confert eruditionis, ſi cum charitate habeatur, &

Epiſt. 163.

Colloquium cum Donatiſtis Carthagine habitũ.

Notarij & Exceptores.

Euſeb. Eccl. hiſt. li. 7. c. 25.
Trip. li. 5. c. 8.
Epiſt. Zertenſ. Concil. ad Donatiſt. inter Epiſt. Auguſt. 152.

Lib. 2. de Bapt. contra Donatiſt.

Vera expoſitio ſententiæ Auguſt.

Orig. in Epiſt. ad Ro. lib. 10. cap. 15.

de profundioribus quibuſq; uel obſcurioribus expectetur eruditorum perfectorũ ſententia, ſecundũ quod Moyſes dicit. Interroga patres tuos & annunciabunt tibi, & presbyteros tuos, & dicent tibi. Ea uero colloquia & diſputationes, quæ inter Catholicos & hæreticos fiunt, tum quidem proſunt, cum eas ipſas Concilium ſubſequitur, quo ea quæ ab hæreticis in dubium reuocata fuerint, Eccleſiæ authoritate, uel falſa reprobantur uel uera confirmantur. Nam hoc modo hæreticorum non ſolum errores, ſed etiam fraudes, quibus ſimplicioribus imponere ſolent, produntur, ipſaq; ueritas ſæpius agitata maiorem recipit ſplendorem. Et ut Leo Papa ad Epiſcopos Galliarum ſcribit, fides ipſa Catholica, quæ nulla ſui eſt parte mutabilis, per ipſas aduerſantiũ excitationes, et ualidior efficitur ſemper & clarior, operante hæc gratia Dei, ut qui forte ad hæc ſubtilia inimici iacula declinanda minus ſunt inſtructi, minusq; ſoliciti, perceptis ueritatis armis fiant contra impiorũ mendacia fortiores. Sic Eutichetis Dioſcori aliorumq; eis hærentium diſputationibus factum eſt, ut per ſubſequutum Chalcedonenſe Concilium error eorum, & impietas magis patefacta: & Leonis adeoq; uniuerſalis Eccleſiæ de ſacramẽto incarnationis Christi definitio, quam ad Flauianum Epiſcopũ Conſtantinopolitanum ſcriptam, ad Epheſinum Concilium per legatos ſuos miſerat, firmiore iudicio confirmata fuerit. Quod idem Leo ad Theodoritum ſcribens, his uerbis teſtatur. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: qui nullũ nos in noſtris fratribus detrimentum ſuſtinere permiſit, ſed quæ noſtro prius miniſterio definiuerat, uniuerſæ fraternitatis irretractabili firmauit aſſenſu, ut uere a ſe prodiſſe oſtenderit, quod prius a prima omnium ſede formatum, totius Chriſtiani orbis iudicium recepiſſet: ut in hoc quoq; capiti membra concordent, in quo amplior nobis in hac re gaudendi materia, dum & tanto magis ſe perculit inimicus, quanto contra miniſtros Chriſti ſæuius inſurrexit. Nam ne aliarum ſedium ab ea, quam cæteris omnium dominus ſtatuit præſidere, conſenſus aſſentatio uideretur, aut alia quælibet ſubrepere poſſet aduerſa ſuſpicio, inuenti prius ſunt, qui de iudicijs noſtris ambigerent. Et dum nõnulli ad diſſenſiones incitati ab authore cõtradictionis, ad inſana bella proſiliunt, ad maius bonum, malum eius, authore totius bonitatis diſpenſante, peruentum eſt. Dulcius ſiquidem munera gratiæ diuinæ proueniunt, quoties non ſine magnis ſudoribus acquiruntur: & minus bonũ uideri ſolet, pax cõtinuata per ocium, quam reddita poſt laborem. Ipſa quoq; ueritas clarius renitescit, & fortius retinetur, dum quæ fides prius docuerit, hæc poſtea examinatio confirmauit. Multum denique ſacerdotalis officij meritũ ſplendeſcit, ubi ſic ſummorum ſeruatur authoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas, & ad maiorem Dei gloriam proficiat finis examinis, quando

Deut. 32.

Colloquia per ſubſequẽs Concilium fiunt utilia.

Sententia de incarnatione Chriſti cõtra Eutichen.

Leo epiſt. 61.

Maius bonũ ex diſſidio procuratum.

quando ad hoc ſe accipit exercendi fiducia, ut uincatur aduerſitas: ne quod per ſe probatur, reprobum ſilentij præiudicio uideatur oppreſſum. Diſputationes uerò quæ à Catholicis cum hæreticis habentur, quas nullum Concilium ſubſequitur, aut diutius quàm oportet differtur, & in quas omnis de dogmatibus fidei diſceptatio reijcitur, ad tollendas hæreſes & ſchiſmata, non ſolum inutiles ſunt, ſed omnium etiam maximè pernicioſæ. Nam huiuſmodi diſputationibus & colloquijs non modo hæretici non conuertuntur, ſed audaciores etiam redduntur, & hac etiam audacia quoſdam mouent, ut deteriores reddantur. Et ut Tertullianus inquit, In ipſo congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum ſcrupulo dimittunt. Vnde Euſebius ſcribens Berillum ab Origenè diſputatione conuictum, ac ut reſpuerit male conceptum errorem, & ad fidem ueram ſanamq́; doctrinam rediret, perſuaſum: addit, hoc ipſum in talibus cauſis eſſe inauditum. Theodoſio item, Eccleſias propter hæreſes ſciſſas unire laboranti, Siſinnius ſuaſit, ne diſputationibus negocium ageret, quòd diſputatio non ſolum ſchiſmata nõ uniret, ſed etiam hæreſes ad maiores contentiones adduceret. Sed & contentiones in fide, per ſe eius naturæ ſunt, ut ex ijs ipſis facile hæreſes generentur: & qui contentioſi ſunt, plerunq; nouas opiniones producant. Quod de Apollinari hæretico tradit Ruffinus. Is enim in cæteris benè inſtructus, cum contentionis uitio nimis ageretur, & aduerſum omne quod quiſq; diceret, ire obuius delectaretur, iactatione ingenij male fotus, hæreſim nouam ex contentione generauit. Neq; uerò credendum eſt hæreticis & ſchiſmaticis ad colloquia prouocantibus, ac ſequuturos ſe meliorem ſententiam ſpondentibus. Quod Arrius, Euſebius Nicomedienſis, multiq; alij hæretici ſæpe fecerunt. Nam falſum eſt & ſimulatum quicquid promittunt, qui neque Deo neque hominibus fidem ſeruant. Qui etſi nonnunquàm pœnitere uideantur, tamen errorem ſemel conceptum uix unquàm relinquunt: ſed data occaſione eundem rurſus uel occultè uel publicè docent. Vt de Cerdone, Arrio, Paulo Samoſateno, alijsq; hæreticis Eccleſiaſticæ tradunt hiſtoriæ. Addo hæreticos, quantumlibet pietatem ſimulantes, nunquàm tamen ad colloquia ueritatis examinandæ cauſa prouocare, ſed ut doctrinam magis erroremq́; ſuum quibuſcunq; modis ſimplicioribus probabilem reddant: & ſub prætextu pio Catholicam fidem & eius cultores Orthodoxos perſequantur. Libet eius rei unum tantum exemplum adducere, quo facile in uniuerſum, qua intentione hæretici ad colloquia prouocent, cognoſcere licebit. Quid ſanctius Hunerici Regis Vandalorum edicto uideri poteſt, quo Catholicos Epiſcopos in Aphrica ad diſputandum de ratione fidei cum hæreticis Epiſcopis Vandalorum conuocat? Quod edictum ſic habet, Rex Hunericus

Quæ ſunt colloquia inutilia atq; etiã pernicioſa.

Lib. de præſ. hæretic.

Euſe. in Eccle. hiſt. lib. 6. c. 34

Trip. lib. 9. c. 19

Ruff. in Eccle. hiſt. li. 10. c. 20

Non eſt hæreticorũ promiſſis credendum quod uelint meliora ſequi.

Euſe. in Eccle. hiſt. lib. 4 c. 11. lib. 7. c. 25.

Vandalorum & Alanorum, uniuerſis Epiſcopis Homuſianis. Non ſemel, ſed ſæpius conſtat eſſe prohibitũ, ut in ſortibus Vandalorum ſacerdotes ueſtri conuentus minimè celebrarent, ne ſua ſeductione animas ſubuerterent Chriſtianas. Quam rem ſpernentes plurimi reperti ſunt, contra interdictum Miſſas in ſortibus Vandalorum egiſſe, aſſerentes ſe integrã regulam Chriſtianæ fidei tenere, & quia in prouincijs, à Deo nobis conceſsis, ſcandalum eſſe nolumus, ideo Dei prouidentia cum conſenſu ſanctorum Epiſcoporũ noſtrorum, hoc nos ſtatuiſſe cognoſcite. Vt ad diem Calendarum Februarium proximè futurum, omiſſa omni excuſatione formidinis, omnes Carthaginem ueniatis, ut de ratione fidei cum noſtris Venerabilibus Epiſcopis, poſsitis inire conflictum, & de fide Homuſianorũ, quam defenditis: de diuinis ſcripturis proprie approbetis, quo poſsit agnoſci, ſi integram fidem teneatis. Huius autem edicti tenorem, uniuerſis Epiſcopis tuis per uniuerſam Aphricam conſtitutis direximus, Dat. ſub die xiij. Kal. Iunias. Anno 7. Hunerici. Rurſus autem, quid

Dolus & crudelitas Tyranni.

crudelius diſputationis adornatione, progreſſu & exitu? Poſtquàm enim ad ſtatutum diem conuenerunt, non ſolum uniuerſæ Aphricę, ſed etiam multarum inſularum Epiſcopi: Primum ſilentio multis diebus facto, Tyrannus, ſtructis ad hoc calumnijs, quosq; doctiſsimos enecandos curauit, ſperans huiuſmodi exemplo alios quoq; ſe eliſurum. Deinde cum uentum eſſet ad diſputationis conflictũ, ad locum uidelicet quem delegerant hæretici, Catholici ex ſe decem, qui pro omnibus loquerentur, elegerunt: ſcire ſubindę cupientes, quis colloquij futurus eſſet Cognitor: qui libra iuſtitiæ aut bene prolata confirmaret, aut prauè aſſumpta refelleret. Cumq; ex hæreticis Cyrila

Cyrila collocutor Vandalicus.

nominatus fuiſſet, Catholici unde ſibi eam poteſtatem aſſumpſiſſet interrogantes, iuſsi ſunt propter ea uerba filij Catholicæ Eccleſię, qui aderant, centenis fuſtibus cædi. Poſtremò cum petitum à Catholicis fuiſſet, ut Cyrila proponeret, de quo diſputandum foret, negauit ſe latine ſcire, quin etiam uidens Catholicos ad conflictum magis paratos, omnino audientiam diuerſis cauillationibus declinauit. Hic

Quo animo Rex colloquium indixit.

uidemus, quo animo hæreticorum Rex Catholicis colloquium indixerit: non quidem ut rationẽ fidei ab ipſis audiret, ſed ut occaſionem nanciſceretur eos perſequendi. Qui non ſolum in ipſo colloquij conuentu, ſed eo etiam ſoluto, Catholicos Epiſcopos primum uarijs generibus crudelitatũ afflictos, in exilium egit. Deinde Eccleſias

Vict. de perſequt. Vand. lib. 3

eorum hæreticis donauit, & leges contra hæreticos latas, uel ut iniuſtè latas abrogauit, uel earum uigorem in Catholicos quaſi hæreticos conuertit.

Colloquia,

Colloquia, quibus hæreticis cognitio & interpretatio ſcripturarum permittitur, impia eſſe & Catholicis uitanda, Caput. XIII.

COlloquia uerò, quibus id agitur, ut cognitio & interpretatio ſcripturarum, æquè ut Catholicis, ita hæreticis permittatur, impia ſunt, ideoqȝ Catholicis omnibus modis uitanda atqȝ declinanda. Primum enim interpretatio ſcripturarum ad Eccleſiam tantum pertinet, & quibus interpretandi munus ab Eccleſia demandatur. Nam ut Spiritus Sanctus Eccleſiæ manifeſtauit, quæ ſcripturæ Canonicæ ſint, quæ Apocryphæ. Necqȝ enim (ut Auguſt. inquit) Euãgelio crederemus, niſi Eccleſiæ authoritas nos compelleret: Nec Euãgelia ab Euãgeliſtis ſcripta pro Euangelijs haberemus, niſi Eccleſia ea ut Euangelia eſſent declaraſſet. Ita idem Spiritus uerum ſcripturarum ſenſum Eccleſiæ Catholicæ ſuggerit. Dicente Chriſto ad Apoſtolos, tanquam ad eos, in quos omnem Eccleſiæ ſuæ poteſtatem transtulerat. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcunqȝ dixero uobis. Itẽ, adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: cum autem uenerit ille Spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Eccleſiam autem intelligimus, non quæ in abſcondito eſt malignantium congregationẽ: ſed quæ in monte poſita eſt, ut Dominus ait in Euangelio, quæ abſcondi non poteſt, fidelium in toto orbe congregationem, quæ Catholica dicitur. Nam in illa eſt Chriſtus, in illa erit omnibus diebus usqȝ ad conſummationem ſæculi, illa Spiritũ Sanctum habet, qui eam docet omnem ueritatem. Huius autem Eccleſiæ caput eſt Romana Eccleſia, unde & Apoſtolica & Catholica Eccleſia appellatur: à qua omnes aliæ reguntur Eccleſiæ. De qua Anacletus Papa. Hæc uerò Apoſtolica Eccleſia caput & cardo à Domino & nõ ab alijs conſtituta eſt: & ſicut cardine oſtiũ regitur, ſic huius Apoſtolicæ ſanctæ ſedis authoritate, omnes Eccleſiæ domino diſponẽtur reguntur. Ad hanc igitur Romanã & Apoſtolicam Eccleſiã, ut ſummarum diſpoſitiones cauſarũ & omnium negocia Eccleſiarum: ita & interpretationes ſcripturarum quaſi ad caput referuntur: ipſo Domino dicente, principi Apoſtolorũ Petro, Tu es Petrus, & ſuper hãc petrã ædificabo Eccleſiã meã. Quo munere primũ Romanus Pontifex, tanquam caput huius Eccleſiæ: Deinde ſancti patres, & quibus hoc ab Eccleſia demandatur, tanquam membra funguntur. De illis ſiquidem dictum eſt: Qui elucidant me, uitam æternam habebunt. Quorum tamen ſententia non aliter, quam ſi à ſede Romana Apoſtolica approbata fuerit, rata habetur. Ipſi enim etſi ſpiritu Dei aguntur, membra uidelicet eius corporis, quod ſpiritus ſanctus inhabitat, tamen

Ne permittatur hæreticis interpretatio ſcripturarum.

Augſt. contra epiſt. Mani. c. 5.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

Quæ eſt Eccleſia Catholica.

Matt. 5.

Augſt. Epiſt. 170.

Interpretatio ſcripturarum ad Ro. Eccle. pertinet.

Alex. Papa Epiſtola 1.

Aliorũ interpretatio non eſt rata, niſi à Roma. Eccle. approbetur.

Eccle. 24.

Rom. 8.

tamen quia homines ſunt, errare poſſunt. Quod & ipſi qui hoc munere interpretandi ſcripturas in Eccleſia functi ſunt, fatentur. Noli, inquit Auguſtinus, meis literis, quaſi Canonicis ſcripturis deſeruire: ſed in illis & quæ non credebas cum inueneris, incunctanter crede: In iſtis autem, quod certū non habebas niſi certum intellexeris, noli firmum tenere. Sola autem Eccleſia in his, quæ ad uerum ſenſum ſcripturarum pertinent, errare non poteſt, ut cui à Chriſto ſpiritus ſanctus promiſſus eſt, qui eam doceat omnem ueritatē: Solus Petrus eſt petra illa, ſuper quam Chriſtus ædificauit illam Eccleſiā. Ea quicquid eorum approbat, quæ patres quantalibet etiā ſanctitate, quantauè doctrina polleant, docent, ratum: quicquid reprobat, irritum habetur. Qui uerò ab Eccleſia præciſi ſunt, hi nec mēbra eſſe poſſunt, nec influxum donorum ſpiritus ſancti, in quibus & gratia interpretationis ſermonum numeratur, recipere poſſunt. Extra corpus enim Eccleſiæ, neminem uiuificat Spiritus Sanctus, Quia (ut dicit Apoſtolus) Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. Non eſt autem particeps diuinæ charitatis, qui eſt hoſtis unitatis. Vnde Spiritum ſanctum non habent, qui ſunt extra Eccleſiam. De illis quippe ſcriptum eſt, Qui ſeipſos ſegregant animales, ſpiritū non habentes. Sed nec ille percipit eum, qui fictus eſt in Eccleſia. Nam ſcriptum eſt, Spiritus S. diſciplinæ effugiet fictum. Ac tales quidem ſunt hæretici, uidelicet inutiles illi rami & palmites, quos nullum in uite illa, quæ Chriſtus eſt, fructum ferentes, pater agricola tollit. Immò qui ſuo ipſorū iudicio condemnati, ſemetipſos à corpore Eccleſiæ præſcindunt. Qui igitur Eccleſiæ Chriſti membra non ſunt, Chriſtiani eſſe non poſſunt, & qui Chriſtiani non ſunt, nullum ius capiunt Chriſtianarum literarum. Ad quos meritò Eccleſia dicit, ut inquit Tertullianus: Qui eſtis? Quando & unde ueniſtis? quid in meo agitis non mei? Quo iure ſyluam meam cæditis? Qua poteſtate limites meos commouetis? Quid hic ad ueſtram uoluntatē ſeminatis & paſcitis? mea eſt poſſeſsio ſcripturarum, mea eſt interpretatio, ego ſum ſponſa Chriſti, ego hæres Apoſtolorum: ſicut cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fidei cōmiſerunt, ſicut adiurauerūt, ita teneō: Vos certè exhæredauerūt ſemper & abdicauerunt, ut extraneos, ut inimicos. Præterea ut nulla communio tenebris cum luce, Chriſto cum Belial, ueritati cum mendacio: ſic Catholici cum hæreticis nullam communionē habere debent. Illi ſiquidem ueritatem colūt, eius ſtudioſi & amici: hij uerò ſummis ſtudijs eam perſequuntur, acerrimi eius hoſtes & inimici, Belial mendacij patrem ſequentes, & Chriſtum qui eſt ueritas relinquentes. Vnde de illis dictum eſt. Omnis qui credit & non permanet in doctrina Chriſti, hic Deum nō habet: Qui permanet in doctrina Chriſti, hic filium & patrem habet. Si quis uenerit ad uos, & hanc doctrinā non affert

[Margin notes: 9. noli 10. diſt. — Extra Eccleſiā nemo habet ſpiritū S. — Rom. 5. — In epiſt. Iudæ. — Sap. 1. — Hæretici, inutiles palmites ſunt quos Pater tollit. — Ioan. 15. — Tertull. de præſcrip. hæret. — 2. Cor. 6. — Nulla Catholicis cum hæreticis cōmunio habenda eſt. — 2. Ioan. 1.]

affert, nolite recipere eum in domũ, nec Aue ei dixeritis. Qui enim
dicit ei Aue, cõmunicat operibus eius malignis, Hæc Ioan. de hæreti
cis & ſchiſmaticis uitandis dixit: & quæ uerbis docuit, ea & factis ex-
hibuit. Narrat enim de eo auditor eius, ſanctiſsimus uir, & mar- *Euſe. in Eccle. hiſt. lib. 4. 14.*
tyr fortiſsimus Policarpus, Smyrneorum Antiſtes, quia tempore *Ireneus lib. 3.*
quodam, cum apud Epheſum balneas lauandi gratia fuiſſet ingreſ- *aduerſ. hereſes*
ſus, & uidiſſet ibi Cherintum exire, continuo diſceſsit non lotus, di- *Valent. c. 3.*
cẽs. Fugiamus hinc, ne et balneę ipſæ nos corrumpãt, in quibus Che-
rintus lauatur, ueritatis inimicus. Idem etiam Policarpus Marcio-
nem, cum aliquando occurriſſet, dicenti ſibi, agnoſce nos, reſpondit,
agnoſco primogenitum Sathanæ. Olim etiam Catholici Epiſcopi, *Exempla ui-*
hæreticorum conſortia & communionem ita uitarunt, ut ne litteras *tandi hæreti-*
quidem neq; ad eos darent, neq; ab eis reciperent. Sic Alexander *cos apud anti quos.*
Alexandrinus Epiſcopus, Eccleſiæ Catholicæ miniſtros admonet, *Trip. lib. 2.*
ne Euſebij Nicomedienſis Arriani ſcripta ſuſcipiant. Sic Leo Papa *Leo. epiſt. 55.*
Anatholium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quia ab hæreticis
ordinatus, ſuſpectus ei de hæreſi fuerat, diu Epiſtolas pacis ad eum
dare abſtinuit. Sic patres Sardicenſis Concilij, hæreticos non ſolum *Trip. lib. 4.*
anathemate percutiunt, ſed neq; Epiſcopos neq; Chriſtianos nomi- *c. 24.*
nandos eſſe decernunt: Quin etiam ad parœtias, quas luporũ inſtar
inuaſerant, ſcribunt, ut nullam cum eis communionem habeant, nec
eorum literas recipiant, neq; eis ſcribant. Verba Epiſtolæ ſic ha-
bent. Sint, inquiũt, à nobis anathema, eò quod uerbum ueritatis ui-
dentur eſſe cauponati: Apoſtolicum nanq; præceptũ eſt, ſi quis uo- *Gal. 1.*
bis annunciauerit prĕter quod accepiſtis, anathema ſit. His ergo nul-
lum communicare denunciate, nulla enim communio luci ad tene-
bras, hos pellite procul ab omnibus, nulla enim concordia Chriſti
ad Belial. Seruate uos fratres Chariſsimi, ut neq; ſcribatis eis, neq; *Trip. lib. 5.*
eorũ ſcripta ſuſcipiatis. Sic patres in Synodo quadã Conſtãtinopo- *c. 42.*
litana, damnato Aëtio hæretico, admonebant omnes Catholicos, *Cyp. lib. 1. epi-*
ne eius Epiſtolas legerẽt, ſed abijcerent. Et Cyprianus Epiſcopus *ſtola 3.*
& martyr, Cornelio Papæ nomina Epiſcoporũ, qui integri & ſani
in Eccleſia Catholica fratribus præeſſent, ut ipſe & collegæ eorũ ſci-
rẽt, quibus ſcribere, & literas mutuo à quibus eos accipere oporteret,
tranſmiſit. Idem Cyprianus cũ collegis ſuis, Legatos ab hĕreticis miſ-
ſos, non ſolũ non audiuerunt, ſed prorſus à cõmunione ſua cohibue-
runt. Prætereo iam multas Imperatorũ & ſacrorũ Conciliorũ con-
ſtitutiones & decreta, quibus declaratur, omnẽ hæreticorũ ſocieta-
tem & cõunionẽ priuatim & publicè uitandã eſſe. Cuiuſmodi eſt illa
Iuſtiniani Cæſaris, Ne hæretici militẽt, Et illa Epaunenſis Cõcilij, Ne *c. 15.*
Clericus cuiuſcunq; ſuperioris loci, cuiuſcunq; hæretici cõuiuio inter- *c. 67.*
ſit. Et illa Cõcilij Agathenſis, Ne cõnubia cum hæreticis iungantur,
& quæ ſunt generis eiuſdem. At maior eſt cõmunio, cum hæretico

in inter-

Nõ licet hæreticis nos communicare in ſcripturarũ interpretatione.

in interpretatione ſcripturarum communicare, quam ei Aue dicere, in domum recipere, litteras ad eum dare, & rurſus ab eo recipere Conuiuijs hæreticorum intereſſe &c. Quippe his & ſimilibus rebus nihil hæretico, niſi noſtrum & humanum officium præſtamus: At ipſum in communionem interpretationis ſcripturarum recipere, & ipſum corpori Eccleſiæ, à quo præciſus eſt, rurſum ut membrum, uel uiti ut palmitẽ inſerere, & eidem Spiritus Sancti donũ cõmunicare. Quod ſi igitur Catholici humana illa & priuata officia hæreticis exhibere prohibentur, quanto magis à communione earum rerum abſtinebunt cum ipſis: quarum nemo particeps eſſe poteſt, quam qui ſit membrum eius corporis, quod eſt Eccleſia, & palmes illius uitis,

Hæreticis nullũ eſt ius interpretandi ſcripturas.

quæ eſt Chriſtus? In talibus autem rebus numeratur interpretatio ſcripturarum, in qua quisquis cum hæreticis ſiue colloquendo ſiue quacunq; alia ratione communicat, aut communicandum eſſe exiſtimat, non ſolum Eccleſiæ Catholicæ, ſed etiam qui eam regit Spiritui Sancto reſiſtere ſe teſtatur. Vt qui donũ illud interpretationis ſcripturarum, non extrancis & præciſis ab Eccleſia membris, & per incredulitatem fractis ramis: ſed corpori & radici adhuc unitis ac uiuido ſpiritualis gratiæ ſucco, uegetatis largiri dignatur. Poſtremo ut in humano corpore non quælibet operationes membris communes ſunt, neq; enim oculi audiunt, neq; aures uident, nec manus incedunt, nec pedes palpant, ſed ſingula membra, ſingula ſua officia

Quibus conueniat interpretari ſcripturas. Orige. ſuper Leuit. hom. 4.

exercent: Ita & in corpore Eccleſiæ interpretatio ſcripturarũ non quibuslibet Chriſtianis mãdatur, ſed ijs tantum, quorum hęc in corpore Eccleſiæ propria operatio eſt. Hi nimirum ſunt ſcripturarum docti & exercitati: Doctores & Paſtores in Eccleſia, quorũ officium eſt docere, & ſcripturas interpretari, maximè difficiles, & quæ intellectum noſtrum ſuperant. Hæ enim ſeruandæ ſunt Aaron id eſt ſacerdoti, doctori, ut ipſe hæc manducet, ipſe diſcutiat, ipſe exponat,

Leuit. 6. Deut. 32. Quo debent eſſe animo interpretes ſcripturæ. De Geneſi ad litteram lib. 1. Ablegandi ſunt a ſcripturæ interpretatione hæret.

iuxta illud prophetæ. Qui obtulerit edet illud, & quod Moyſes alibi dicit, Interroga patres tuos, & annunciabunt tibi: presbyteros tuos, & dicent tibi. Quin etiam ita affecti eſſe debent, qui ſcripturas interpretantur, ut ſcripturis intellectum ſuum mancipent, non ſcripuuras uelut mancipia in obſequium ſenſus proprij captiuas teneant: & ita ſcripturas tractent, ut ſi quid fortè intelligere non poſſunt, ſcripturæ dent honorem, ſibi timorem, ut inquit Auguſt. Quod ſi igitur Chriſtiani ab interpretatione ſcripturarũ excluduntur, qui ſenſum ex his propriũ magis, quam quẽ ſpiritus ſanctus flagitat, quęrunt: Quanto magis ab omni tractatu ſcripturarũ ablegabimus hæreticos, quorũ hoc propriũ eſt, ut expoſitionẽ diuinarum

De Gen. ad litteram lib. 7.

ſcripturarum ad ſuam ſententiam, quæ eſt præter fidem Catholicæ diſciplinæ trahere conentur. Neq; enim non legunt ſcripturas hæretici, ſed ut falſas opiniones ſuas ſcripturis prauè detortis, cõtra earum

ueritatem pertinaciter aſſerant, ut inquit Auguſtinus. Surripientes nimirum intellectum eorum peruerſa expoſitione, & adulterinum ſenſum ad ſponſam Chriſti Eccleſiã, in Regios thalamos inducẽtes. Vnde & rectè fures ſcripturarum & adulteri ab Origene appellantur, de quibus dicitur. Qui prædicas non furandum furaris? & qui dicis non mœchandum mœcharis? Et ſicut in priori populo mentiebantur Prophetæ dicentes: hæc dicit Dominus, & uerbum Domini quod factum eſt ad illum uel illum. Sic hæretici aſſumunt teſtimonium ſcripturarũ, de ueteri & nouo Teſtamento, & furantur uerba Saluatoris, unuſquiſq; à proximo ſuo Prophetis, Apoſtolis & Euangeliſtis. Sic autem transferunt & transfigunt quæ furãtur, ut in ipſis in alienum & phantaſticum corpus tranſpoſitis, textus ipſe ſcripturarum & uera imago ueritatis corrumpatur.

Fures & adulteri ſcripturarum hæretici.
Rom. 2.
Hiere. 23.

Cuius rei pulchram admodum comparationẽ facit Ireneus. Transferunt autem, inquit, & transfigunt, & alterum ex altero facientes, ſeducunt multos ex ijs, quę aptant ex Dominicis eloquijs malè cõpoſito phantaſmati. Quomodo ſi quis Regis imaginem bonã, fabricatam diligenter ex gemmis precioſis à ſapiente artifice, ſoluens ſubiacentẽ hominis figuram, transferat gemmas illas, & reformãs faciat ex ijs formam canis uel uulpeculæ, & hanc malè diſpoſitam, dehinc cõformet & dicat, hanc eſſe Regis illam imaginem bonã, quam ſapiens artifex fabricauit, oſtendẽs gemmas, quæ benequidem à primo artifice in Regis imagine compoſitæ erãt, malè uerò à poſteriore in canis figuram tranſlatæ ſunt, & per gemmarum phantaſiam decipiat Idiotas, qui compræhenſionem regalis formæ non habeant, & ſuadeant, quoniam hæc turpis uulpeculę figura, eſt bona illa Regis imago. Eodem modo & hi anicularum fabulas aſſumentes, poſt deinde ſermones, & dictiones & parabolas hinc inde afferentes, aptare uolunt fabulis ſuis eloquia Dei.

Irene lib. 1. ad uerſ. hereſ. Valent. c. 1.
Similitudo ex male transformata bona imagine Reg.

Tertullianus huiuſmodi ſtructuras, quas hæretici ex ſcripturis concinnant, Centonibus Homericis & Virgilianis comparat. Et ideo, inquit, habẽt uim & excogitandis inſtruendisq; erroribus facilitatem, non adeo mirandam quaſi difficilem & inexplicabilem: cum de ſæcularibus quoq; ſcripturis exemplum præſto ſit eiuſmodi facilitatis, †quo ius hodie ex Virgilio fabula in totum, aliam componi materiam ſecundum uerſus, uerſibus ſecundum materias concinnatis. Deniq; Ouidius ‡ citra Medæam, Tragœdiam ex Virgilio pleniſsimè expreſsit. Meus quidẽ propinquus ex eodem Poëta, inter cætera ſtyli ſui ocia, Pinacem Cebetis explicuit. Homeri centones etiam uocare ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera more centenario, ex multis hinc inde compoſitis, in unum ſartiunt opus. Et utiq; fœcundior diuina literatura ad facultatem cuiuſcunq; materiæ, nec periclitor dicere, ipſas quoq; ſcripturas ſic eſſe ex Dei uoluntate diſpoſitas, ut hæreticis materias ſubminiſtrarẽt, cum

Lib. de preſ. hæret.
Cẽtones Hæreticorum ex ſcripturis cõpoſiti.
forte † queuis
‡ circa

R legam,

1. Cor. 11. legam, hæreſes oportere eſſe, quæ ſine ſcripturis eſſe non poſſent.
Deprauatio ſcripturarum per Diaboli ſuggeſtiones. Eſt autem huiuſmodi hæreticæ deprauationis ſcripturarum author
ille, qui eſt omnium mendaciorum artifex, & pater diabolus, quod
idem Tertullianus probat his uerbis. Sed quæritur à quo intellectus
interpretetur eorum, quæ ad hæreſes faciant, à diabolo ſcilicet, cuius
ſunt partes interuertendi ueritatem, qui ipſas quoq; res Sacramen-
Figmenta Diaboli apud Gẽtiles. torum diuinorum in Idolorum myſterijs æmulatur. Fingit & ipſe
quoſdam utiq; credentes & fideles ſuos, expiationem dilectorum de
lauacro repromittit: Et ſi adhuc meminit Mithrę, ſignat illic in fron
tibus milites ſuos, Celebrat & panis oblationem, & imaginem reſur
rectionis inducit, & ſub gladio redimit coronã. Quid quod & ſum-
mum Pontificem nuptijs ſtatuit: habet & Virgines, habet & conti-
nentes. Cæterum ſi Numæ Pompilij ſuperſtitiones reuoluamus: ſi ſa-
cerdotalia officia, Inſignia, & Priuilegia: Si ſacrificantia miniſteria,
& inſtrumenta & uaſa ipſorum ſacrificiorum & piaculorum, & uo-
torum curioſitates conſyderemus, non'ne manifeſté diabolus mo-
roſitatem illam Iudeæ imitatus eſt. Qui ergo ipſas res, de quibus
Vnius Authoris ſunt hæreſes et idolatria Sacramenta Chriſti adminiſtrantur tam æmulanter affectauit ex-
primere in negocijs Idolatriæ, utiq; & idem, & eodem ingenio ge-
ſtijt, & potuit inſtrumenta quoq; diuinarum rerum, & ſanctorum
Chriſtianorum, ſenſum de ſenſibus: Verba de uerbis: parabolas de
parabolis, prophanæ & æmulę fidei attentare. Et ideo neq; à diabo-
lo immiſſa eſſe ſpiritualia nequitiæ, ex quibus etiã hæreſes ueniunt,
dubitare quis debeat, neq; ab Idolatria diſtare hęreſes, cum & autho
ris & operis eiuſdem ſint, cuius & Idolatria. Sed & quaſdam ſcriptu
Hæretici quaſdã ſcripturas repudiant. ras deprauant & corrumpunt hæretici, quaſdam omnino abijciunt.
Nam eo ſunt ingenio (ut inquit Hieronymus) ut quicquid contra-
In præf. Epiſt. ad Titum. rium dogmati ſuo uident, eradant ex ſcriptura. Sic nonnullas Epi-
ſtolas Pauli integras repudiandas crediderunt, ut eam, quam ad Ti
motheum, & item quam ad Titum ſcripſit, & utranq; ad Hæbræos.
Sic quidam totum Euangelium rejciunt, ut Marcion, alij Euange-
Lib. 3. aduerſ. hereſ. Valent. c. 11. lium Ioannis, alij alia Euangelia repudiant, ut Ireneus ſcribit. Vnde
rectè Auguſtinus ſcribit, priuilegium diabolicum hæreticorum eſſe,
Aug. lib. 32. cõtra Fauſtum Manicheum. ut quicquid eſt in Euãgelio, uel in Epiſtolis Canonicis, quo adiuuari
hæreſim ſuam putent, id eſſe à Chriſto & Apoſtolis dictum teneant
atq; ſuadeant. Quicquid autem ex iiſdem codicibus aduerſus eos ſo-
nuerit, immiſſum ab infalſatoribus, ore impudenti ac ſacrilego, non
dubitent dicere. Ideo autem ſcripturis inhærent, ijs quæ fingunt, uel
parabolas dominicas, uel dictiones Propheticas, aut ſermones Apo
ſtolicos aptantes, ne figmentum eorum ſine teſte eſſe uideatur, & ut
hoc modo de Catholica ueritate errores ſuos fructificare poſsint.
Ideo corrumpunt, ne integris ſcripturis ſententiam eorum conuel-
lentibus, errorum ſuorum conuicti confundantur, Ipſi quoties ex
ſcripturis

ſcripturis arguuntur: ſcripturas ipſas accuſantes quaſi non ſint ſcripturæ, aut nullam ſcripturarum habeant authoritatem. Qui igitur ſcripturas tam impiè tractant, ut quaſdam non recipiant, & ſi quas recipiunt, adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertunt: & ſi recipiunt, non integras recipiunt: & ſi aliquatenus integras præſtāt, nihilominus diuerſas expoſitiones cōmentati diabolo docente cōuertunt. Qui, inquam, ad hunc modū ſcripturas tractant, Quid facient ſi cum illis certamen ſcripturarum ineundum ſit, in quo utrique parti ius interpretandi ſcripturas æquè concedatur? Illud procul dubio fiet, ut parem authoritatem obtinentibus diſputationibus, penes eum præcipue ſit uictoria, qui dicendi arte magis ualebit: & ueritas ipſa Catholica, non quia non defenditur, ſed quia iudicanda ipſius hoſtibus traditur, oppreſſa uideatur. Tum illud etiam accidet, ut quod Tertullianus ſcribit, qui eius defendendi contra hęreticos partes ſuſceperint: ſi quid defenderint, negetur ex diuerſo: ſi quid negauerint, defendatur, nihil perdentes niſi uocem in contentione, nihil conſequentes niſi uilem de blaſphematione laudem. Et ſi fortè aliquorum gratia in congreſſum deſcenderint ſcripturarum, ut eos dubitantes confirment, fortaſſe magis ad hęreſes, quàm ad ueritatem deuergent, hoc ipſo moti, quod ipſum uideant nihil promouiſſe, æquo gradu negandi & defendendi diuerſa parte ſtatutum, Certè & pari altercatione incertiores diſcedent, neſcientes quam hęreſim iudicent. Ergo non eſt in hoc genere cum hæreticis diſputandum, nec aliquod ſcripturarum certamen conſtituendum: *in* quo conflictus ipſe inhoneſtus: Victoria autem nulla, aut incerta eſt, aut certè parum certa futura.

Quam incautum & periculoſum eſt hæreticis permittere interpretationem ſcripturarum.

Lib. de præſ. aduerſ. hæret.

Colloquia, quæ in id fiunt, ut cōtrouerſiæ de fide inter Catholicos & hæreticos in præiudicium Catholicæ fidei, pactis, & tranſactionibus componantur: impia eſſe, & Catholicis omnibus modis declinanda,

Cap. XIIII.

ESt & aliud genus colloquiorū, quod inter Catholicos & hæreticos in hoc conſtituitur, ut controuerſiæ de fide pactis & tranſactionibus componantur, quod aliquam quidem honeſtatis ſpeciem habet. Quippe quo omnium maximè pax & tranquillitas, turbatis Eccleſijs reſtitui poſſe uidetur. Vt enim in prophanis rebus tum lites tolluntur, cum de rebus dubijs & incertis tranſigitur, uel certum etiam & indubitatum aliquid pactis liberaliter remittitur. Quo genere conuentionum pax uel publica uel priuata conciliatur: Ita in cauſis religionis & fidei, à litibus diſcedi, & pax

l. 1. ff. de tranſact.

l. conuentionis ff. de pactis,

 conſtitui

conſtitui inter Catholicos & hæreticos uidetur:dum uel paciſcendo liberaliter aliquid de certis dogmatibus remittitur,uel de his quæ incerta ſunt,tranſigendo certum aliquid conſtituitur: Id quod conſtitutis inter eos colloquijs fit,ut utriuſq; partis dogmatibus mutuis inter ſe diſputationibus examinatis,ſiue certis ſiue incertis, uel addatur uel eximatur,quo neutrius partis ſententia magnopere lædi uideatur.

In cauſa fidei non fiant colloquia cũ pactis aut trãſactionibus.

Cur talia colloquia petunt hæretici.

Quod genus colloquiorum hæretici in primis amant, quod hoc modo ſub prætextu affectatæ cõcordiæ, & popularem ſibi fauorem conciliare,& paulatim mutatis Catholicis dogmatibus facilius ſua confirmare:& quæ ſunt illis cõtraria, pro arbitrio ſuo in totum ſubuertere poſsint. Arriani in Arimino conuenientes tali habito colloquio, pacem & concordiam cum Catholicis ea conditione petebant,ut ſimilem profiterentur filium patri, ſubſtantiæ uerò nomen tacerent.Quod non oporteret propter duo uerba, quæ nec inuenirentur ſcripta,ſeparari corpus Eccleſiæ. Et Eudoxius Arrianis Gothis concordiam dogmatum ſuadens,& ut communionem Imperatoris Valentis amplecterentur,certamen omne,inter ipſos & Arrianos,uerborum eſſe non dogmatum affirmauit,& hoc modo ut concordiam Catholicæ paci aduerſam inirent decepit. Qua arte & alij hæretici uſi, ſæpe ſub ſpecie concordiæ Catholica dogmata deſtruxerunt. Eiuſdem propè generis colloquium Anno ſuperiori inter Catholicos & proteſtantes,Ratisbonæ habitum eſt. Quippe quod à proteſtantibus aliquot Annis petitum,tandem etiam in hoc inſtitutum fuit, ut in eo de controuerſijs fidei & dogmatum concordia ageretur,ipſis quoq; multis perſuadentibus, plæraq; eius diſſenſionis non dogmatum,ſed uerborum eſſe differentiam atq; certamen, eaq; paucis hincinde uel datis uel remiſsis,facile ad concordiam reduci poſſe. Ego certè,quod in alijs conuentionibus fieri ſolet, in his quoq; pactis & tranſactionibus quæ de fide, & religione fiunt, de perſonis,de rebus,& de cauſa quærendum eſſe puto. Ex his enim apparebit iuſta ne ſint huiuſmodi pacta,an iniuſta, permiſſa an prohibita. Primum igitur ſi perſonam hæreticorum contemplemur, conſtat nullam cum eis cõtrahi obligationem poſſe, ut quibus nulla prorſus contrahendi facultas à legibus tam Ciuilibus quàm Canonicis relinquitur. Vnde,ut donare, emere, uendere non poſſunt, ita nec paciſci de quacunq; re, aut tranſigere poſſunt. Deinde quod ad res ipſas attinet,certum eſt ea quæ ſunt iuris publici, neq; magiſtratuum,neq; prouinciarum cõuentionibus & pactis mutari poſſe, ſed omnibus modis illæſa cuſtodiri oportere. Iuris autẽ publici ſunt, adeoq; diuini (quod & ipſum publicum eſt) omnia ſacra, ut fides ipſa,& quæcunq; ad religionem & fidem pertinent, ut diuina ſcriptura,ſacræ conſtitutiones,& quæ ſunt eiuſdem generis. Igitur nec mutari, nec ullis lædi hominum conuentionibus & pactis poſſunt.

Exempla fraudulentę cõcordiæ quam petebant Arriani.

Colloquiũ Ratiſponę habitũ Año 1541.

l. cũ hij §. uult igitur ff. de trãſacti.

Nulla cum hæreticis contrahitur obligatio.

l. iuris gentiũ §. ſi paciſcar ff. de pact. l. ius publicum ff. eo l. nec ex pretorio ff. de reg. iur. l. 2. § ius Reipub. de admi. rerum ad ciuit perti. l. 2. C. de cõueni. fiſci. debi. lib. 10. l. 1. § huius ſtudij. et ibi. gl. ff. de iuſt. & iur.

Ac

Ac primum quidem ſcriptura, etſi obſcurior quidem explanari ſanctorum patrum interpretatione poſsit, tamen minime mutari poteſt, ut cui ne Iota quidem addi nec ab ea quicquam adimi poteſt, dicente ſcriptura. Non addetis ad uerbum quod loquor, nec auferetis ab eo. Quod ſi enim hominis teſtamentum confirmatum nemo ſpernit, aut ſuperordinat, quanto magis, quod à Deo confirmatum eſt omnibus modis ratum manebit & illæſum? Idem de decretis & definitionibus Eccleſiæ & ſanctorum patrum dicendum eſt, quæ & ipſa mutari nõ poſſunt. Nam ut ad Arrianos dicebat Sophronius Pompeiopoleos Paphlagoniæ, ſi per ſingulos dies propriam liceret ædere fidem, & quæ ſemel ſtatuta ſunt mutare, ueritatis integritas manere non poſſet. Vnde Homuſiani Epiſcopi, Arrianis petentibus, ut ſimilem patri filium profitentes, conſubſtantialitatis nomen tacerent, ita Conſtantio Imperatori ſcribunt. Multum diſceptantibus nobis inuenimus optimum eſſe, ſtatutam fidem antiquitus permanere, quam etiam Prophetæ, Euangelia, nec non Apoſtoli, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum prædicaſſe noſcuntur, ut hanc tenentes ad finem uſq; ſeruemus. Incongruum enim nefariumq; uidetur, ex his quæ rectè iuſteq; definita ſunt, aliquid immutare, id eſt, horum quæ Nicææ communiter cum glorioſiſsimo Conſtantino tuo patre & Imperatore deliberata atque defixa ſunt, quorum doctrina atq; ſenſus diſcurrit & prædicatus eſt in omnium hominum auditus atq; mentes. Et Gelaſius Papa ad eundem ferè modum, & aliquanto etiam clarius, ad Dardaniæ Epiſcopos ſcribens. Quapropter, inquit, ſtultitiam reſpuentes inanium querelarum, perquirere uos oportet ab ipſis Beatis Apoſtolis, & conſyderare prudenter. Quoniam patres noſtri Catholici, uidelicet docti Pontifices, in unaquaq; hæreſi quolibet tempore ſuſcitata, quicquid pro fide, pro ueritate, pro communione Catholica & Apoſtolica, ſecundum ſcripturarum tramitem, prædicationemq; maiorum, facta ſemel congregatione ſanxerunt, inconuulſum uoluerunt, deinceps firmumq; conſtare: nec in eadem hac cauſa denuo, quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recenti præſumptione permiſerunt, ſapientiſsimè prouidentes. Quoniam, ſi decreta ſalubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra ſingulos quoſq; prorſus errores ſtabile perſiſteret Eccleſiæ conſtitutum, ac ſemper ijſdem furoribus recidiuis omnis definitio turbaretur. Nam ſi limitibus etiam præfixis poſitarum ſemel Synodalium regularum, non ceſſant eliſæ peſtes, reſumptis certaminibus, contra fundamentum ſeſe ueritatis attollere, & ſimplicia quæq; corda percutere. Quid fieret, ſi ſubinde fas eſſet, perfidis inire Concilium? cum quælibet illi manifeſta ſit ueritas, nunquàm deſit quod pernicioſa depromat falſitas: Tametſi ratione, uel authoritate deficiens, ſola tamen cõtentione non cedens, quæ maiores noſtri diuina

Deut. 4.

Gal. 3.

Trip. lib. 5. c. 34.

Egregium reſpõſum Catholicorũ ad Conſtantiũ Imp.

Verba Gelaſij ne quid mutetur de antiquis fidei Decretis.

Ne reuocetur in dubium ſemel cõſtituta ab antiquis.

 inſpiratione

inſpiratione cernentes,neceſſariè præcauerũt, ut quæ contra unamquanq; hæreſim coacta ſemel Synodus pro fide,communione & ueritate Catholica atq; Apoſtolica promulgaſſet, non ſinerent nouis

Cur pacta & tranſactiones de fide non ualent.

L. Inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff. de uerb. oblig.

poſt hac retractationibus mutilari. Quod ſi igitur neq; ſcripturæ ſanctæ, neq; ſanctorũ Conciliorum & patrum decreta mutari poſſunt:quomodo pactum cõuentum ualebit,& tranſactio, quibus de his remittitur aliquid uel detrahitur,aut quod in his non continetur additur? Addo quod ſacrarum rerum nullum eſt hominum cõmercium,ac propterea earum nulla quoq; cõuentio & obligatio eſſe poteſt.Præterea in pactis & tranſactionibus, quibus hæreticorum doctrina admittitur,aut de Catholicis dogmatibus aliquid remittitur, maximè turpitudo uerſatur. Nempe ueritatis & qui ipſa ueritas eſt Chriſti proditio:& ad inimicos ueritatis hæreticos & eorũ Regem,

ff. de uerb. obligat. L. gener. Iuſt. de inutilibus ſtip. §. quod turpi.

qui diabolus eſt,defectio. Rerũ autem turpium nulla, neq; paciſcendo,neq; tranſigendo,aut quacunq; alia conuentione cõtrahitur obligatio. Poſtremò cauſa,propter quam Catholici cum hæreticis de fide & religione paciſci & tranſigere ſolent, eſt pax publica & concordia Eccleſiarum,in qua hoc requirendum erit, an iuſta ſit, an iniuſta. Nam ſi iuſta fuerit, ipſa quoq; quæ inter eos initur conuentio iuſta erit:ſin uerò nulla uel iniqua, nec pactum uel tranſactio,quę ex

Cum hæreticorum perſonis nulla pax iuſta cõſtitui poteſt.

ca fiunt,ualebunt. Pacem & concordiam ex perſona & conditione æſtimabimus uel iuſtam uel iniuſtam: Propter perſonam hæreticorum nulla cum eis iuſta pax inſtitui poteſt. Primum enim nõ poteſt eſſe pax cum transfugis,proditoribus & hoſtibus publicis. Cum ijs item,qui maieſtatem læſerunt & oppugnarũt.Quales certè ſunt hæretici,nempe proditores ueritatis,deſertores militiæ Chriſtianæ, & transfugæ & hoſtes publici Dei,cuius maieſtatẽ grauiſsimè lædunt, & ſanctæ Dei Eccleſię,quam totis uiribus oppugnant:Cum quibus qui pacem paciſcuntur,ipſi quoq; notam proditionis contrahunt. Præterea, quorum communionem uitare debemus,cum ijs nec pa-

Titum 3.

cem habere poſſumus:At præcepto Apoſtolico iubemur hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem deuitare.Quin leges etiam ſæculi omnia eis hominum commercia interdicunt, urbibus eos expellere iubent,nec ullam eis in Romano ſolo conueniendi

L. Arriani C. de heret.

morandiq; facultatem cõcedunt,ſed & terram eorum, qui cum hæreticis pacem ſeruant,nec eos expellunt,his qui hæreticis exterminatis eos ab hæretica prauitate purgant, poſsidendas eſſe concedunt. In conditione hoc erit ſpectandum,an ſit æqua an iniqua:ęqua erit, ſi ita conuentum fuerit, ut hæretici relictis erroribus ueritatem am-

Cõditio quando cenſetur æqua,quãdo iniqua.

plectantur, & ad Eccleſiæ unitatem reuertantur. Iniqua,ſi id pacto adiectum fuerit, ut aliquid de ueritate Catholicorũ dogmatum remittatur,aut de falſitate hæretica concedatur. Primum igitur iuſta pax eſt,quæ cõditione primi generis hæreticis promittitur, nõ quia

hæreticis

hæreticis data, ſed quia his promiſſa, qui cum hæretici eſſent, hæretici eſſe deſierunt. Quæ autem conditione ſecundi generis, cum hæreticis initur concordia, iniuſta eſt, impia, & blaſphema. Neq; enim omnino pax eſſe poteſt, quæ hæreticorum ſimul & Catholicorum profeſsione permixta, cunctas religionis ueræ & ſynceræ ſedes ſemper turbauit, Catholicamq́; & Apoſtolicam puritatem perturbauit, ut inquit Gelaſius Papa. Nec iuſta eſſe poteſt pax, ſi quid iuſtarū ſanctionum fuerit immutatū, ut Homuſiani Epiſcopi ad Conſtantium Imperatorem dicebant. Et idem Gelaſius ab Anaſtaſio Imperatore inſimulatus, quaſi pacem detrectaret, quam ipſe cum hæreticis, iniquis tamen conditionibus, facere inſtituerat: Qualis ea eſſet pax his uerbis demonſtrat. Ergo, inquit, glorioſe Imperator, nolo ego Eccleſiarum pacem, quam etiamſi cum mei ſanguinis impendio prouenire poſsit amplecterer? Sed precor te cuiuſmodi debeat eſſe pax ipſa, nō utcunq;, ſed ueraciter Chriſtiana, mente libremus. Quomodo enim poteſt eſſe pax uera, cui charitas intemerata defuerit. Charitas aūt qualiter eſſe debeat, nobis euidēter Apoſtolus prędicat, qui ait: Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Quomodo quęſo de corde erit puro, ſi contagio inficiatur externo? Quomodo de conſcientia bona, ſi prauis fuerit maliſq́; commixta? Quomodo fide non ficta, ſi maneat ſociata, cum perfidis? quæ cum à nobis ſæpe iam dicta ſint, neceſſe eſt tamen, inceſſabiliter iterari: & tam diu non tacere, quàm diu nomen pacis obtenditur. Vt noſtrum non ſit (ut inuidioſe iactatur) facere pacem, ſed talem uelle doceamus, qualis & ſola pax eſſe, & præter quam pax nulla eſſe monſtratur. Atque ex his omnibus certum iam euadit, colloquia quibus in præiudicium Catholicæ ueritatis hæreticis ſcripturarum interpretatio permittitur, de ueris dogmatibus paciſcendo tranſigendoúe aliquid remittitur, uel hæretica falſitas confirmatur, aut pax & concordia inter Catholicos & hæreticos conſtituitur, & impia eſſe & Eccleſiæ Catholicæ pernicioſa. Quapropter, ea à Catholicis omnibus ceu peſtis aliqua, qua hæreticorum errores fouentur, & diſcordiæ in Eccleſia nutriuntur, magis quàm pax & concordia conciliatur, omnium maximè fugienda eſſe cenſemus: Nihil tamen in ea re priorum principum ſtudio & diligentiæ derogantes, quos id genus colloquia inſtituentes paci quidem publicæ ſtuduiſſe, ſed id quod intenderunt, à malis & impijs hominibus male perſuaſos, minime conſecutos fuiſſe, euentus ipſe tam antiquorum, quàm noſtrorum temporum facile demonſtrat.

Gela. in Tomo de anathematis uinculo.

Verba Gelaſij ad Anaſtaſiū Imperat.

1. Timo. 1.

Non poteſt eſſe uera pax et Charitas cū hæreticis.

Colloquia quæ cum hæreticis per pacta habētur, non ualere.

An rata ſint pacta, conuentiones & leges: quibus hæreticis & ſchiſmaticis, pax & ſecuritas ea conditione promittitur, ut qui eos offenderint, pœna fractæ pacis teneantur? Caput XV.

Irrita pacta, quæ promittũtur hæreticis.

VEnio iam ad alia quædam pacta, leges, & reſcripta: quæ hæretici & ſchiſmatici à poteſtatibus ſæcularibus impetrant. De quibus & ipſis quæſitum eſt, rata ne ſint de iure, an irrita: Cuiuſmodi ſunt, quibus hæreticis pax & ſecuritas ea lege promittitur, ut qui eos offenderint, pœna fractæ pacis teneantur. Item quibus permittitur, ut Eccleſias, Epiſcopos, Sacerdotes & Clericos habeant: Eccleſias reformare, Eccleſiarum bona poſsidere, & ea quæ per uim uel fraudes rapuerunt retinere, adminiſtrare, & diſpenſare poſsint. Item quibus conuenit, ut lites Catholicorum aduerſus hæreticos & ſchiſmaticos in iudicio motæ, uel mouendæ, uel ad tempus uel in perpetuum ſuſpendantur. Item, ut publicè ius reddant hæretici & ſchiſmatici, & Iuriſdictionem uel ſoli uel cum Catholicis exerceant. Quod igitur ad primam quæſtionem attinet. Reſpondeo: Non ualere reſcripta, leges & pacta, per iniuſtas impreſsiones à ſæcularibus poteſtatibus elicita, quibus hæreticis & ſchiſmaticis pax & ſecuritas ea lege promittitur, ut nõ ſolum à nemine offendi poſsint, ſed etiam qui eos offenderint, pœna fractæ pacis teneantur. Primum enim Catholicorum Principum, Regum & Magiſtratuũ, officium exigit, ut non ſolum ipſi in ea religione uerſentur, eamq; fidem profiteantur, quam Sanctam Romanã & Apoſtolicam Eccleſiam, ab ipſis uſq; Apoſtolorum temporibus, firmiter coluiſſe, ipſa etiam Catholica ab ipſo Petro alijſq; Apoſtolis, nobis ueluti per manus tradita Religio declarat: ſed cunctos etiam populos ditioni ſuę ſubditos eiuſdem fidei unitati coniungere, & ut eandem tota mente amplectantur, inducere tenentur. Iuxtà illud Pſalmi: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram &c. Quo ſanè loco ſpiritus ſanctus Regibus & Principibus terræ præcipit, ut primum quidem relicto Idolorum cultu, non ſolum ipſi unius & ueri Dei cultum amplectantur: ſed etiam curent, ut una eademq; Catholica religio per uniuerſum orbem prædicetur, & ab omnibus ſubditis cuſtodiatur. Deinde, ut eam religionem, aduerſus quoſcunq; Sanctæ & Catholicæ fidei hoſtes, totis uiribus defendant. Quod & Canon admonet: Intra Eccleſiam, inquit, poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi ut quod non præualent ſacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem: poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. Sæpe per regnũ terrenum cœleſte regnum proficit, ut qui intra Eccleſiam poſiti, contra fidem & diſciplinam agunt, rigore principum conterantur: ipſam diſciplinam,

Non ualent leges quæ hęreticis pacem et ſecuritatẽ promittunt.

Officium Ro. Imp. in cauſa fidei.

l. 1 c. de Sum. trin. et fid. Cat.

Pſal. 2.

23. q. 5. c. prin.

diſciplinam, quam utilitas Eccleſiæ exercere non præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, & ut uenerationem mercatur, uirtutem poteſtatis impertiatur, & ſequitur. Cognoſcant principes ſæculi, Deo ſe reddituros eſſe rationem propter Eccleſiam, quam Chriſto tuendam ſuſcipiunt, Nam ſiue augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradidit. Eſt autẽ certum, quod et multorũ temporũ experientia, optima rerũ magiſtra docet, inter hoſtes Catholicæ religionis & fidei, præcipuos eſſe & omnium crudeliſsimos, hæreticos & ſchiſmaticos. Ipſi enim ſunt uulpes illæ, quę depopulantur uineam Chriſti, de quibus Salomon, Capite nobis uulpes paruulas diſsipantes uineas. Ideoq́ꝫ Catholicorum principum officio incumbit, ut in huiſmodi etiam hoſtes totis uiribus inſurgant, & ab eorum inſultibus ſanctam & Catholicam Eccleſiam defendant: & quod benignitate fieri nõ poteſt, uerberibus etiam, ut ad unitatem Eccleſiæ reuertantur, compellant. Exemplo Agar, quæ à Sara uerberata, cũ angelo conqueſta eſſet de iniuria ſibi à Domina ſua Sara illata: audiuit ab angelo, reuertere ad Dominam tuam, ut pulchrè colligit Auguſtinus. Quando (inquit) Deus uult concitare poteſtates aduerſus hæreticos, aduerſus ſchiſmaticos, aduerſus diſsipatores Eccleſiæ, aduerſus exufflatores Chriſti: blaſphemi non mirentur, quia Deus concitat ut à Sara uerberetur Agar, Cognoſcat ſe Agar, ſupponat ceruicem. Mirantur autem, quia commouentur poteſtates Chriſtianæ contra diſsipatores Eccleſiæ deteſtandos: ſi non commouerentur, quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo? Et paulo poſt. Hoc pertinet ad Reges ſæculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam uelint matrem ſuam Eccleſiam habere, unde ſpiritualiter nati ſunt. Ecce officium Regum & principum Catholicorum, ut pacem in Eccleſia cuſtodiant. Sed quibus medijs huiuſmodi pax cuſtoditur, graſſantibus in Eccleſia contra Catholicos hæreticis & ſchiſmaticis? an pacta cum ipſis pace, ne offendantur? Et ſi quis eos offenderit, ut tanquam reus fractæ pacis puniatur? Satis à nobis antea demonſtratum eſt, iniuſtam eſſe & prorſus impiam pacem, quæ cum hæreticis initur, qua ſecuritas illis datur, ut falſa ſua dogmata impunè docere permittantur: tum quia cum hæreticis Catholico pax eſſe non poteſt, tanquam cum transfugis, & deſertoribus fidei noſtræ & Eccleſiæ, quam totis uiribus oppugnãt: tum quia conditio iniqua eſt & blaſphema, qua hæreticis ſiuè tacite, ſiue expreſsè permittitur, ut impia ſua & blaſphema dogmata, ſiue inter ſe ſiue inter Catholicos doceant. Quomodo igitur pacem hæreticis & ſchiſmaticis promittẽt Catholici principes, in quos omnia iura & diuina & humana eos armari iubẽt? Quod ſi Nabuchodonoſor Rex alienigena, lege lata in blaſphematores Dei Iſraël inſurrexit, eius

ſcilicet

principes Deo rationem reddent, ſi non inſurgunt totis uiribus contra hæreticos.

c. quam ſit. de elect. c. ſtatutũ in princ. de reſcrip. lib. 6. l. legans § ornatricib. ff. de lega. 2.

Can. 2.

Gene. 16.

Exẽplo Agar debent compelli hæretici, ut reuertantur

Super Ioan. c. quando uult 23. q. 4.

Officium Regum et Principum Christ.

Impia eſt pax quæ datur hæreticis.

Exemplũ Regis Nabuchod.

ſcilicet qui tres pueros de igne liberauerat. Quanto magis Chriſtiani principes in eos totis uiribus concitabuntur, à quibus Chriſtus exufflatur, à quo non tres pueri, ſed totus orbis terrarum cum ipſis Regibus à gehennarum igne liberantur? Proderit fortaſſe, cum extraneis hoſtibus inducias paciſci, & pacē ultro citroq; ad tempus dari, ut reſpirare aliquantulum à belli laboribus liceat, tum de confirmandis aduerſus hoſtem uiribus noſtris tempeſtiuius deliberare.

Inducias cum hoſte extraneo inire licet non cum hæretico.

At intempeſtiuo bello inter ciues orto, pernicioſiſsimū eſt, hoſti minimum etiam deliberādi ſpacium permittere, maximè uerò eo, quod hæretici intra Eccleſiam aduerſus Catholicos mouent. Nam ut morbus in corpore ipſa mora conualeſcit potius quàm ſanatur, ſi non in tempore medicina adhibeatur: & uenenum mora & tempore confirmatum, ægrè è corpore euellitur. Nec Cancer ubi radices egerit, curatur: Ita corpus Eccleſiæ, quod hæreſes & ſchiſmata ſemel inuaſerint, & occupauerint, ſi tēpore inualuerint, ab ijſdem uix magnis laboribus liberatur. Quod & ueteres, & nos quoq; noſtris temporibus multis modis experti ſumus, quibus hæretici & ſchiſmatici, pacem aliquam aut inducias quantumlibet breues nacti, intra breuiſsima tempora errores ſuos quàm latiſsimè propagarunt. Quod animaduertentes ſancti patres, optimum remedium eſſe putauerūt, quod ſubnaſcentibus hæreſibus in tempore adhiberetur. Sic Innocentius Papa I. patribus Carthaginenſis Cōcilij (inter quos et Auguſtinus fuit) ad ea, quæ de Pelagio & Cęleſtio hæreticis, eorumq; erroribus ſcripſerant, reſpondens: Hæreſibus, inquit, pullulantibus eſt celeriter obuiandum. Sanandum ergo celerius, ne longius execrandus animis morbus inſerpat. Vt ſi medicus, cum uiderit huius terreni corporis aliquem eſſe languorem, magnum ſuæ artis æſtimat documentum, Si citò quis illius interuentu deſperatus euadat, uel cum putre uulnus aſpexerit, adhibet fomenta, uel cætera quibus illud poſſit, quod fuerat natum, uulnus obduci: Ac ſi id manens ſanari non poterit, ne corpus reliqua ſua tabe corrumpat, ferro amputat quod nocebat, quo reliquum, quod integrum eſt, ſeruet intactum. Præcidendum id ergo eſt, quod uelut puro ſanoq; primum corpori uulnus obrepſit, ne cum tardius abſtergitur, in ipſis penè uiſceribus huius mali non exhaurienda poſt ſentina concidat. Hæc ille ſanctus pater. Atq; eadem ratione Catholicorum principum legibus ſancitum eſt, ac poteſtatibus ſæcularibus præceptū, ut terras ſuas ab hæretica prauitate repurgent, ſtatuta etiam pœna in eos, qui id facere neglexerint, ut eorum terræ à Catholicis, exterminatis hæreſibus, occupentur atq; poſsideantur. Quibus ſanè legibus cautum eſt, ne poſt hac pace cum hæreticis facta, ulla propagandarum hæreſum occaſio relinquatur. Quo fit, ut etiam hodie nulla pax rata eſſe poſsit, quæ cum hęreticis ea lege conciliatur, ut offendi nō poſsint, prauam

Mora cōualeſcunt hæreſes, ſicut cancer et alij morbi & uenena.

Inter epiſtolas Auguſtini epiſtola 91.

Celeriter obuiare oportet hęreſibus.

l. ſi uero Dominus C. de here.

Irrita eſt pactio cum hęreticis de pace.

doctrinam

doctrinam in populo Chriſtiano impijs prædicationibus diſſeminantes. Ac tanto magis horrenda & abominanda pax eſt, ea conditione cum hæreticis & ſchiſmaticis inita, ut qui eos offenderint, fractæ pacis condemnentur. Nam quæ fractio pacis eſſe poteſt, eos offendere, cum quibus nulla cōmunio eſſe poteſt homini Chriſtiano, & quibus ne Aue quidē dicere poſſumus: quos leges ciuiles banno Imperiali ſubijciūt, impunè offendendos offerunt, nec ullam in Romano ſolo conueniendi morandíq́ facultatem permittūt, aut quicquam loci relinquunt, in quo etiam ipſis elementis fiat iniuria: Deniq; quos omnia diuina & humana iura extinctos eſſe uolunt.

Aut. Gazaros C. de heret. l. Manicheos C. de hereticis

An rata ſint pacta, conuentiones & leges, quibus hæreticis permittitur, ut Eccleſias habeant & reforment, earundemq́ bona poſſideant aut adminiſtrent, Cap. XVI.

ILlud in primis hæreticis peculiare eſt, ut cum ipſi à corpore Eccleſiæ præciſi ſint, ſe tamen ueram Eccleſiam eſſe iactent, penes ſe ueræ Eccleſiæ ſigna eſſe: ſe uera Sacramenta, ueros Sacerdotes, ueros Epiſcopos habere glorientur. Quod olim in Aphrica Donatiſtæ, in Oriente Arriani, & in alijs orbis partibus alij hæretici fecerunt: Qui non ſolū penes ſe ſolos Eccleſiam eſſe dixerunt, ſed tanto etiam iuſtiores uideri uoluerunt, quanto fuerunt pauciores. Atq; hodie in Germania quoq; quoſdam uidere licet, qui unam eandemq́ uerā Eccleſiam apud Germanos, iam primum eluxiſſe dicant. Principio quidem inter paucos, deinde uerò latius eſſe propagatam, ac indies magis magiſq́ propagari. Penes nos, inquiunt, uerbum Dei prædicatur: Nos uerum baptiſma docemus & exhibemus: Nos Sacramentum altaris et cœnam Dominicam rectè adminiſtramus: Nos clauibus Eccleſiæ rectè utimur, nos ueros Sacerdotes, Epiſcopos & Eccleſiæ miniſtros habemus. Nos ueram fidem confitemur, nos iuſtas preces Deo fundimus: & ſi qua ſunt huius generis ſimilia, quibus ueram Dei Eccleſiam repræſentare uideri uolunt. Scilicet in hac re patrem ſuum diabolum imitantes, qui & ipſe res, quæ Sacramentorum diuinorum ſunt, in Idolorum myſterijs æmulatur, ut inquit Tertull. Nam & baptizat quoſdam ipſe credentes & fideles ſuos, expiationem delictorum de lauacro repromittit: ſignat in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, habet uirgines, habet & continentes, quin alijs etiā modis imitatur ueritatem. De qua re idem Tertullianus in hunc modum ſcribit. Variè, inquit, diabolus æmulatus eſt ueritatem, affectauit illam aliquando defendendo concutere, unicum Dominum uindicat omnipotentem mundi conditorem, ut &

Peculiaris iactantia hæreticorū, quod ipſi ſint uera Eccleſia.

Lutheranorū falſa de ſe iactantia.

Imitatores Diaboli ſunt falſa æmulatione hæretici.

lib. de preſcri. heret.

lib. aduerſus Praxean. & de unico hæreſim faciat: ipſum dicit patrem deſcendiſſe in uirginem, ipſum ex ea natum, ipſum paſſum. Denique ipſum eſſe Ieſum Chriſtum, excidit ſibi coluber, quia Ieſum Chriſtum poſt baptiſma Ioannis tentans, ut filium Dei aggreſſus eſt, certus filium Deum habere uel ex ipſis ſcripturis, ex quibus tunc tentationem ſtruebat, Si tu es filius Dei, dic ut lapides iſti panes fiant. Item, ſi tu es filius Dei, deijce te hinc: Scriptum eſt enim quod mandauit angelis ſuis ſuper te, utique pater, ut te manibus ſuis tollant, necubi ad lapidem pedem tuum offendas. Hæc igitur ſi diabolus facit, quid mirum ſi eundem imitentur filij eius hæretici? Breuiter ut Simiæ humanas artes, ita hæretici Catholicam æmulantur ueritatem, ut ſub hoc prætextu errores ſuos, quàm latiſsimè diffundant, & quàm plurimos in errorum ſuorum uoraginem præcipitent. Quod & Beatus Cyprianus teſtatur 1. q. 1. c. Si quis. his uerbis: Hæreticus, inquit, more Simiarū, quæ cum homines non ſint, formam humanam imitantur. Vultum Eccleſiæ Catholicæ & authoritatem ſibi & ueritatem uendicat, cum ipſe in Eccleſia non ſit: Benedicit, cum à Deo ſit maledictus: uitam pollicetur, cum ſit mortuus: Deum inuocat, cum ſit blaſphemus: ſacerdotium adminiſtrat prophanus, munus ponit ante altare ſacrilegus. Adhæc omnia accedit & illud malum, ut antiſtes diaboli audeat Euchariſtiam facere, cum nec ſacrificari illic poſsit oblatio, ubi ſpiritus ſanctus non ſit, nec cuiquàm dominus per eius preces & orationes proſit, qui Deum ipſe uiolat. Cæterum ut Simiæ ſemper manent Simiæ, etiamſi aurea geſtent inſignia, & utcūque artes humanas æmulātes, ſi occaſio detur, ijs relictis protinus in Simias redeūt, ut habet Apologus Lucianicus. Ita hæretici, utcunque de uerbo Dei, de Sacramentis, de miniſtris Eccleſiæ piè, doctè, & modeſtè docere uideantur: tamen oblata occaſione, mox in mores ſuos reuertuntur, & ſimulatæ pietatis obliti, non ſolum in omne genus blaſphemiarum contra Sanctam & Catholicam fidem, & ſacroſancta Eccleſiæ myſteria erumpunt: ſed etiā crudeliſsimè in omnes Catholicos ſæuiunt, ut planè uideas hæreticum manere hæreticum, etiamſi angelorum & martyrum inſignibus decoretur. eod. c. Si quis. Ideoque quantumlibet hæ Simiæ Catholicæ Eccleſiæ autoritatem uſurpent, & ueritatem iactent: tamen nihil eorum à Catholicis recipiendum eſt, quod ſub hoc prætextu ab ipſis geritur. Quod idem Cyprianus monet his uerbis: Si, inquit, qui Eccleſiam uiolant Ethnici & Publicani habentur, multo magis rebelles & hoſtes falſa altaria, & illicita ſacerdotia, & ſacrificia ſacrilega, & omnia adulterina fingentes, inter Ethnicos & Publicanos neceſſe eſt ut computentur. Quos omnes conſtat à charitate & unitate Eccleſiæ Catholicæ receſsiſſe. Ergo omnia quæcunque faciunt hæretici, carnalia ſunt, inania & falſa: ita ut nihil eorū quæ illi geſſerunt, à nobis probari debeat. Quomodo enim perficere quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus

conatibus à Deo poſſunt qui contra Deum (quod eis non licet) mo
liuntur? At nihilominus interim hæretici hac purpura multis Catho
licis imponunt, qui ueſtem ouinam ſpectantes, nõ uident lupos, in-
trinſecus latentes. Iam igitur quæritur, an quod tantopere affectant
hæretici & ſchiſmatici, ut non ſolum ipſi pro Catholicis habean-
tur, ſed etiam Eccleſias, Epiſcopos, Sacerdotes & Clericos ha-
beant, Eccleſias reforment, & earundem bona poſsideant, & admi-
niſtrent: id etiam pactis legibus, & reſcriptis principum eis permitti
poſsit? Ad quam quæſtionem reſpondeo. Eccleſias non modo non
eſſe permittendas hæreticis, ſed etiã ſi quas habent, ab ipſis eſſe aufe-
rendas, nec permittendum ut Eccleſias reforment earundem'ue bo-
na poſsideant & adminiſtrent. Primum enim quomodo Eccleſias
habebunt, qui ab Eccleſia præciſi, membra eius eſſe non poſſunt, nec
quicquam cum ea commercij habere? Quemadmodum enim mem-
brum ſi præcidatur ab hominis uiui corpore, non poteſt tenere ſpi-
ritum uitæ: ſic homo qui præciditur de Chriſti eiuſq; Eccleſiæ corpo-
re, nullo modo poteſt tenere ſpiritum Eccleſiæ, etiamſi figuram mem
bri teneat, quam ſumpſit in corpore: & qui Eccleſiam habere nõ po-
teſt, Immò qui in Eccleſia non eſt, quomodo Epiſcopus erit? quomo
do Sacerdos? quomodo Clericus? immò quomodo Chriſtianus? Et
qui Epiſcopus & ſacerdos in Eccleſia eſſe nequit, quomodo Eccleſiã *Hęreticus nec ſacerdos nec Epiſcopus eſſe poteſt, ne Chriſtianus quidẽ.*
reformabit? cum proprium Epiſcopi & ſacerdotis opus ſit, Eccleſiæ
ſtatum reformare. Denicq; quomodo bona Eccleſiæ poſsidebunt,
quomodo ea adminiſtrabunt, qui nec prophana poſsidere iure poſ-
ſunt? Immò à quibus etiam tanquàm impijs, ea etiã quæ habent aufe-
renda ſunt, & iuſtis tradenda? De iuſtis ſiquidem dictum eſt, Tunc *Sap. 5.*
ſtabunt iuſti magna conſtãtia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt,
& abſtulerunt labores eorum. Item illud, auferetur à uobis regnum *Matth. 21.*
Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam. Contra uerò de impijs & in- *Sap. 10.*
iuſtis, labores iniuſtorum pij edent. Deinde paſtorum Eccleſiæ, *Nulla erit excuſatio paſtoris negligentis*
& Catholicorum principum & magiſtratuũ curæ & officio incum-
bit, ut lupos ab ouilibus Chriſtiani gregis arceant: necq; enim poteſt
paſtoris eſſe excuſatio, ſi lupus oues comedat, & paſtor neſciat, ut in- *c. quamuis de reg. iur.*
quit Gregorius. Nec dicere cum paulo poteſt, Mundæ ſunt manus *Act. 20.*
meæ à ſanguine omnium ueſtrũ. Non enim ſubterfugi, quo minus
annunciarem omne conſilium Dei uobis: Quanto minus excuſabi-
tur paſtor, qui ſcienter etiam oues lupo deuorandas committit? Sed
& curare debent Prælati, ut purpurã illam hæreticis, ſiue pellem oui- *Detrahere hæreticis pellem ouinam.*
nam detrahant, quo facilius ſic denudati, ab ouibus cognoſci, eo-
rumq; inſidiæ uitari poſsint. Ita enim fiet, ut palam uideant Catholi-
ci, non eſſe Eccleſiam, quam ſimulant hæretici, ſed ſynagogam dia-
boli: non uerbi Dei prædicationem, quam ipſi iactant, ſed ſancta-
rum ſcripturarum deprauationem: non conſecrationem, quam ipſi

S faciunt,

faciunt,ſed abominandam execrationem: non Epiſcopos, non ſacerdotes,non prophetas, non miniſtros Eccleſiæ, quos ipſi populo præponunt,ſed pſeudoepiſcopos,pſeudoapoſtolos,& diaboli ſatellites. Ad hunc modum Nicæna Synodus Arrio: Conſtantinopolitana Macedonio: Epheſina Neſtorio,Chalcedonenſis Eutichi, Ireneus & Tertullianus Marcioni & Valentino,Hieronymus Iouiniano,Auguſtinus Donato,Fauſto,Pelagio: multisq; alijs hæreticis alij patres & Concilia, perſonas detraxerunt: Vt coram toto orbe nudi ſtantes, quales eſſent, tales ab omnibus uiſerentur, adeoq; qui antea ſub ueſtibus ouinis latebāt,tandem ab omnibus lupi conſpicerentur. Poſtremo ſanctorum Conciliorum & patrum decretis, & Catholicorum principum legibus ſancitum eſt, Vt hæretici neque Eccleſias habeant,neq; de fide doceant,neq; Epiſcopos, Sacerdotes, aliosq; Clericos ordinent,nec ulla bona poſsideant:quin potius quę habent,fiſci iuribus uendicentur. Deniq; non frui communi ciuitate permittantur, ut poſthac fuſius dicemus. Has igitur leges,quoniam ex iure diuino deſcendunt,non ſolum mutare non debent Catholici principes & magiſtratus,ſed etiam diligenter cuſtodire, omnibusq; modis cauere,ut hæreticis & ſchiſmaticis non modo nullas Eccleſias cōmittant,uerum etiam ſi quas habent,ipſis eiectis, eas Catholicis adminiſtrandas demandent. Nam hæreticis & ſchiſmaticis Eccleſias earumq; adminiſtrationē permittere, quid eſt aliud, quam ouem perſonato lupo committere? Chriſto dicente: Attendite à falſis prophetis,qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces. Ac proinde ut Zorobabel & Ioſue, & reliqui patres Iſraël ad hoſtes Iudæ & Beniamin dicebant: Non eſt uobis & nobis,ut ædificemus domum Deo noſtro: Ita & ad hæreticos rectè à Catholicis dicetur,non eſſe eorum,ædificare domum Domini, quę eſt Eccleſia,à qua ipſi probantur eſſe alieni, ſed eorum ſolummodo, qui Chriſto uero Regi ac ſacerdoti adhærentes, principes patrum uocari meruerunt,ob curam uidelicet piam, quam habuerunt erga eos, qui Deum uidere deſiderant: Quod interpretatur Iſraël.

Detectio hæreticorum per Cōcilia & per Doctores Eccleſiæ.

Trip. lib. 9. c. 19. l. quicūq; C. de hæret.

Officium Catholicorū Principum & Magiſtratuum.

Matt. 7.

1. Eſdræ. 4.

An rata

An rata ſint pacta, leges, & reſcripta, quibus lites Eccleſiarum aduerſus hæreticos & ſchiſmaticos, in iudicio motæ uel mouendæ, uel in totum tolluntur, uel ad tempus uel in perpetuum ſuſpenduntur. Caput XVII.

INter functiones publicas ea præcipua eſt, ſine qua etiam nulla Reſpublica conſiſtere poteſt, ut magiſtratus publici, & qui iudiciorum exercitationẽ habent, ciuibus & ſubditis ſuis iuſtitiam adminiſtrent. Quemadmodum enim nemini permiſſum eſt, ut ius ſibi dicat, quod iniquũ ſit, in re propria alicui licentiã tribui ſententiæ, ut inquit lex. Idcirco enim iudiciorum uigor iuriſq; publici tutela in medio conſtituta eſt, ne quiſquam ſibi ipſi permittere ualeat ultionem. Ita rurſus æquiſsimũ eſt, ut qui prouincias regunt, & publico iudicandi munere funguntur, id agant, ut petentibus ius reddatur, ac publicæ diſciplinæ conſulatur. Ne deteriores cum iactura bonorum locupletentur, aut tenuiores à potentibus opprimantur: maximè uerò principes & magiſtratus Catholici, pro iniunctis ſibi muneribus, oppreſsis Eccleſijs ita adeſſe debent, ut contra uim & inſolentiam hæreticorum, ius iuſtitiamq; petentibus adminiſtrent. Sed quæritur, an pacto uel reſcripto Principis fieri poſsit, ut lites Eccleſiarum in iudicio aduerſus hæreticos & ſchiſmaticos uel motę, uel mouendæ: uel prorſus tolli, uel ad certum tempus, uel in perpetuum ſuſpendi poſsint? & hæc inter quæſtiones ſupra motas, tertia fuit. Pro cuius reſolutione, duas concluſiones de poteſtate principis pręmittam, quibus rectè explicatis, facile quid de propoſita quæſtione cenſendum ſit, intelligemus. Eſt igitur prima concluſio. Etſi poteſtas omnis à Deo ſit, ut qui eidem reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtere uideatur: & propterea tanta ſit principis authoritas, ut nullis legibus concludi aut ligari poſsit. Siquidem princeps eſt Iudex Iudicum, & optimus arbiter boni & mali, ut alicubi inquit Bald. non ſolum habens poteſtatem, ſed etiam plenitudinem poteſtatis, & quod principi placuit, legis habet uigorem. Vnde quodcunq; Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, uel cognoſcens decreuit, uel de plano interlocutus eſt, uel edicto præcepit, legem eſſe conſtat, ut inquit Vlpianus Iureconſultus. Tamen nõ eſt tanta poteſtas principis, ut ea quæ ſunt Iuris diuini & naturalis, immutare poſſit. Quia plenitudini poteſtatis duo reſiſtunt, nempe Ius diuinum immutabile, & Ius naturale neceſſarium, ut ait Baldus. Ad ius diuinum pertinent præcepta, moralia omnia ueteris & noui Teſtamenti: iudicialia item, & cæremonialia, quatenus iuri naturali innitũtur. Cuiuſmodi ſunt, decimas ſolui, uſuras non exerceri, & quæ ſunt ſimilia. Similiter quæcunq; de fide, & religione in ueteri & nouo Teſtamento à Prophetis, à Chriſto & Apoſtolis tradita ſunt. Quæ

Maxime tenẽtur Principes & Magiſtratus adminiſtrare Iuſticiam oppreſsis.

l. 1. C. ne quis in ſua cauſa.

l. nullus C. de Iudæis.

Bald. in Tit. de pace iure firm. § ſi quis uero.

l. obſeruandum ff. de off. præſ.

l. 2. C. de off. rect. prouinc.

l. obſeruare ff. de offic. procõ.

De poteſtate Principis duæ concluſiones.

Rom. 13.

l. Principes ff. de leg. l. nemo Iudex C. de decurioni. li. 10.

Bald. conſ. 313. primæ partis.

Cy. in l. reſcri. C. de precibus. Imp. off. ff. de capti. l. hoſtes

l. ff. de conſtit. principum.

Bald. cõſ. 457 in 5. uolumi.

Inſt. de iure na tu. § ſed natu ralia l. 2. ff. de uſur. earũ rerũ quæ uſu cõſ.

omnia ita firma ſunt, ut nulla ratione à principe ſiue Eccleſiaſtico, ſiue ſæculari tolli poſsint, ut Vrbanus Papa his uerbis teſtatur. Sciendum eſt, inquit, ſummopere, quia inde nouas leges condere poteſt Romanus Pontifex, unde Euangeliſtæ aliquid & Prophetę nequaquam dixerunt: Vbi uerò apertè Dominus uel eius Apoſtoli, & eos ſequentes ſancti patres, ſententialiter aliquid definiuerunt, ibi non nouam legē Romanus Pontifex dare, ſed potius quod prædicatum eſt, uſq; ad animam & ſanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apoſtoli & Prophetæ, deſtruere (quod abſit) niteretur, non ſententiam dare, ſed magis errare conuinceretur. Et hæc proculdubio locum habent in his, quæ pertinent ad articulos fidei: nam in his nihil mutare poteſt princeps, immò nec addere his quicquam poteſt. Neq; enim nouos articulos fidei facere poteſt Romanus Pontifex, aut conditos deſtruere, nam hoc caſu locum habet illud Apoſtoli. Etiamſi angelus de cœlo Euangelizauerit uobis præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. Verum in his, quæ ad articulos fidei non pertinent, principi permiſſum eſt ius diuinum interpretari, ſiue (ut alij dicunt) modificare. Lex diuina dicit: Non occides. Lex principis iubet occidi homicidas, ueneficos, hoſtes patriæ & Imperij, anabaptiſtas, & hæreticos. Sic ſtatuta quorundam locorum permittunt Bannitos, tanquàm transfugas & hoſtes patriæ, occidi. Lex diuina habet, Non furaberis: Lex principis permittit, res hoſtium auferri. Lex diuina dicit: uouete & reddite, Papa à uoto & iuramento ex cauſa abſoluit. Lex diuina eſt, in ore duorum uel trium teſtium ſtat omne uerbum: Lege principis ſancitur, ut in teſtamentis ordinandis ſeptem in codicillis, quinq; in donatione, cauſa mortis quinq; adhibeantur. Quidam hæc ita accipiunt, ut principi eas tantum diuinas leges interpretari & modificare liceat, quæ prius etiam diuino iure modificatæ reperiuntur. Cuiuſmodi eſt lex, Non occides: quæ modificata eſt illa: Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur: Qui percuſſerit & occiderit hominem, mortе moriatur: Qui malè dixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur: Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriatur, & mœchus & adultera: Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur. Qui principi ſuo malè dixerit, morte moriatur. Item lex non furaberis, quæ modificatur per illam, labores iniuſtorum iuſti edent: Item per ullam uocem Domini, auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam. Alij autem ita diſtinguunt, ut lex diuina, quę talis ſit, quæ actionibus humanis formam aliquàm tribuat, per humanam legem modificari poſsit. Qualis eſt lex de duobus & tribus teſtibus. Si uerò prohibitoria ſit, & pœnalis, actes quam prohibet, talis ſit, quæ nunquàm permiſſa fuiſſe reperiatur, ut nulla humana lege

Margin notes: 11.q.1.c. Sunt quidam. — Gal. 1. — Princeps poteſt interpretari ius diuinū. ff. & c. ad leg. cor. de Sicca. per totum l. 2. C. ne ſãct. bap. itere l. Arrianũ. C. de heret. L. omiſſiõe § 1. ubi Bar. ff. de cap. dimi. & idem Bart. in l. ut unn. & in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure. — Deut. 5. — L. 1. § non fuit ff. de dolo. 15. q 6. iuratos ex de not. & uot. redemp. per tot. c. quanto. de iureiurando. l. hac conſultiſſima c. de teſt. fac. c. de Codicil. l. fi. C. de donatione cauſa mortis l. fi. — Leuit. 24. — Leuit. 20. — Exod. 22. — Sap. 10. — Matth. 21.

lege mutari poſsit, qualis eſt lex: Non Mœchaberis. Nam & ſi lege humana caueri poſsit, ut mulier impunè offendatur: tamen nulla lege permitti poteſt, ut mulieribus, etiam humana lege bannitis, ſtuprum uel adulterium inferatur. Sin uerò res prohibita aliquo caſu permiſſa reperiatur, ut interpretationem & modificationem aliquam ab humana conſtitutione recipere poſsit: Cuiuſmodi ſunt leges, Non occides: Non furtum facies, & ſimiles. Ad ius naturale pertinent dominia rerum iuregentium acquiſita, adminiſtratio iuſtitiæ, & ſi qua ſunt eiuſdem generis alia, quæ & ipſa princeps immutare non poteſt. Ideoq; lex, pactum aut reſcriptum Imperatoris non ualet, quo res priuatæ dominis ſuis auferuntur. Nam etſi Imperator totius mundi dominus ſit, non tamen eſt dominus earum rerum, quæ ad ius dominiumq; priuatorum iuregentium peruenerunt, unde nec priuare eos eo iure poteſt. Similiter lex, pactum uel reſcriptum non ualet, quo iuſtitia parti denegatur. Etſi enim princeps actionem alicui tollere poſsit, quæ eſt iuris ciuilis, ut Innocentio uidetur: non tamen reſcribere, paciſci aut conſtituere poteſt, ut eidem iuſtitia denegetur, & non manu illa regia adminiſtretur. Præterea, non ualet reſcriptum, lex aut pactum principis, quo totius negocij cognitio tollitur, & uires negocij principalis exhauriuntur. Graue enim eſt, per huiuſmodi diſpoſitionem principis, parti damnum afferri, quod de principe minimè præſumitur: Cuius reſcripta ita interpretantur, ut his ipſis ius alterius minimè lædere intelligatur. Alia ratio eſt eorum reſcriptorum, quibus modicum damnum affertur, nam etiamſi lædant, tamen modicæ læſionis nulla ratio habetur. Ideoq; ualet reſcriptum aut pactum principis, quo lites ad tempus ſuſpenduntur, & dilatoriæ exceptiones debitoribus dantur, ea tamen conditione, ut qui ea impetrauit, idoneam cautionem præſtet, ſe tempore in reſcripto deſtinato, ſine mora, quod debet, ſoluturum, neq; enim damnoſa intelligitur huiuſmodi dilatio: quando quidem mora modici temporis, non poteſt eſſe magnum damnum. Et hæc omnia, de ijs reſcriptis, legibus & pactis, intelligenda ſunt, quæ ſine iuſta & ratiocinabili cauſa à principe ædita ſunt, quæ uſque adeo rata eſſe non poſſunt, ut nec in foro conſcientiæ obligent. Cæterum nihil prohibet quin princeps ut ius diuinum: ita etiam naturale, ex iuſta & legitima cauſa moderari poſſit. Cauſam autem iuſtam & legitimam, utilitatem & fauorem publicum, interpretantur. Sed nec effectum ſortientur huiuſmodi pacta, leges & reſcripta principis, etiam ex iuſta cauſa facta, niſi rei ablatæ precium domino reſtituatur. Sed quid ſi non conſtet, ex qua cauſa reſcriptum principis æditum ſit? Reſpondeo præſumi principem iuſta cauſa motũ reſcripſiſſe, & ita Cyno Anto. Abbat. Imol. D. & alijs placet. Quod tamen ita accipiendũ eſt, ſi ſit aliqua cauſa,

Bart. in proœm. ff. Col. 2. per l. uenditor §. ſi conſtat ff. cõmunia præd. L. deprecatio ff. ad leg. Rho. de iac. Inſt. de rerũ diuiſ. per tot. l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure.

L. 2. ff. de orig. iur.

Inno. panor. et feli. in c. quæ in Eccle. de conſt.

L. quoties C. de precib. Imp. offer.

L. nec auus ubi gl. & Bal. C. de emancip. libe. laſ. in d. L quoties

Bald. in l. 1. ff. de conſt. prin. d. l. quoties. C. de precib. imp. off.

L. ſi. debitori ff. de iud.

Feli. in d. c. quæ in Eccle. Col. 11. uerſ. ſecundum uero membrum de conſt.

Arch. & domi. in c. ius ciuile diſt. 1. & ſunt uerba Inno. in c. quia plerique de iure immu.

L. item ſi uerberatus ff. de rei uend.

qua uerisimile ſit principem ad dandum reſcriptum fuiſſe commotum. Nam ſi nulla iuſta cauſa ſit, quæ in principe præſumi poſsit, reſcriptum cauſa non expreſſa æditum non ualebit. Præterea non ualet reſcriptum, quod ad reſoluendum contractum ipſius principis æditum eſt. Nam princeps ſuo contractu ita obligatur, ut inuito eo cum quo contractum eſt, nulla ratione quod actum eſt reſcindi poſſit. Quod ſi enim in arbitrio principis eſſet, quod ſemel conuenit, reſcindere, non reperirentur, qui cum principe aliquam obligationem contraherent: Quod ne contingat, iuregentium receptum eſt, & à principibus ipſis ſemper obſeruatũ, ut princeps ſuo contractu æque ſicut priuatus obligetur. Similiter non ualet, ſi contra non ſubditum ſit æditum. Sed nec eo caſu in principe cauſa præſumitur, quo periculum eſt, ne ex mandato, pacto, & reſcripto principis, ſcandalum aliquod in Eccleſia oriatur, aut turbatio totius Chriſtianitatis, aut graue aliquod peccatum. Item, ſi ad inſtantiam alicuius, non proprio motu principis impetratum & conceſſum ſit. Nam nec hoc caſu iuſta cauſa in principe præſumitur, quod potius precibus quàm iuſta cauſa motus reſcripſiſſe intelligatur. Secunda concluſio: princeps quantalibet authoritate præditus & ſuffultus ſit, tamen eam ipſam in ijs, quæ iuriſdictioni ſuæ ſubiecta non ſunt, minimè exercere poteſt. Primum igitur Imperator nihil ſtatuit de his, quæ ſunt iuris diuini, aut quoquo modo ius diuinum reſpiciunt. Cuiuſmodi ſunt uſura, matrimonium, hæreſis, fides. Quin potius iuris diuini interpretatio ad Eccleſiam ac caput eius ſummum Pontificem pertinet, ut alio loco declaramus. Ideóq; uana & irrita ſunt, quæcunq; principes & poteſtates ſæculares de matrimonio alijsq; rebus ſpiritualibus, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, ſtatuunt, etiam ſi ſumma ratione nitantur. Idq; propter defectum poteſtatis & iuriſdictionis. Simili modo, uana & irrita ſunt pacta & reſcripta principum & poteſtatum ſæcularium, quibus Eccleſiarum iura & dominia ad alios transferuntur. Sic nec Pontificis decretum aut reſcriptum ualet, quo Laicum iuriſdictioni ſuæ non ſubiectum, rebus ſuis priuat, etiamſi huiuſmodi reſcripta & ſtatuta iuſta ex cauſa ædita fuerint. Siquidem reſcripta huiuſmodi & ſtatuta iuriſdictionis ſunt. Iurisdictio autem non niſi in ſubditos exercetur. Sic non ualet ſtatutum, quo Papa etiam ex cauſa laico ius ſuum adimit etiam per legem Canonicam acquiſitum: ſicut contra non ualet ſtatutum uel reſcriptum, quo Imperator Eccleſiæ aut Clerico aufert ius acquiſitum per legem ciuilem. His ita de principis poteſtate præmiſsis, ad propoſitam quæſtionem reſpondeo. Primo irrita ſunt ſtatuta, pacta, & reſcripta principum & poteſtatum ſæcularium, quibus iura Eccleſiarũ in hæreticos & ſchiſmaticos, aut alios quoſcunq; transferuntur. Tum quia huiuſmodi reſcripta, iuri naturali aduerſantur, ut quibus dominia non ſolum naturali, ſed etiam

Anto. et Imol. in c. non concupiſcentiam de conſt. L. Cæſar. ff. de pub. & c. 1. de proba. Ro. Conſ 353. Incip. ſpiritus ſanctus. Abb. in d. c. quæ in Eccleſiarum per cl. paſtoralis, de re iud. Lud. Ro. Cõſ. 380. incip. Saluatoris. Rom. Conſ. 436. incip. omnipotentis.

Io. andr in c. ſtatutum, de hæret: lib. 6. d. c. 1. de ſpõſa.

l. ſi. C. Si cõtra ius uel util. pub. Feli. in d. c. ut Eccleſiarum Col. 10. uer. tertia declaratio allegat Paul. de caſt. Conſ. 206, incip. præſuppoſito.

etiam diuino iure acquiſita, à ueris Dominis & poſſeſſoribus auferuntur, & in eos transferunt, qui nec prophana nec Eccleſiaſtica bona poſsidere poſſunt: & ſi qua habent, his etiã priuari debent. Tum quia ab his condita ſunt, quorum iuriſdictioni neq; Eccleſiæ, neque earum miniſtri & bona ſubiecta ſunt. Secundo, irrita quoq; ſunt & inania ſtatuta, & reſcripta principum & poteſtatum ſæcularium, quibus lites Eccleſiarum & earundem miniſtrorũ, in iudicio uel inſtitutæ tolluntur, uel quo minus inſtituãtur, interdicuntur. Quia & hæc reſcripta & pacta iuri naturali aduerſantur, & iuſtitiam petentibus denegant, & uires negocij principalis exhauriunt. Tertio, irrita ſunt ſtatuta, pacta & reſcripta principum & poteſtatum ſæcularium, quibus lites Eccleſiarum earundemq; miniſtrorum, uel executio earum, quæ pro ipſis latæ ſunt, ſententiarum, in perpetuum ſuſpenduntur. Nam & tali ſuſpenſione uires negocij principalis & rei iudicatæ exhauriuntur. Quæ uerò lites uel motas uel mouendas ad tempus ſuſpendunt, ſiquidem tempus aut incertum eſt, aut ita prolixũ, ut ueriſimile ſit, probationes Eccleſijs perituras, non ualent. Quia ex his ipſis uires negocij principalis abſumuntur. Sin uerò tempus certum ſit & ita breue, ut ſalua maneant Eccleſiarum iura & probationes; ita demum ualebunt, ſi conſentientibus Eccleſiarum rectoribus ex iuſta & legitima cauſa ſuſpenſio fiat, & idonea cautio à debitore interponatur, finito tempore ſe, quod uel iam debet, uel iudicatum fuerit, integre ſoluturum. Alioqui ſi non conſenſerint Eccleſiarum rectores, non ualebit pactum uel reſcriptum, idq; propter defectum iuriſdictionis: ſicut nec ualebit, ſi non fuerit interpoſita cautio. Quarto, reſcripta omnia principum, & poteſtatum ſæcularium, ad inſtantiam hæreticorũ & ſchiſmaticorũ, cõtra Eccleſias, earumq; miniſtros impetrata: ſiue his ipſis Eccleſiæ iuribus & dominijs ſuis deſtituantur, ſiue cauſæ Eccleſiarum in iudicium deductæ, uel deducendæ tollantur, uel quomodocunq; ſuſpendantur, etiamſi neq; iuriſdictionis defectus, neq; aliæ cauſæ ſupra allegatæ obſtarent: tamen hoc ipſo nomine, & hac una ratione, uana ſunt & irrita, quia & ab hæreticis ſunt impetrata, & ad eorum petitionem uel iniuſtam impreſsionem facta & conceſſa. Primum enim certi iuris eſt, ſi quid ſpeciali quolibet reſcripto ab hoc genere hominum impetratum fuerit, non ualere. Deinde quia reſcripta, quæ ad inſtantiam & poſtulationem partium quarumcunq; conceduntur, per importunitatẽ potius quàm ex iuſta & legitima cauſa impetrata præſumuntur, ſed hæreticis conceſſa etiam per fraudes impetrata intelliguntur. At dices, non uacabit periculo, huiuſmodi exceptiones contra pacta & reſcripta principis opponere, ut qui habet plenitudinem poteſtatis, alijs in partem tantum ſollicitudinis uocatis: Qui dicere & facere poteſt quicquid libet, nec quiſquã ei dicere poteſt. Cur ita facis. Addo etiam

Reſcripta ad inſtantiam hæreticorum data non ualent.

L. 2. C. de ſum. trin. & fid. Cath.

Obiectio.

c. ad honorem de uſu pallij 2. q. 6. de cæt. 19. diſt. c in memoria.

priuilegia principis adeo firma eſſe, ut à nemine retractári poſsint: ijs qui ea aſtutè interpretari uoluerint, uel impetrato reſcripto impugnare, infamiæ pœnam ſubituris: Iudicibus uerò, qui diſsimulauerint uel contra huiuſmodi priuilegium litigantes audiuerint, & allegantes admiſerint, uel ea de re ſub ambiguitatis prætextu ad principem retulerint, triginta librarum auri condemnatione plectendis: ut Conſtantini Principis conſtitutione cautum eſt: & alibi dicitur, inſtar ſacrilegij eſſe, de principali iudicio diſputare, & dubitare an is dignus ſit, quem elegerit Imperator. Sed ad hæc reſpondeo, primò in priuilegijs reſcriptis & conſtitutionibus principis tria ſpectantur, authoritas, ſcientia, et uoluntas: Authoritas & poteſtas principis, limites ſuos habet, intra ea quæ ſunt humani iuris concluſa. Etenim de ijs, quæ ſunt iuris diuini & naturalis, princeps nihil ſtatuere aut eorum quicquàm immutare poteſt, ut paulò antè dictum eſt. De ijs igitur, quæ ex illa uera poteſtate principis deſcendunt diſputare, aut ea temerè impugnare, ſacrilegij inſtar habetur: ſiquidem ordinationi Dei reſiſtit, qui hoc modo poteſtati reſiſtit, ut Apoſtolus ait. Atque hac ſanè ratione non ſolum repræhendendi, ſed etiam condigna pœna plectendi ſunt, qui de legibus à principe ſemel latis & promulgatis non uerentur diſputare, & eas quaſi non rectè latas inuertere. In his enim temporalibus legibus quanquàm de his homines iudicent, cum eas inſtituũt: tamen cum fuerint inſtitutæ & formatæ, non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundũ ipſas, ut inquit Auguſtinus. Et rectè dixit diuinus Plato, præclariſsimã eſſe, & eandem optimam in Republica legem, quæ iubet ne quis iuuenum quærere audeat, rectè ne an contra, ſic leges habeant, ſed uno omnium ore, unaque uoce rectè tanquàm à dijs poſitas concedi præcipiat, ne ullo modo aliter pati quicquàm à iuuenibus cogitari: Senem autẽ ſi aliquid excogitarit, principibus & æqualibus nemine iuuenum audiente referre. Sic pœna etiam digni ſunt, qui priuilegia principis aliaque iudicia aſtutè interpretando inuertere ſtudent. Quæ uerò à principe contra ius diuinum & naturale ſtatuta fuerint, ea nihil prohibet, tanquam poteſtatem principis excedentia, impunè & impugnari et refutari. Nam hoc caſu locum habet illud, Oportet Deo magis obedire quàm hominibus, ſic milites Chriſtiani Iuliano Imperatori, cui militabant, dicenti, producite aciem pro defenſione Reipublicæ, obediebant: Cum autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos, cognoſcebant Imperatorem cœli, ut refert Ambroſius. Et in eandem ſententiam Auguſtinus. Si bonum eſt, quod præcipit Imperator, iubentis exequere uoluntatem: ſi malum, reſponde, oportet Deo magis obedire quàm hominibus. Nec ſuffragatur huiuſmodi ſtatutis uel reſcriptis plenitudo poteſtatis principis. Eſt enim poteſtas de genere bonorum. Nam poſſe malum, nõ eſt poſſe, ſed magis non poſſe. Adeſt enim

l. 2. C. de crim. ſacril.

Reſponſio.

Rom. 13.

Alberi & Iaſon mil. puntri C. ſi contra ius uel util. pub. c. in his 4. diſt.

Lib. 1. de legib.

Quæ principum reſcripta impugnare liceat.

Act. 5.

c. Iulianus 11. q. 3.

enim plenitudo poteſtatis in diſpoſitione bonitatis, nõ autem prauitatis, Nam tunc potius eſſet plenitudo tempeſtatis, ut alibi eleganter ait Soccinus. Scientia aũt & uolũtas principis in ĳs rebus ſpectantur, quæ à uera poteſtate principis proficiſcuntur, nempe quæ in iure humano conſiſtũt, ut ſcilicet neq; in facto erraſſe, neq; aliud q̃ quod iuſtum eſt uoluiſſe uideatur. Quemadmodum igitur princeps in factis errare poteſt, & fraudibus improborum decipi, ita reſcripta & priuilegia à principe uel per errorem conceſſa, uel fraudibus improborum precatorum impetrata, caſſantur. Ac proinde qui huiuſmodi priuilegĳs & reſcriptis læduntur, non prohibentur ipſa legitimis rationibus, & argumentis, quibus aduerſariorum mendacia & fraudes in lucẽ proferũtur, impugnare: Nõ quod de poteſtate principis ambigatur, ſed ut appareat ipſum importunis & fraudulentis precibus deceptũ, aliud omnino quàm uel ſciuerit uel uoluerit conceſsiſſe.

De pœniten. diſt. 2. c. principium uerſ. charitas. Cõſ. 165. incip. uiſa bulla. Bald. & Iaſ. in l. quod principi, ff. de cõſt. princip. c. 1. de conſt. lib. 6. L. 2. ff. de ſuo pell. leg.

Neque enim princeps uelle uidetur, quod per errorem conceſsit. Quid enim tam contrarium eſt conſenſui quàm error? qui imperitiam detegit, ut inquit Iureconſultus. Sed nec uelle præſumitur, quod iniuſtum & falſum eſt, ut qui omnes actus ſuos uult regulari iuſtitia fori & poli, ut alibi Baldus inquit. Propter quod & reſcripta principis iudiciaq; omnia ex iuſta cauſa fieri præſumuntur, ut ſupra dictum eſt. Idq; ea nimirum ratione, quod princeps nihil ſine conſilio prudentium & bonorum uirorum ſtatuat aut decernat. Nam ueteres principes, ſi quid in publicis priuatiſ'ue cauſis emerſiſſet, id non aliter quàm in communi procerum auditorio ſtatuerunt. Qua forma leges etiam publicas ædiderunt. Quod autem de prudentium & bonorum Conſilio definitur, iuſtum eſſe præſumatur oportet. Atq; ad hunc modum contra reſcripta principis non ſolum exceptiones in iudicio admittũtur, ſed etiam iudices qui precum falſitatem argui prohibuerint, decem librarum auri mulcta puniuntur: Quod ita tamen accipiendum eſt, ſi quæſtio de reſcripto, uel priuilegio principis incidenter oriatur. Secus ſi principaliter de uiribus priuilegĳ uel reſcripti diſputetur. Nam hoc caſu princeps ipſe non inferior iudex, de priuilegio cognoſcet, ut Baldo placet. Atq; eò referuntur uulgares illæ leges, reſcripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus refutari præcipimus. Item in omni reſcripto uel priuilegio, de ueritate precum inquiri oportet. Item reſcriptum non aliter ualet, quam ſi preces ueritate nitantur. Item mendax precator careat impetratis, et ſi nimia mentientis inuenitur improbitas, etiã ſeueritati ſubiaceat iudicantis. Item impetrans reſcriptum ſurreptitiæ uel obreptitiæ, id eſt, per expreſsionem falſi, uel ſuppreſsionem ueri, careat impetratis, & ſi qua ſunt ſimilia.

Non uult princeps, quod per errorem concedit. L. ſi per errorem. ff. de iuriſdic. om. iud. Bald. in l. 1. ff. de conſt. prin. Cur præſumitur, omnia principis iudicia & reſcripta eſſe iuſta. L. 2. & l humanum C. de leg. Regulæ de reſcriptis. Bald. in l. Hi qui ad ciuilia C. de appel ſecu. li. in c. cum uenissent. de iud. L. reſcripta C de precib. imperat. offer. & l. fi. C. ſi cõtra ius uel util. publicam. L. & ſi legibus C. ſi contra ius uel util. pub.

An rata

An rata ſint pacta, leges, & reſcripta, quibus hæreticis & ſchiſmaticis permittitur, ut Iuriſdictionem aliquam uel adminiſtrationem, uel ſoli uel cum Catholicis exerceãt, alijsúe publicis muneribus fungantur. Cap. XVIII.

Vt princeps bonos habeat apud ſe Conſilianos.

Exodi. 18. Verba Ietro ſoceri Moyſi.

PLurimum intereſt Reipublicæ Chriſtianæ, ut principes & magiſtratus publici, in adminiſtrationibus ſuis bonorum & prudentium uirorum conſilijs adiuuentur. Quod uel uno ſcripturæ exemplo, nempe conſilio, quod Ietro, genero ſuo Moyſi dedit, facile demonſtratur. Non bonam, inquit, rem facis: ſtulto labore conſumeris & tu & populus iſte, qui tecum eſt: ultra uires tuas eſt negocium. Solus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi uerba meà atq; conſilia, & erit Dominus tecum. Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum: oſtendasq; populo ceremonias & ritũ colendi, uiamq; per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe uiros ſapientes & timentes Deũ, in quibus ſit ueritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicent: leuiusq; ſit tibi, partito in alios onere. Quo ſanè conſilio docentur omnes rerum publicarum adminiſtratores, ut non omnia per ſe expediant, ſed quædam etiam honeſtis, prudentibus, & expertis uiris demandent. Addo his aliud, quod eadem ſcriptura principes & magiſtratus publicos docet, ut non ſolum ipſi ab hæreticorum & ſchiſmaticorum communione abſtineant, ſed etiam ſubditos, ut eorum communionem deuitent, adhortetur. Idq; exemplo eiuſdẽ Moyſi, qui, Chore, Dathan, & Abyron aduerſus ſe rebellantibus, populũ his uerbis admonet. Recedite à tabernaculis impiorũ, & nolite tangere quæ ad eos pertinẽt, ne inuoluamini in peccatis eorum. His diuinis præceptis & iuſsionibus minimè obtemperantes, Conſtantius, Valens, & alij quidam principes, hæreticorum fautores & defenſores: non ſolum ipſi eorundem communionem non uitarunt, uerumetiam eos in conſilia ſua admittentes, nihil non arcani illis concredideruntur. Quorum conſilio & opera in tantum etiam hæreticorum perfidia aucta & propagata fuit, ut in toto propè orbe uera & Catholica religio multo tempore oppreſſa, apud paucos admodum Epiſcopos Orthodoxos, uelut apud fidos aliquos ſequeſtros depoſita, cuſtodita, ac ſedato tandem hæreticorũ & ſchiſmaticorum inſano, atque crudeliter per uniuerſum orbem graſſante tumultu, Sanctæ matri Eccleſiæ ubiq; & multo tempore miſerè oppreſsis, & latitantibus Catholicis, tandem reſtituta fuerit, ut Eccle-

Diuino præcepto excludũtur a conſilijs Principum hæretici.

Num. 16.

Principes hæreticorum fautores.

Fides Cath. apud paucos Epiſcopos olim remanſit.

ſiaſticæ demonſtrãt hiſtoriæ. Cæterũ ſubſecutis temporibus, Theodoſij, Valentiniani, Arcadius, Honorius, Martianus, & Iuſtinianus in Oriente: & apud Germanos Carolus primus cognomento Magnus, & illius filius Ludouicus pius, Ottones, Friderici alijq́; Chriſtianiſsimi Germanorum principes, pro diuino zelo, quo erga Catholicam fidem & religionem accenſi, ac diuinorũ præceptorum memores, non ſolum conſilijs ſuis uiros timentes Deum, iuſtos & prudentes adhibuerunt, ac de ipſorum conſilio Rempublicam Chriſtianã adminiſtrarunt: ſed etiam prouincijs omnibus Romano Imperio ſubiectis, non alios rectores & præſides, quàm qui uera & Catholica religione imbuti, & illius diligentiſsimi cuſtodes eſſent, præpoſuerunt.

Catholicorũ Principũ Orthodoxi conſilia.

Quin etiam non ſolum ipſi cum hæreticis & ſchiſmaticis non communicarunt: ſed etiam publicis legibus ſanxerunt, ut hæretici & ſchiſmatici nullis publicis muneribus & honoribus in ſacro Romano Imperio fungi poſſent. Quibus quidem legibus id effecerunt, ut aduerſus hæreticorum & ſchiſmaticorum inſaniam, Catholica religio facile defendi & illæſa cuſtodiri potuerit. At omnium malorum ſator, & humani generis hoſtis diabolus, quæ diui illi & Deo ſacrati principes ſalubriter conſtituerunt, omnia hæc noſtris temporibus per organa ſua, hæreticos & ſchiſmaticos, ſubuertere conatur. Atq́; utinam nõ ita etiam turbauerit ne dicam ſubuerterit, ut uix ſpes ſit aliquando ea in Germania reſtauratum, & pro dignitate redintegratum iri. Nam & noſtris temporibus uidemus hæreticos & ſchiſmaticos magnorum principum tum aulas & conſilia, tum miniſtros ita occupare, ut nihil ſit neq́; ſacrarum, neq́; prophanarum rerum, quod non illorum conſilio & ductu peragatur.

Lex hæreticis intercidit munera publica. conſt. Fride. c. Credentes C. de heret.

Peruerſitas horum temporũ per hæreticos.

Itaq́; uidentes, celeberrimum illud totius Imperij Tribunal Imperialis Cameræ, impijs eorum conatibus reſiſtere, eaq́; quæ ad iuſtorum iudicum officium pertinent in ſe exercere: eò contenderunt, ut & illud iudicium ſubuerterent. Quò ſcilicet, illo ſublato, ſecurius in quoslibet ſæuire, maximè autem Epiſcopos Catholicos proſcribere, & Eccleſiarum bona rapere & diripere poſſent. Sed & eò conatus ſuos dirigunt, ut à publicis conſilijs eiectis Catholicis, ipſi ſoli omnium Imperij negociorum arbitri, & moderatores eſſe cupiant, ut tribunalibus Imperialibus ipſi præficiantur, ac iudicãdi munere fungantur.

Hæreticorum audacia cõtra ſupremũ totius Imperij Tribunal.

Quæritur igitur. An rata ſint pacta, leges & reſcripta, quibus hæreticis & ſchiſmaticis permittitur, ut iuriſdictionem aliquam uel adminiſtrationem, uel ſeorſim uel cum Catholicis exerceãt? Hanc quæſtionem ſequentibus concluſionibus reſoluo.

Reſponſio negatiua per 7. Concluſiones.

Prima concluſio. Tranſlato totius orbis regimine & imperio in Chriſtum, & per Chriſtum in Eccleſiam ſuam, penes quam & ad finem & conſummationẽ uſq́; ſæculi permanebit, Iuxta illud Pſalmi. Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Cuius rei pulchrum nobis exemplum in Nabu-

Imperium per Chriſtũ in Eccleſiã tranſlatum eſt.

Pſal. 2.

Nabuchodonoſore exhibet ſcriptura, qui primum cogebat pios & iuſtos adorare ſimulachrum,& recuſantes mittebat in ignem. Deinde cōuerſus ad adorandum Deum uerum, decreuit in regno ſuo, ut quicunq; blaſphemaret Deum Sidrac,Miſac,& Abdenago,pœnis debitis ſubiaceret.Quo ſanè exēplo demonſtratur,utrunq; tempus:unum,quo infideles imperij gubernacula tenuerunt:alterū, quo imperij adminiſtratio in Eccleſiam: & per Eccleſiam in Catholicos principes trāslata eſt,ut pulchrè colligit Auguſt. in epiſtola ad Vincentium.Hoc inquam modo,Imperio in Eccleſiam tranſlato, neceſſe eſt,ut principes & magiſtratus,qui gubernant Eccleſiam,ſiue ſacri ſiue prophani: ueram fidem Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ, à Chriſto, Petro & Apoſtolis traditam,& ab ipſis in nos deriuatam,confiteantur,ipſamq; Eccleſiam fideliter tueantur, & ab unitate Eccleſiæ nuſquàm deficiant. Quicunq; autem ab Orthodoxa fide & religione & unitate Eccleſiæ defecerint,& in hæreſes aliquas aut ſchiſmata inciderint,ab omnibus,quibus funguntur, publicis officijs, & muneribus deponendi ſunt & abijciendi. Secunda concluſio.Quemadmodum in Eccleſia neq; præſulatu neq; imperio fungi poſſunt, niſi qui ijdem ſint Chriſtiana & Catholica religione imbuti: ita nec munera aliqua publica,ſiue ab Epiſcopis ſiue à principibus,& poteſtatibus ſæcularibus demandari poſſunt,niſi ijs, qui ueram & Catholicam fidem confitentur. Quicunque autem Catholicam fidem uel nunquàm confeſſi ſunt,uel deſeruerunt,& ad publica munera et officia aſſumi prohibentur, & ſi quibus funguntur, ab ijſdem remoueantur.Quia ſcriptum eſt:Non ſedi cum conſilio uanitatis,& cum iniqua gerentibus non introibo. Tertia concluſio.Hac igitur ratione comprobatur ac ſanctis ſcripturis, & legum ſacrarum & ciuilium ſanctionibus confirmatur:ut Iudæi alijq; infideles,hæretici item & ſchiſmatici,alijq; ab Eccleſiæ unitate ſeparati et abſciſi,inter Chriſtianos & Catholicos homines,neq; conſiliarij,neq; Iudices, neque aduocati,neq; tabelliones eſſe poſsint,aut alio quocunq; publico munere fungi.Hæreticum hominem (inquit Paulus) poſt unam & ſecundam correptionē de uita:ſciens,quia ſubuerſus eſt qui huiuſmodi eſt,et delinquit,cum ſit proprio iudicio condēnatus. Item alius Apoſtolus. Si quis uenit ad uos,& hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum,nec Aue ei dixeritis: Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.Hic audimus uitandos eſſe hæreticos,non publica munera illis demandanda, multoq; minus Catholico cum his in publicis functionibus communicandum. Nam ut membrum à corpore, & ramus ab arbore abſciſſus,languent, nec uirtutē corporis à quo ſeparata ſunt recipiunt, aut ullos fructus producere poſſunt:ita fieri non poteſt, ut hæretici & ſchiſmatici, à corpore Eccleſiæ abſciſi & ſeparati,ſpiritum Eccleſiæ habeant, aut ullos fructus

Huius rei typus habetur in Nabuchodonoſor. Dan.3.

23.q.4.c.non inuenitur. l.1.C.de ſum. trin.& fid. Cathol.

In Aut.ut iud. ſine quo ſuffr. l.nemo.C.de Epiſc.aud.cū ſimilib.

Pſal.25.

Omnes infideles a publicis munerib. repelluntur.

Tit.3.

2.Ioan.1

Membra abſciſſa.

fructus Catholico homine dignos proferant. Quarta concluſio. Quemadmodum ficta ſunt, ſimulata & ludicra quæcunq; à fictis corporibus æduntur: ita ſimulata quoq; ſunt, & planè mortua, quæcunq; ab hæreticis ſub prætextu publicorum munerum producũtur,

Quæ hæretici publicè faciũt non habẽt firmitatem.

Vnd rectè legibus etiam ſancitum eſt, ut ſi hæretici iudices extiterint, eorum ſententiæ nullam firmitatem obtineant. Si aduocati, patrocinium eorum non admittatur. Si tabelliones, inſtrumenta per eos confecta, nullius penitus momenti cenſeantur.

Conſt. Credentes c. de hæret.

Quinta concluſio. Non ſolum Iudei: pagani, hæretici & ſchiſmatici, qui ad uetita officia ſubrepſerunt, ab illis repelluntur, alijsq; pœnis plectuntur: Sed etiam hij quorũ fauore huiuſmodi munera arripuerint aut exercuerint, uel bonorum publicationis uel exilij pœnam ſuſtinebunt.

l. fi. C. de Iud. l. fi. C. de poſt. 17. q. 4. c. conſtitut.

Sexta concluſio. Hæretici & ſchiſmatici non ſolum à iudicandi officio, alijsq; publicis muneribus & honoribus repelluntur: Sed etiam actores in iudicio eſſe non poſſunt, nec quiſquam eis ſuper quocunq; negotio reſpondere tenetur: ipſi autẽ alijs reſpondere coguntur. Sed nec recuſare iudicem Catholicum in proprijs alienisuè cauſis poſſunt: ipſi uerò tanquam infames ab omnium iudiciorum limite, & honeſtorum uirorum cœtibus abijci, & procul repelli debent.

Hæretici actores in iudicio eſſe non poſſunt.

Quin ab omnibus etiam Orthodoxis hominibus ita uitandi ſunt, ut nec commiſcere ſe cum illis in ullis conuentibus debeant: Sed etiam omnia loca, in quibus conuerſati fuerint, tanquam immunda & contaminata declinare. Exemplum Ioãnis Apoſtoli imitantes, qui cum balneas apud Epheſum lauandi cauſa fuiſſet ingreſſus, & uidiſſet ibi Cherinthũ exilijt continuo, & diſceſſit non lotus dicens, fugiamus hinc, ne & balneæ ipſæ corruant, in quibus Cherinthus lauatur ueritatis inimicus, ut ſupra quoq; dictũ eſt.

Vbiq; uitandi ſunt hæretici.

Euſ. lib. 4. c. 14.

ſup. eo. lib. c. 13

Cæterum ut olim Vandali in Aphrica publica lege ſanxerunt, ut qui cum ipſis in Arriana & Anabaptiſtica religione communicarent, Catholicorum communionem, cœtus & ſocietates uitare deberent, Ita & noſtri temporis hæretici, non ſolum publicis imperij conſilijs alijsq; honeſtis conuentibus, à quibus diuina & humana iura eos excludunt, ſeſe ingerunt: Sed etiam Catholicos homines, quos eorum perfidiæ aduerſari ſciunt, quibus poſſunt artibus, excludere conantur. Hæc cum impunè ab ipſis in bonos perpetrentur, nec ſint qui huiuſmodi iniurias ulciſcãtur, concedendum eſt aliquid horum hominum furori, & Deo omniũ malorum iuſto uindici, iuſta uindicta relinquenda.

Lex Vandal. in Aphrica cõtra Cathol.

Improbitas hæreticorum noſtri tẽporis.

Septima concluſio. Vana igitur ſunt & irrita omnia pacta, reſcripta, & leges, quibus hæreticis & ſchiſmaticis permittitur, ut uel ſeorſim uel cum Catholicis aliquam Iuriſdictionem exerceant, aut iudicandi, conſulendi, aduocandi, alioue quocunq; publico munere fungantur. Sed & ſtatuentes ea, ſcriptores, item Poteſtates, Conſules, Rectores, & Conſiliarij locorum, ubi huiuſmodi leges & ſtatuta ædita fuerint, & quicunq; ea exequi,

Ad nulla munera publica Idonei ſunt hæretici.

c. nouerit. de Sent. excom. Aut. Caſſa & Irrita. C de ss. Eccle.

aut in publicam formam ſcribere præſumpſerint, quoniam contra Catholicam fidem,& Eccleſiaſticam libertatem machinantur, præter eas pœnas, quas ut hæreticorum fautores & defenſores ſuſtinebunt, etiam excommunicationi ſubiacebunt, & ſi per annum in ea perſeuerauerint, eorum bona fiſco Imperiali inferentur.

An hæreſes & ſchiſmata indictis bellis, & armata manu ſedari & extirpari poſsint? Cap. XIX.

Quæ hactenus à nobis,de ſedandis & extirpandis hæreſibus & ſchiſmatibus dicta ſunt,ad benignitatem pertinent:ſequitur ut de eo dicamus, an indictis bellis,& armata manũ hæreſes et ſchiſmata tolli poſsint. Neq; uerò intempeſtiua hæc quæſtio uideri debet. Nam & apud ueteres quorundam ſententia fuit,illicita eſſe omnia bella,quæ inter ſe Chriſtiani gerunt,nec iniuriæ uindictam Chriſtianis eſſe permiſſam,ſed Deo relinquendã,Idq; Euangelicis etiam exemplis & ſcripturis probari contenderunt,Cuiuſmodi ſunt, Si quis te percuſſerit in unam maxillam, præbe ei & alteram,

Quidam Chriſtianis omnia bella prohibuerunt.

Matth.5. & Iterum, Qui angariauerit te mille paſſus, uade cum eo duo millia.
Matth.16. Item, Conuerte gladium tuum in uaginam, an putas quia non poſſum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi plus quam xij.legiones angelorum:Item illud Apoſtoli. Nõ uos defendentes,ſed date
Rom.12. locũ iræ. Item,non uoſmetipſos uindicantes,ſed magis iniuriã per-
1.Cor.6. cipite,& magis fraudẽ patimini.Item,nolite iudicare inuicẽ.Item,tu
Rom.12. quis es qui iudicas alienum ſeruum?ſuo Domino ſtat aut cadit.Item
Rom 14. illud,Mihi uindictam,& ego retribuam dicit Dominus.Item illud,
Deu.32. quod paterfamilias dixit ſeruis ſuis uolentibus colligere zizania,Si-
Eccle.28. nite utraq; creſcere uſq; ad meſsem, & tunc dicam meſsoribus,colli-
Matth.13. gite zizania, & alligate faſciculis ad comburendum.Quibus alijsq; ſimilibus ſcripturæ locis probari aſſerunt, Iniuriam neq; à propria perſona, neq; à ſocio & proximo eſſe repellendam, ſed uindictam diuino examini reſeruandam. Alij malos coërcendos quidem eſſe putarunt. Sed hæreticos negarunt ad unitatem Chriſti cogendos, ſed uerbo cum ipſis eſſe agendum,diſputatione pugnandũ,ratione uincendum. In qua ſententia Auguſtinus quoq; fuit,ut ipſe in

Aliorum opinio,quod hæreſes non armis ſed diſputationib. uinci debeant.

Epiſt. 48. epiſtola ad Vincentiũ fatetur. Atq; hi quoq; ſcripturis quibuſdam
+ multi diſcipulorum. nitũtur,Receſſerunt,inquiunt, à Domino + 70.diſcipuli & arbitrio
Ioan.6. ſuæ malæ & impię diſceſsionis fuerunt permiſsi:Cæteris autem duo
Matth.13. decim, qui remanſerunt, reſponſum fuit,numquid & uos uultis ab-
1.Cor.11. ire? Similiter parabolam adducunt de Patrefamilias ſeruis ſuis præcipiente, ne zizaniam colligerent, ſed uſq; ad tempus meſsis creſcere ſinerent.Item illud Apoſtoli, Oportet hæreſes eſſe. Nam ſi neceſſe

eſt

Hic opinionẽ noſtri quoque hæretici a principio prætenderunt.

eſt hæreſes eſſe, tolli & extirpari non poſſunt. Hanc ſententiam noſtris quoq; tẽporibus hæretici & ſchiſmatici, cum iam primũ prodire cœpiſſent, docuerũt. Vbi aũt eorum multitudine aucta, iam proprijs uiribus niti tentarunt, ſimul etiam principibus & poteſtatibus perſuadere cœperunt, eorum officij eſſe, ut religionem, quam ipſi docerent, aduerſus Orthodoxos etiam armata manu defenderent, & quicquid illi aduerſum eſſet extirparent. Quibus perſuaſionibus tantum etiam effecerunt, ut paſsim exactis Catholicis Epiſcopis & ſacerdotibus, ipſa etiam plebs Catholica, multis in locis miſerè ſub iugum & Tyrannidem hæreticorũ & ſchiſmaticorum, rapta conſpiciatur.

Quæſtionis huius Reſolutio p octo Cõcluſiones.

In hac igitur ſententiarum & ſtudiorum diuerſitate, non alienum ab inſtituto noſtro uiſum eſt, ſi & illud à nobis hoc loco explicetur, Poſſint ne hæreſes et ſchiſmata militari manu tolli & extirpari: Ego quo Clarius hæc quæſtio reſoluatur, Sententiam meam in aliquot concluſiones conferã. Eſt igitur prima concluſio. Quemadmodũ propter cognationem, quam natura inter homines conſtituit, hominis intereſt beneficio affici hominem: contra uerò nefas hominem homini inſidiari: Ita naturali Iure introductum eſt, ut uim atq; iniuriam nobis quomodocunq; illatam ui etiam repellamus. Secunda concluſio. Quemadmodum ad propulſandas iniurias ſiue perſonis ſiue rebus noſtris illatas, aliorum opem & auxilium implorare poſſumus, Quod Paulum Apoſtolum feciſſe legimus, qui cum Iudæi ipſum occidere conſpiraſſent, conſilium eorum ut tribuno proderetur effecit: quo factum eſt, ut ad eum locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ut hoc modo illorũ effugeret inſidias. Sicut etiam Epiſcopos multos legimus auxilium petijſſe ab Imperatoribus Chriſtianis aduerſus hoſtes Eccleſiæ, non tam ſui ulciſcendi cauſa, quàm ſibi Eccleſiæ creditæ tuendæ. In qua re adeo non peccarunt, ut ſi præ termiſiſſent, non eorũ fuiſſet laudanda patientia, ſed meritò culpanda negligentia. Ita quilibet ab alio iniuriam, quam uel in perſona uel in bonis patitur uel ſponte ſua, uel in auxilium uocatus, optimo iure propulſare poteſt. Sic Moyſes, ut iniuriam ab Hebræo propulſaret, occidit Ægyptium. Et in prouerbijs dicit ſapiens, Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes: Immo qui nõ defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ: tam eſt in uitio, quam ſi parẽtes, aut amicos aut patriã deſerat, ut alibi inquit Cicero. Tertia concluſio. Quemadmodum homines non ſibi tantum, ſed etiam patriæ & reipublicæ naſcuntur. Quod diuinus Plato ad Architam Tarentinum ſcribens, his uerbis elegantiſsimè expreſsit. Sed illud quoq; te conſyderare oportet, inquit, Nullum noſtrum ſibi ſoli natum eſſe: Sed ortus noſtri partem ſibi patriam uendicare, partem parentes, partẽ amicos. Et eandem ſententiam ita ex Platone retulit Cicero in officijs ſuis, Ita unicuiq; permiſſum eſt iniuriam patriæ

L. ſeruus ea lege ff. de ſer. export. lib. 18. — *Act. 23.* — *c. maximinianus 23. q. 3.* — *Aug. Epiſt. 50.* — *Bald. in l. 1. C. Vnde ui. late Iaſ. in d. l. ut uim.* — *Exod. 2.* — *Prouerb. 24.* — *Cice. lib. 1. off. in cap. de Iuſti.* — *ff. de Venn. in poß. mitt. l. 1. § & generaliter ff. de capti. & poſtl. l. poſtliminiũ § filius.*

& magiſtratibus ab hæreticis & ſchiſmaticis, alijſq; ſeditioſis illatam
ff. de iuſt. et iur l. ueluti, ubi Bart. & Bald. ff. de reli. & ſum. ptib. fu. l. minime. Spec. in tit. defend. § quoniã uerſ. 16. c quantũuis 23 q. 4. uindicare, ipſoſq; hæreticos & ſchiſmaticos tanquam rebelles & patriæ hoſtes, & læſæ maieſtatis reos, armata manu perſequi. Nam Iure gentium unuſquiſq; patriam ſuam defendere tenetur, pro qua & parentem occidere poteſt. Quarta concluſio. Etſi mali à bonis in Eccleſia ſeparari non poſsint, nam quis tantum ſibi ſumat, ut poſſe ſe facere credat, quod nec Apoſtolis conceſsit Dominus, ut zizaniam à frumento putet ſe poſſe diſcernere, ut inquit Auguſtinus: Vide & Chriſtus Iudam inter Apoſtolos tolerauit, furem inter ſan-
Ioan. 12. ctos, Immo ſacrilegum & furem loculorũ dominicorum. Tamen inter homines ideo poteſtates à Deo ordinatæ ſunt: & his qui regunt
Pſalm. 17. Eccleſiam, diſciplinæ poteſtas data eſt, ut boni à malis cuſtodiantur, improbi & nefarij corrigantur. De Eccleſiaſticis dictum eſt in pſalmo. Perſequar inimicos meos, & compræhendam illos, & non con-
1. Petri. 2. uertar donec deficiant. De poteſtatibus ſecularibus à Petro Apoſtolo dictũ eſt. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis, ad uindictam malefactorum, laudem uerò bonorum. Et Apoſtolus
Rom. 13. Paulus, Vis non timere poteſtatem? bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt, tibi in bonum: ſi autem malefeceris, time. Non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt,
Ioan. 10. Vindex in iram, ei qui male agit: Porrò qui nõ defendunt bonos à malis, mercenarij ſunt, de quibus Chriſtus dixit. Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues.
l. 2. ff. de legib. C. de ſi. s. et ma gimib. l. ut uiro tutum ff. C. de pen per totum l. ex hoc iur. ff. de iuſt. & iur. c. noli 23. q. 1 Quinta concluſio. Sunt autem duæ res, quibus boni à malis defenduntur, Lex & arma: Lex bonis præmia largitur, malis pœnam irrogat. Gladium habet poteſtas ad coërcendam improbitatẽ facinoroſorũ, & ad tuendam rem publicam et patriã, aduerſus internos & externos hoſtes: Neq; putandũ eſt, Deo placere nõ poſſe qui militãt. In his erat S. Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit teſtimo-
Act. 13. nium, ut nominaret eum uirũ ſecundũ cor ſuum. In his etiam plurimi
Matth. 8. alij Iuſti. In his erat ſanctus ille Cẽturio, qui Domino dixit, Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. Et milites fuerũt, quibus interrogantibus quid faciendũ eis eſſet, Ioannes præcurſor Domini reſpon
Luc. 3. 23. q. 8. dit. Neminem concutiatis, neq; calumniã faciatis, ſed eſtote contenti
Implorare opẽ ſæcularnũ pro Eccleſia. d. c. maximianus 23. q. 1. 23. q. 8. igitur c. omni & gl. in c. qui culpatur 23. q. 1. ſtipendijs ueſtris. Sexta concluſio, Etſi Clerici & in ſortem Domini electi, ab armis et bellicis negocijs abſtinere debent: tamẽ non prohibentur Eccleſiarũ Antiſtites, aduerſus Eccleſiæ Catholicę et Sanctę fidei & religionis Chriſtianæ hoſtes, poteſtatum ſæcularium opem & auxilium poſtulare, tum etiam ad comparandam pacem & tranquillitatem, ad arma ſuſcipienda inferendumq; bellum adhortari. Quemadmodum Carolus magnus, hortatu Adriani Pontificis, ad-

uerſus Longobardos, & alij principes aliorum Pontificum ſuaſio- Bald.Conſ.
nibus, bella contra alios Eccleſiæ & fidei hoſtes ſuſceperunt. Qui ex 439.in 5.part.
eadem cauſa bella etiam ex officio tum permittere, tum ipſi quoque c.1.de homicid.
indicere poſſunt. Sed & Clericis indulgere poſſunt, ut & ipſi bellicis lib.6.
conſilijs intereſſe, & ſuam quoque opem gerendis bellis ferre poſsint. c. hortatu. c. omniũ 23. q. 8.
Septima concluſio, ſicut aduerſus hoſtes externos pro defenſione pa- l. cõgruit ff de
triæ & Reip. principes, aliæque poteſtates ſæculares, arma ſuſcipere off. præſid.
poſſunt: ita nihil prohibet, quin inteſtina etiam bella aduerſus ſedi- Bald. in l. 2. col
tioſos hæreticos & ſchiſmaticos armis extinguant, Idque tanto ma- 13 C. de ſeruit.
iore etiam cum laude, quanto pernicioſius eſt inteſtinũ, quàm quod & aqua.
ab externis hoſtibus infertur, bellum. Vnde rectè apud Platonem Inno. in c. olim, de reſt.
Theogius Megarenſis Poëta fidelem uirum ait, omni argento atque ſpol.
auro in ſeditione meliorem. Octaua concluſio. Ad officium princi- lib.1. de legib.
pum & poteſtatum ſæcularium pertinet, ut omnẽ uim & iniuriam, di- Propulſare Eccleſiarum iniurias, Principũ
uino cultui, Eccleſijs, eorumque prælatis et miniſtris, alijsque Catholicis eſt.
hominibus: ſiue in perſonis, ſiue in bonis eorum ab hæreticis & ſchiſ- l ſi quis in hoc
maticis illatam, non ſolum legum miniſterio: ſed etiam armorum genus C. de ep.
terrore, ab ipſis propulſent, nec expectẽt, ut Epiſcopi propriæ iniuriæ & Cler.
ultionem depoſcant, quibus ſanctitas ignoſcẽdi gloriam dereliquit.
Quin potius ex officio huiuſmodi iniurias, uel capitalib. in eos latis
ſententijs, uel ſi ſe armis tueantur, militari auxilio perſequantur. Hæc Pſal. 2.
concluſio probatur per illud Pſalmi: Et nunc reges intelligite, erudi-
mini, qui iudicatis terram, Seruite Domino in timore, & exultate ei
cum tremore. Tunc autem reges Domino in timore ſeruiunt, cum
iuſtas leges, iuſta uidelicet præcipientes & cõtraria prohibentes, quæ Aug. epiſt. 50.
contra iuſſa domini fiunt, religioſa ſeueritate prohibent atque uindi-
cant. Sic domino in timore ſeruierunt Ezechias & Ioſias, lucos & 4. Reg. 18.
templa Idolorum, & illa excelſa, quæ contra præcepta Dei fuerant 4. Reg. 22.
conſtructa, deſtruxerunt. Sic ſeruiuit Rex Niniuitarum, qui uniuer- Ion. 3.
ſam ciuitatem ad placandum Dominum compulit. Sic ſeruiuit Da- Daniel. 14.
rius, qui Idolum frangendum Danieli in poteſtatem dedit, & inimi-
cos eius leonibus ingeſsit. Sic ſeruiuit Nabuchodonoſor, qui omnes Daniel. 3.
regni ſui incolas à blaſphemando Deo, terribili lege prohibuit. Sic
ſeruierũt Domino in timore Conſtantinus Magnus, Theodoſius,
Arcadius, Honorius, Iuſtinianus, Carolus Magnus, alijque Catholici
principes, qui & latis iuſtis legibus, & illatis tremẽdis bellis, omnem
uim & iniuriam hæreticorum & ſchiſmaticorũ, aliorumque rebellium
& ſeditioſorum, à ſancta Dei Eccleſia repulerunt, & competentem
uindictam eorum exceſsibus impoſuerunt, ut alio quoque loco retuli-
mus. His igitur concluſionibus non omnino malis, ut opinor, ratio-
nibus confirmatis, facilis eſt ad propoſitam quæſtionem reſponſio,
Nempe hæreſes & ſchiſmata, non ſolum iuſtarum legum rigore: ſed
etiam armorum terrore tolli & extirpari poſſe. Nec obſtat huic re-

Reſponſio ad obiecta. Verus intellectus dictorũ Chriſti de patientia.

ſponſioni, quæ de uitandis inter Chriſtianos bellis, & remittenda iniuriarum uindicta ex Euangelicis ſcripturis prolata ſunt. Nam huiuſmodi præcepta patientiæ magis ad præparationem cordis ſunt, quàm ad opus, quod in aperto fit, ut ſcilicet in ſecreto teneatur animi patiẽtia: In aperto aũt id fiat quod eis uidetur prodeſſe, quibus bene uelle debemus. Et ad hunc ſenſum accipiendum eſt, quod Chriſtus dicit, ſi quis te percuſſerit, &c. Item, qui angariauerit te, &c. Quod &

Ioan. 18. exemplo oſtendit, Cum enim percuteretur in faciem, reſpondit: Si male locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo: Si autem bene, quid me cædis? Nequaquàm igitur præceptum ſuum, ſi uerba ſua intueamur impleuit, neq; enim præbuit percutienti alterã partem, ſed potius prohibuit ne faceret, & iniuriã augeret: tamen paratus aduenerat, non ſolum percuti in faciem, Verum etiam pro his à quibus hoc

Luc. 23. patiebatur crucifixus occidi, pro quibus orauit in cruce pendens, Pa-

Act. 23. ter ignoſce illis, quoniam neſciunt quid faciũt. Neq; Paulus Apoſtolus præceptum Domini & magiſtri ſui uidetur impleſſe, ubi etiam percuſſus in faciem dixit principi ſacerdotum, Percutiat te Deus paries dealbate: Sedes me iudicare ſecundum legem, & contra legem

Chriſtianus affectus erga malos.

iubes me percuti. Porrò per alias quaſdam Euangelicas ſcripturas admonemur & docemur, ſic nos erga malos affectos eſſe debere, ut emendari eos & ſaluari, nõ perire uelimus. At nihilominus in erroribus ſuis perſeuerantes nihil uetat quin ab his, qui magiſtratum gerunt, ſeuerius corripi: & ſi contagionis periculum ſit, etiam à corpore

c. reſecandæ 24. q. 3.

Eccleſiæ & Reipub. uelut putrida membra reſecari poſsint. Eſt enim iniuſta miſericordia (ut inquit Ambroſius) ſi quis latronẽ filijs deprecãtibus motus, & lachrymis cõiugis eius inflexus, abſoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aſpirat affectus. Nónne innocẽtes tra-

Reſponſio ad obiectum de diſcipulis.

det exitio, qui liberat multorũ exitia cogitantẽ? Sed nec reſponſioni noſtræ refragatur, quòd quidam diſcipuli recedentes à Domino, ut redirent coacti non ſunt. Nam tunc Eccleſia in nouello germine pullulante: neq; Chriſtus neq; Apoſtoli omni poteſtate, qua prediti erant, uti uolebãt. Nondum enim completa fuerat illa prophetia, Et

Pſal. 71. adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient ei. Quod quanto magis impleuit, tanto Eccleſia maiore utitur poteſtate, ut in-

c. diſplicet 23. q. 4. quit Auguſt. Impleta igitur iamdudum illa prophetia, merito Eccleſia iam pleniſsima utitur poteſtate, ut etiam hæretici qui redire nolunt, inuiti cogantur, quod parabola illa Euangelica conuiuij ſignifi-

Luc. 14. cat, in qua ubi Dominus ſeruo mandat, ut inuitati uenire negantes etiam inuiti compellerentur. Exi, inquit, in uias & ſepes, & compelle intrare. Alia ad idem propoſitum pertinentia, ſupra fuſius explicauimus. Sed nec ſententiæ noſtræ refragari poteſt, Quod Auguſtinus in ea ſententia fuiſſe dicitur, hæreticos non eſſe ad unitatem Eccleſiæ cogendos, ſed diſputatione & rationibus uincendos. Nam etſi aliquando

quando in ea ſententia fuerit,tamen exemplis edoctus, & ueriorem & utiliorem eſſe expertus eſt eorũ ſententiam, qui hæreticos & ſchiſmaticos etiam inuitos cogendos eſſe & reducendos putãt, quod ipſe his uerbis fatetur. His ergo exẽplis, inquit, à collegis meis mihi propoſitis ceſsi. Nam mea primitus ſententia erat, neminem ad unitatem Chriſti eſſe cogendum, uerbo eſſe agendum, diſputatione pugnandũ, ratione uincendum: ne fictos Catholicos haberemus quos apertos hæreticos nouεramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium uerbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis, ut ipſis rebus cognoſcerẽ, etiam in hac cauſa recte intelligi poſſe, quod ſcriptum eſt, da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. Epiſt. 48. Prouerb. 9.

DE HAERETICIS ET SCHISMATICIS LIBER QVARTVS, QVI EST DE IVDICIIS IN CAVSA HÆRESIS ET SCHISMATIS.

De iudicibus, & Inquiſitoribus in cauſa hæreſis, & quales eſſe debent, Caput I.

DIximus quibus modis hæretici ab erroribus ſuis reuocandi, & ad unitatem ueræ & Catholicæ fidei conuertendi & reducẽdi, & quomodo omnino hęreſes & ſchiſmata, extra iudicium extirpanda ſint: Nunc ad iudicia uenimus, quibus in his criminibus obdurati coërcendi ſunt. Habet autem iudicium partes: cognitionem, condemnationem, & exequutionem. Tres partes iudicij. In cognoſcenda hæreſi tria ſpectantur, perſona, doctrina, crimen. Perſona dupliciter conſyderatur, & eius qui de hæreſi cognoſcit, & eius qui reus agitur. Doctrina dogma eſt, ab hæretico aſſertum. Crimen, eſt ipſa hæreſis, & falſi dogmatis electio & aſſertio: fauor hæreticis impenſus, eorum receptatio, defenſio, &c. De his omnibus ordine dicemus. Iudex igitur in cauſa hæreſis, alius eſt Ordinarius, alius Delegatus. Ordinarius eſt, ad quem cognitio hæreſis Ordinario iure pertinet, ut Ro. Pont. Epiſcopi locorũ: Conciliũ Oecumenicũ, locale, prouinciale, et Epiſcopale. Multiplex in cauſa hæreſis iudex. In iudice tria ſpectãt, qualitas, iuriſdictio, ſiue poteſtas, et officium. Primũ igitur Epiſcopi, ut in uniuerſum tales eſſe debẽt, qui pro cũctis ſolicitudinẽ gerẽtes, errãtes ad uiã ueritatis, & ad portũ ſalutis Quales debẽt eſſe Epiſcopi.

 reducere

Epiſt.4 reducere poſsint, ut Clemens Papa Iulio & Iuliano ſcribit: & ut Pau*Act.20* lus Apoſtolus ait, qui attẽdere ſibi, & uniuerſo gregi poſsint, in quo ſpiritus ſanctus eos poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo: Ita in primis diuinarum ſcripturarum peritus eſſe debet Epiſcopus, & potens exhortari in doctrina ſacra, & *Tit.1.* eos qui contradicunt redarguere. De eo enim dicitur: Labia ſacerdo*Mal.2* tis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius. Maximè uerò ita aduerſus omnes fidei hoſtes armatus eſſe debet, ut ex quacunque parte ipſum aggrediantur, ex aduerſo aſcendere poſsit, & op*Ezech.13* ponere ſe murum pro domo Iſraël, ut ſtet in prælio in die Domini.

Quales debẽt eſſe Inquiſitores & Commiſſarij. Similiter delegati Inquiſitores, & ordinariorum Commiſſarij, docti, prudentes & maturi, & in primis diuinarum literarum, & ſacrorum Canonum periti eſſe debent. Si enim in prophanis cauſis tales iudices delegandi ſunt, qui per ſe noſſe poſſunt quid iuſtum ſit, id eſt, legum eruditi, & cauſarum habentes experimentũ: Quanto magis in iudicandis hæreſibus dandi ſunt & docti & prudentes iudices, id eſt, ſacrarum literarum & definitionum Eccleſiaſticarum periti. Maximè ab Epiſcopis & Ordinarijs inferioribus, qui nullam prorſus cauſam illiterato delegare poſſunt? Idem ego in cauſa hæreſis de *L. quidam conſulebant. ff. de re iud. gl. in d. §. 1. doct. in l. certi C. de iud.* delegatis principis cenſeo. Nam & ſi à principe cauſa etiã literarum imperito delegari poſsit: quippe princeps ſcienter dans magiſtratũ, omnia ipſe agere decernit: tamen natura & ratio huius cauſæ exigere uidentur, ut eius cognitio non niſi docto & prudenti delegetur.

Inquiſitores doctos & prudentes eſſe oportet. Sunt enim agenda quædam cum hæretico, quæ non alij quàm docti explicare poſſunt. Nam & doctrinam hæretici examinabit Inquiſitor. Item, de ſcripturis quædam conferet cum hæretico, ſi fortè conuertere ipſum poſsit: & poſtremo ſi redire noluerit, ipſum condemnabit: Scripturas autẽ quomodo examinabit ſcripturarũ ignarus? hæreticum quomodo uerbo doctrinæ cõuertet, doctrinæ igna*c. qui de menſa 37. diſt.* rus? quomodo obduratũ condẽnabit, cuius cauſam iuſta ne ſit, an iniuſta ignorat? Quòd ſi hæc indoctus Inquiſitor, per doctũ aliquem aſſeſſorem explicabit: Quanta confuſio erit, Inquiſitorem in re tanta *l. obſeruandum ff. de off. præſ.* ſedere mutum? Quantum illius authoritati detrahetur, quam tamen ipſe ingenio ſuo ſemper augere tenetur? Qua ratione ego conſti*Cur Inquiſitor debet eſſe 40. annorũ.* tutum puto, nullis, niſi qui quadrageſimũ ætatis annum attigerint, officium inquiſitionis committi poſſe: quia ea ætas ſolidæ doctrinæ *De Legat. lib. 2. cap. 6.* & experientiæ tribuitur, ut in libris noſtris de Legationibus probauimus. Vnde quod ea ætas in Inquiſitoribus delegatis, non in ordinarijs requiritur, non eſt de arbitrarijs nec caſu factum, ſed ut gloſſę in dicta cõſtitutione uidetur, optimo conſilio conſtitutum. Regulariter enim maior induſtria in delegato requiritur, quàm in ordinario. Nam ordinarijs plærunq; docti aſſeſſores adeſſe ſolent, delegatis non item. Vnde & permiſſum eſt, ut ordinarij illiterati ſint, dele-

gati autem eſſe non poſſunt niſi docti. Præterea Epiſcopus talis eligi debet, qui etſi minor quadraginta annorum ſit, tamen nulla in eo neq; doctrina, neq; experientia, quæ ad regendum gregem ſibi cõmiſſum neceſſaria ſit, deſideretur. Eo ipſo igitur quod quis Epiſcopus eſt, Idoneus eſſe præſumitur, qui non ſolũ doctrina & experientia, ſed & cæteris uirtutibus, ea quæ ad Inquiſitoris officium pertinẽt digne pręſtare poſsit. De delegato autem id non pręſumitur. Vnde neceſſe fuit, ut in delegato ea ætas ſtatueretur, quæ doctrinam & experientiam habet: Non ſic in Epiſcopo, qui in minore etiam ætate doctus & expertus eſſe præſumitur.

Epiſcopus idoneus Iudex eſſe præſumitur

Neq; uero de eo loquor quid fiat, ſed quid fieri debeat, Nam ut multi Epiſcopi eliguntur officio ſuo tam doctrina, quam uitæ exemplo impares: ita multis inquirendi officium committitur etiam grandæuis, ſed ijſdem tamen ad huiuſmodi functionẽ prorſus inutilibus: Quorũ certè in ea, quæ de Inquiſitorum ætate lata eſt, lege, nullus reſpectus habendus eſt, ut quos ab officijs remoueri potius conuenit, quam ab eorum uel doctrina, uel prudentia rationem ſtatuendi conijcere.

Non quid fit, ſed quid fieri debeat attende.

l. ſed licet ff. de off. præſid.

Præterea Catholicæ religionis myſterijs imbuti eſſe debent Inquiſitores, nec hæreſeos labe contaminati. Nam hæreticus Inquiſitor eſſe non poteſt, quia Iudex eſſe nõ poteſt, ut qui nullius Iuriſdictionis capax eſt, ut Archidiacono placet. Ideoq; nec ſententia ab eo lata ualet, etiamſi pro fideli habeatur, ut Iaſoni uidetur: & generaliter ea, quæ ad officium Inquiſitoris pertinent, minime exercere poteſt. Quomodo enim poteſt auferre malum de medio eius, qui in delictum ſimile corruit? aut qua libertate peccatum corripere poteſt, cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe qui corripit, ut inquit Hieronymus? Item Ambroſius. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in ſeipſo quod condemnet: iudicet ille qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda: ne cum de alio iudicat, in ſe ferat ſententiam: iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offenſione, nulla leuitate ducatur.

c. ſi a ſubdelegato. de. off. de leg.

In l. barbarius ff. de off. præt. ſ. gl. 24. q. 1. in ſumma.

c. primum 25. diſt.

c. iudicet. 3. q. 7.

Ad hæc, iuſti eſſe debẽt Inquiſitores hęreticæ prauitatis, qui officium inquiſitionis ad Dei gloriam, & augmentum fidei Catholicæ (omni carnali amore, odio, uel timore, ac cuiuslibet commodi temporalis affectione ſemotis) exercere debent: Et ut graue eſt, Inquiſitores ea, quę ad officium ſuũ pertinẽt, negligentius exequi, ſed ut contagioſa prauitas latius ſerpat permittere: ita rurſus graue eſt & damnatione digniſsimum, inſontes malicioſe eiuſdem prauitatis inſimulare. Vnde contra ſuſpectos uel diffamatos de hæreſi ita procedere debent, ut nec eorum quicquam quæ ad extirpationem hæreſis pertinent, intermittant, nec alicuius innocentiam iniuſte grauẽt. Qui uerò odij, gratiæ uel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam & conſcientiam ſuam omiſerint contra quenquam procedere, ubi fuerit procedendum: ſuper huiuſmodi prauitate aut obtentu, eodem,

Inquiſitores iuſtos eſſe oportet.

Cle. 1. § Verũ. de hæret.

Vt abſit omnis ſiniſter affectus.

eodem, prauitatem ipſam uel impedimentum officij ſui alicui impo-
Pœna in iniquos Inquiſitores conſtituta.
nendo, cum ſuper hoc præſumpſerint quoquo modo uexare, præter
alias pœnas pro qualitate culpæ imponendas, idem Epiſcopus aut
ſuperior, ſuſpenſionis ab ab officio per triennium: alij uerò excom-
municationis ſententiam eo ipſo incurrant, à qua quidem excom-
municationis ſententia, qui in eandem incurrerint, niſi per Roma-
num Pontificem nequeant, præterquam in mortis articulo: & tunc
+ promiſſa
ſatisfactione + præmiſſa, abſolutionis beneficium obtinere, nullo in
c. 25. Item c 90 Concilij Aphricani.
hac parte priuilegio ſuffragante. i Similiter Mileuitanum Concilium
in Epiſcopum negligentem talem pœnam conſtituit. Si in matrici-
Pœna in Epiſcopũ negligẽtem aduerſus hæreticos.
bus Cathedris Epiſcopus negligens fuerit aduerſus hæreticos, cõue-
niatur à uicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demon-
ſtretur, ut ſe excuſare non poſsit. Quod ſi ex die, quo conuenitur in-
tra ſex menſes, ſi in eius prouincia exequutio fuerit, & non eos àd
ad unitatem Catholicam conuertendos curauerit, non ei communi-
cetur donec impleat. Si autem exequutor ad loca non uenerit, non
adſcribatur Epiſcopo: ſi autem probatum fuerit, cum de illorum com
munione fuiſſe mentitũ, dicendo eos communicaſſe, quos non com-
municaſſe conſtiterit, etiam Epiſcopatum amittat. Maximè uero
Cle. 2. de heret
mundæ debent eſſe manus Inquiſitorũ, ut idem Clemens ſtatuit, ut
nihil pecuniarum quibuſuis modis illicitis ab inquirendis extorque-
ant, ne Eccleſiarum bona propter Clericorum delicta, ſub prætextu
inquiſitionis fiſco uendicent: Alioqui ſi ſecus fecerint, ſententiæ ex-
communicationis ipſo facto ſubiacebũt: non prius abſoluendi, quam
hoc modo læſis de pecunia extorta ſatis fecerint, nullis priuilegijs,
Gl. in c. quoniam 18. diſt. in Verbo quadruplũ. Not. in c. cum dilecti. de dol. & contũ. gl. in c. ad aures de Symo. d. c. cl. 2 § Notarij.
pactis, aut remiſsionibus ſuper hoc ualituris. Iidem etiam concuſsio-
nis crimine tenentur, & ſoluent læſo quadruplum. Sed nec impenſis
ullis grauãdi ſunt inquirendi, quia inquiſitiones ſine incõmodo reo-
rum fieri debent. Vnde nec Notarijs acta ſcribentibus quicquam
mercedis nomine, aut alia quacunque ratione ſoluere tenentur. Illud
quoque Notarijs & Officialibus fratribus & ſocijs Inquiſitorum &
Commiſſariorum iniungitur: ut Inquiſitores ipſos & Commiſſa-
rios, ſi tale aliquid eos perpetraſſe ſciuerint, ſecreto eos arguant, &
corrigant: & ſi admoniti non deſtiterint, huiuſmodi delictum, ſi mo
do probare poterunt, etiam eorum Prælatis denuncient, quos &
Prælati ab officio inquiſitionis amouebunt, & amotos corrigent.

Prælatis autem neglig̃etibus, prædicti Notarij & Officiales:
item locorum Ordinarij, omnia ad Apoſtolicæ ſedis
notitiam referre teneantur.

De

De iuriſdictione, authoritate, & officio Inquiſitorum hæreticæ prauitatis. Caput II.

IVriſdictio Inquiſitorum duplex eſt, ordinaria & delegata. Ordinariam habent Rom. Pontifex, Epiſcopi Diœceſani, & Concilia. Delegatam habent, quibus inquiſitionis officium ab ordinarijs cõmiſſum eſt, quod & in delegato generaliter à principe in certa aliqua prouincia dato locum habet: nam & talis delegatus eſt, non (ut quibuſdam uiſum eſt) ordinarius. Sic & in alijs caſibus iuriſdictio generaliter ſuper uno negocio in aliquo territorio data, delegata eſt, non ordinaria, ut Baldo placet. Idem dicendum eſt de omnibus delegatis ad uniuerſitatem cauſarum datis, ut delegati ſint nõ ordinarij, ut alibi Iaſon multis rationibus probat. Et ſi autem regulariter delegato, ad certam cauſam à principe dato, ordinarij iurisdictio interim quieſcat: tamen ſi negociũ hæreticæ prauitatis alicui uel aliquibus ab Apoſtolica ſede generaliter in aliqua prouincia, ciuitate, uel diœceſi delegatur, diœceſanorum ordinariè iurisdictioni minimè derogatur. Et hoc eſt ſpeciale in cauſa inquiſitionis hæreticæ prauitatis, ut quibuſdam uidetur: idq; fauore fidei, & curæ ordinariorum, propter quam de animabus ſibi commiſsis, rationem reddere tenentur: In alijs enim cauſis delegato à Papa dato, regulariter uidetur ab Epiſcopo iurisdictio ordinaria aduocata. Alij autem id etiam iure communi obtinere dicunt: Regulariter enim in omnibus cauſis iurisdictione generaliter ad uniuerſitatem cauſarũ delegata, interim ordinaria minimè expirat. Sed tamdiu durat, donec delegatus Inquiſitor, ad ſpeciem deſcendens, in aliqua cauſa procedat. Quo caſu exercitium iurisdictionis ordinariæ, in cœpta cauſa quieſcit: in alijs autem nondum cœptis, integra manet: in quibus & ordinarius. ſuo quoq; iure procedere poteſt. Illud autem ſpeciale eſt in cauſa hæreſis, quod negocio inquiſitionis generaliter alicui, uel aliquibus delegato, Epiſcopi nihilominus in negocio per delegatum Inquiſitorem cœpto, ordinaria authoritate procedere poſſunt: Vnde eadem cauſa promiſcuis actibus ad diuerſa iudicia & officia trahi poteſt. Quod in alijs cauſis minimè permiſſum eſt, in quibus ſcilicet iurisdictione apud plures iudices exiſtente, unus ſine altero procedere non poteſt. Proinde in cauſa hæreſis per Epiſcopos ipſos, & Inquiſitores delegatos, de facto eodem inquiri poteſt, communiter & diuiſim: unde & quilibet eorum ſine alio citare poteſt, & arreſtare ſiue capere, ac tutæ cuſtodiæ mancipare: ponendo etiam in compedibus uel manicis ferreis, item inquirere. Et ſi diuiſim proceſſerint, tenentur ſibi inuicem proceſſus communicare, ut per hoc poſsit melius ueritas inueniri. Sed & ſen-

tentia

Cle. 1. de hæret. c per hoc de hæret. li. 6. c. ut officium c. per hoc. de hæret. lib. 6. gl. in cle. nolentes eo. tit.

Arch. c. ne aliqui. de hæret. lib. 6.

Bald. l. à iudice C. de iuriſdict. omnium iud.

L. more ff. de iuriſdic. omniũ iud.

c. ſtuduiſti. de off. deleg. d. c. per hoc. de hæret. lib. 6.

Dom. in d. c. per hoc.

l. repetita C. de Ep. & cler. c. de teſta.

L. conſulta diualia c. diſpendia de reſcr. lib. 6. c. prudentia. in prin. de off. deleg.

tentia per utroſq; feretur: In qua ferenda ſi non fuerint concordes, negocium ſufficienter inſtructum per utroſq;, ad ſedem Apoſtolicam remittetur. Cæterum in tribus caſibus unus ſine altero procedere non poteſt: neq; enim duro ſiue arcto carceri tradet inquirendum, qui magis ad pœnam ſit, quàm ad cuſtodiam: nec tormentis exponet, nec ad ſententiam contra inquiſitum procedet Epiſcopus ſine Inquiſitore: aut Inquiſitor ſine Epiſcopo Diœceſano, aut eius Officiali, uel Epiſcopali ſede uacante, capituli, ſuper hoc delegato ſi ſui ad inuicem copiam habere ualeant, infra octo dierum ſpacium, poſtquàm ſe inuicem requiſiuerint. Quod ſi uel Inquiſitor cum Epiſcopo, uel Epiſcopus cum Inquiſitore: aut eorum Commiſſarij perſonaliter comparere uel nolint uel non poſſint, alter alteri uices ſuas committet, conſenſum & conſilium communicabit. Illud quoq; de delegato conſtitutum eſt, ut tametſi in alijs cauſis iuriſdictio delegata, morte mandantis & delegantis expiret: tamen in cauſa hæreſis, ipſius officium non ſolum quo ad negocia uiuente mandatore cœpta, ſed etiam quo ad integra & non cœpta: & ad ea etiam, quæ nec dum emerſerant, in fauorem fidei poſt committentis obitum perdurat. Quod non ſolum in delegato ſummi Pontificis, ſed etiam ordinariorum locum habet, idq; propter fauorem fidei. Quo caſu etiam in exorbitantibus fit extenſio ex identitate rationis, ut Genſ. & Philippo placuit. Porrò iuriſdictio Inquiſitorum hæreſis limites ſuos habet, nam in ſolis cauſis hæreſis exercetur, in quibus hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, credentes, fautores, Receptatores, citare, areſtare, capere, & carceri mancipare: eorum defenſiones audire, innocentes abſoluere, redeuntes ad unitatem & communionem Eccleſiæ recipere, conuictos & confeſſos condemnare, & debitis pœnis afficere, Curiæ ſæculari tradere. Sed & citationes, & ſententiarum denunciationes alijs committere, peritos quoslibet ut eis aſſiſtant, ad ſe uocare, & ut ſuum eis conſilium communicent requirere: Clerum & populum ciuitatum, caſtrorum, aliorumq; locorum, ut negocio fidei expedire uiderint, conuocare: contra abſentes, & qui in prouincia crimen hæreſis admiſerint, procedere: proceſſus aliorum in cauſa hæreſis habitos ab ipſis exigere, pœnas condemnatorum mitigare: reos hæreſis, dignitatibus & beneficijs Eccleſiaſticis, alijsq; officijs publicis & honoribus priuare, Epiſcopi quidem iure ordinario, utriq; autem authoritate Apoſtolica poſſunt: In reliquis autem, quæ ad hæreſes non ſpectant, nullam cognitionem habent, quales ſunt diuinationes, uſuræ, & ſimiles. Nam etſi diuinationes, ſuperſtitioſæ obſeruationes, ſortilegia, incantationes, & ſi qua ſunt ſimilia: Species ſint falſæ religionis, fidei noſtræ Chriſtianæ maximè aduerſantes, ut alias diximus: Tamen quia nulla dogmata continent fidei Catholicæ, aut Eccleſiaſticis Sacramentis:

d.c. ne aliqui. de heret. lib. 6. Quanta eſt iuriſdictio Inquiſitorum, in cauſa fidei.

Aduerſus diuinatione & incãtationes, non habent iuriſdictionẽ Inquiſitores. *c. accuſatus. §. ſane, de heret. lib. 6.*

Sacramentis:aut uero & Catholico ſenſui diuinarum ſcripturarum contraria, non uocantur hæreſes. Vnde nec Inquiſitores de huiuſmodi cauſis cognoſcere poſſunt, niſi huiuſmodi crimina manifeſtam hæreſim ſaperent:ueluti ſi diuinator inuocauerit & adorauerit dæmones,ſpem in eos & fiduciam aliquam ponens,uel futurorum prædictionem & reſponſa ab ipſis expectans, ſacrificia & preces eis offerens. Similiter nec de crimine uſurarum cognoſcent,nec de Iudæorum aut aliorum infidelium fide,neq; enim hæreſes ſunt. Neq; enim Iudæi aut alij infideles Inquiſitorum hæreſis iurisdictioni ſubiecti ſunt.Quia in his locum habet illud Apoſtolicum. Nihil ad nos de his qui foris ſunt, quod Oldradus etiam locũ habere putat, cum grauiſsimam etiam iniuriam religioni noſtræ inferunt: ueluti ſi in die paraſceues,agnum ſiue ouem crucifigãt, aut crucem conſpuant, niſi forte uſurarius affirmaret,fœnerari non eſſe peccatum,ut ſupra dictum eſt.Contra Iudæos in tribus caſibus procedũt Inquiſitores, ut ſi Chriſtianus ad Iudęorũ religionem tranſeat: immò tales etiam Apoſtatarum pœna plectuntur.Item, ſi Iudæus factus Chriſtianus, reuertitur ad Iudaiſmum, canis uidelicet ad uomitum. Item, ſi Iudæus Chriſtianum ad Iudaiſmum induxerit, quod ita à Clemente IIII. & Gregorio X. declaratum eſt, ut refert Io. Andr. alioqui contra tales ut hæreticos procedi non poſſet, cum proprie non ſint hæretici, ut Dominico & Philippo de Franchis placet. Oldradus contra Iudæum, recipientem in domum ſuam,eum qui factus Chriſtianus, & in Iudaiſmum reciderit, ut receptatorem, procedi poſſe putat:Sed nec quia Iudæus eſt excuſabitur, quia ratione delicti ſit de foro Eccleſiæ: ſicut nec excuſatur ipſe Apoſtata, quia præuaricatus eſt in Chriſtum, relinquens uidelicet fidem, quam ſemel per baptiſma aſſumpſit: qui & diuerſam partem, per infidelitatem & ritum ſuum adiuuat. Præuaricator autem poteſt coram iudice, coram quo præuaricatus eſt, & cui præuaricationis iniuriam intulit, accuſari,conuinci & puniri, Talis eſt autem Inquiſitor hæreticæ prauitatis: necideo parcendum eſt eis, quia foris ſunt. Id enim de excommunicatione,& non de alijs legitimis pœnis eis irrogandis accipiendum eſt:non enim per excommunicationem eijci ab Eccleſia poſſunt extra Eccleſiam exiſtentes: nec ad fidem (ad quam ſola diuina gratia uocantur) compellendi ſunt. Similiter contra Iudæos procedẽt Inquiſitores,qui Chriſtianos pueros uel mancipia emunt, circuncidunt, aut alias Chriſtianam fidem negare uel perſuadent, uel compellunt. Nam in his quæ continentur intra limites iurisdictionis ſuæ, uice Romani Pontificis utuntur: Igitur contra omnes ſuam iurisdictionem exercebunt, qui tumultuoſi uel iniurioſi in prædia Catholicæ Eccleſiæ acceſſerint, ac Catholicorum furtum fecerint. Sed & Iudæi recidiuantes, & à fide Chriſtiana ad ſcredeuntes, Iudæos

Oldrad. conſ. 208. & gl. in d.c. accuſatus §. ſanè. de hæret. lib. 6.
Iaſ. in l. huiuſmodi. ſi. nu 13. ff. de leg. 1.
1. Cor. 5.
Conſ. 36.
c. contra Chriſtianos. de hæret. lib. 6.
l. 1. & 2. C. de Apoſtat.
Card. cl. 1. uer. inquiſitorib. de hæret.
d. c. cõtra Chriſtianos.
Oldrad. Conſ. 36.
c. poſtulaſti. de Iudæis.
ff. de præuaricа. l. 1.
C. de caliũ. l. 1. ff. ad Turp. l. 1.
l. nam etſi. ff. de inuiſto rup. & irr. teſta.
45. diſt. c. de Iudæis.

dæos purificantes, hoc eſt, baptiſma abradentes & abluentes, ultimo ſupplicio puniuntur, cum diſpendio omnium fortunarum ſuarum. Quòd ſi enim rebaptizantes ultimo ſupplicio percelluntur: quanto magis Iudæi ſacro baptiſmati huiuſmodi purificationis ſuæ iniuriam inferentes? Sed nec contra Epiſcopos procedunt Inquiſitores hæreſis, quia in generali mandato inquiſitionis criminū, non continetur poteſtas inquirendi contra Epiſcopos, uel alios ſuperiores Prælatos, niſi ſpecialiter hoc in mandato inquiſitionis contineatur. Si tamen Inquiſitores compertum habuerint, Epiſcopos aliquos, uel alios Prælatos, crimini hæreſeos eſſe irretitos: aut eos de eo ipſo diffamatos exiſtere uel ſuſpectos, id ad ſedem Apoſtolicam referre tenentur. Eſt enim iudicium Epiſcoporum, Sedi Apoſtolicæ diuino iure ſpecialiter reſeruatum, ut in libris noſtris de Cōcilio uniuerſali fuſius ſcripſimus. Illud quoq; ad authoritatē & officium Epiſcoporum diœceſanorum & Inquiſitorum ſpectat, ut Poteſtatem, Capitaneos, Rectores uel Conſules, uel quoſuis alios, qui præſunt ciuitatibus, uel aliis locis, requirant, ut iurent præciſè attendere inuiolabiliter, & obſeruare, ac facere à ſuis ſubditis obſeruari toto tempore ſui regiminis, in terris ſuæ iuriſdictioni regiminiue ſubiectis, conſtitutiones contra hæreticos credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum, ipſorumq; filios & nepotes, à ſede Apoſtolica promulgatas, ac etiam approbatas: declarantes ſimul, ut qui ea iurare & ſeruare recuſauerit, in ea conditione ſit, ut tanquàm infamis, & hæreticorum fautor, ac de fide ſuſpectus, officio & honore ſui regiminis ſpolietur: nec ulterius Poteſtas, Capitaneus, Conſul, & Rector habeatur in aliquo, aut de cætero ad aliquam dignitatem uel officium publicum ulterius aſſumatur, & quæ ut poteſtas balinus, Conſul uel Rector fecerit, nullam obtineant firmitatem. Sed & ſtatuta ciuitatum, caſtrorum, uillarum, & aliorum locorum, per quæ negocium inquiſitionis hæreticæ prauitatis directè uel indirectè, ne in eo liberè procedi poſsit, contigerit impediri, uel quomodo libet retardari, nullius exiſtant firmitatis. Quapropter & huiuſmodi locorum Rectores inquiſiti, talia ſtatuta Inquiſitoribus exhibebunt, & quatenus proceſſum inquiſitionis impediunt, caſſabunt: contumaces uerò per Eccleſiaſticam cenſuram compellent.

L. pr. C. de Apoſt.

c. Inquiſitores de hæret. lib. 6

c. ut officium. §. fi. de hæret. lib. 6.

Quanta poteſtas Inquiſitorum in ſæculares Magiſtratus locorum.

c. ſtatutum de hæret. lib. 6.

De Officialibus Inquiſitorum hæreticæ prauitatis. Cap. • III.

IAm uerò & Officiales ſuos habeãt Inquiſitores, ſed eoſdem tamen non niſi ſibi neceſſarios, talesq́ qui ſe conferant ad ſua cum Inquiſitoribus ipſis officia exequenda. Sunt autem Officiales Inquiſitorum, Aſſeſſores, Notarij, cuſtodes carcerum. Aſſeſſores ſunt uiri illi periti, qui eis aſsiſtunt, & in negocio fidei conſilium præbent: quos ad ſe, quoties expedire uiſum fuerit, undecunq́ uocãdi poteſtatem habent: Peritos literatos uocamus, non quidem omnes (neq́ enim Medici, Poëtæ, Rhetores, aſſeſſores Inquiſitorum eſſe poſſunt) ſed Theologos, & Iureconſultos. Quoties enim de fide agitur, eorum conſilio utendum eſt, qui ſacrarum literarum ſunt periti, In criminibus autem merè Eccleſiaſticis cognitio & deciſio ſecundum canones fieri debet: adhibitis tamen (ſicubi opus fuerit) uelut ſubminiſtris legibus ciuilibus, In qua re ualebit conſilium Canoniſtæ. Vnde in examinatione doctrinarum, conſilium Theologi præualebit: in cognitione autem criminum, Canoniſtæ. Qui autem ſimul & diuinarũ literarum, & ſacrorum Canonum peritus fuerit, utriq́ præferetur. Tenentur autem Aſſeſſores conſilium ſuum Inquiſitoribus gratis impartiri: quanquam Iuriſp riti ſalarium accipere poſſunt, non exigere, cum negociũ fidei quiſq́ etiam gratis defendere teneatur. Nam ſiue quis ſacerdos eſt, debitor eſt, ut ueritatem quam audiuit à Deo, libere prædicet: ſiue laicus eſt, debitor eſt, ut ueritatem quam audiuit à ſacerdotibus, probatam quidem in ſcripturis defendat fiducialiter: Quod ſi non fecerit, prodit ueritatẽ: Qui enim non liberè ueritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet: aut non liberè ueritatem defenderit, quam liberè defendere cõuenit, proditor eſt ueritatis. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Notarij ſunt, qui acta inquiſitionis conſcribunt aliaq́ faciunt, quæ ad ſcriniarij uel tabellionis officium in cauſa inquiſitionis hæreticæ prauitatis pertinent. Poſſunt aũt in huiuſmodi cauſis eſſe Notarij etiã Clerici & religioſę perſonę, quæ dum eſſent in ſæculo, tabellionatus officium habuiſſe aut exercuiſſe noſcuntur, etiamſi in ſacris ordinibus conſtituti fuerunt. Et hoc eſt ſpeciale in cauſa inquiſitionis hæreſis. Nam regulariter Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, tabellionatus officium exercere non poſſunt. Item Notarij eſſe poſſunt, quibus tabellionatus officium è ſede Apoſtolica, in negocio fidei fuerit commiſſum. Habent & Subſtitutos ſuos Notarij, qui ueluti coadiutores ſcribendo & excipiendo illis miniſtrant. Præterea in examinatione teſtium, Inquiſitores duas religioſas & diſcretas perſonas adhibent, in quarum præſentia per

Cle. 2. § fi. de hæreticis.

c. ut cõmiſſi de hæret. lib. 6.

c. fi. § 2. de hæreticis lib. 6.

11. q. 1. c. ſi quis cum Cleric. 11. q. 1. ſumopere.

Panor. in c. 1. de conſang. & affini. nu. 9.

11. q. 3. nolite 2. Arch. Io. aud. Philip. in d. c. ut commiſſi.

Quomodo prodit ueritatem Aſſeſſor.

Rom. 10.

c. ut officiũ § uerũ de hæret. lib. 6.

In cauſa hæreſis poſſũt etiã Clerici eſſe Notarij.

è ſicut te. ne cle. uel. mo.

cle. 1. § porro de hæret.

publicam perſonam,aut per duos uiros idoneos,fideliter depoſitiones teſtium conſcribuntur. . Cuſtodes carcerum ſunt,quibus cuſtodiendorum reorum in carceribus detentorũ, cura mandata eſt, Leges Præpoſitos carceri appellant: & qui cuſtodibus carceris præeſt, cum Commentarienſem uocant. De cuſtodibus carcerum Epiſcoporum & Inquiſitorum, ita in Vienenſi Concilio conſtituit Clemens Papa quintus. Statuimus,ut quilibet carcer uel murus,quem de cætero Epiſcopo & Inquiſitori prædictis uolumus fore communem, duos cuſtodes habeat principales, diſcretos, induſtriales, & fideles: unũ quem uolet Epiſcopus,& prouidebit eidem: aliũ quem uoluerit Inquiſitor,cui etiam prouidebit. Et quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum & fidum poterit habere miniſtrum,In quolibet etiam conclaui eiuſdem carceris ſiue muri, erunt duæ claues diuerſæ:quarum unam unus aliam alius tenebit prædictorum cuſtodum:& eam cum officio miniſtrandi,quę in carceratis fuerint miniſtranda, ſuo poterit committere uel ſubdelegare miniſtro. Sunt & alij Officiales Inquiſitorũ,ut nuncij,apparitores,& ſimiles:quorum miniſteria quoniam nota ſunt, nihil eſt ut inpræſentiarum de iſtis multa dicamus. Omnes autem Officiales Inquiſitorum,iurabunt ſuum officium fideliter exercere. Specialiter autem de iuramento cuſtodum carcerum, Clemens Papa Quintus, ad hunc modũ conſtituit. Iurabunt ad Sancta Dei Euangelia, corporaliter à ſe tacta, quod in cuſtodia immuratorum & aliorum, pro crimine ſupradicto,in ſua cuſtodia poſitorum & ponendorum, omnem diligentiam & ſolicitudinē,quam poterunt fideliter adhibebunt. Et quod alicui incarcerato nihil unus in ſecreto loquetur, quin hoc audiat alter cuſtos:Et quod prouiſionem,quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi,& illud quod à parētibus & amicis, uel alijs perſonis fidelibus offeretur eidem(niſi Epiſcopi & Inquiſitoris uel ſuorum cõmiſſariorum ordinatio refragetur)ipſis fideliter & abſq; diminutione aliqua miniſtrabunt:nec in his fraudem aliquã adhibebunt. Et idem Iuramentum coram eiſdem perſonis miniſtri cuſtodum,priuſquam ſuum exerceant officium, exhibebunt. Poſtremo Inquiſitores officialibus ſuis,ut arma deferant, indulgere poſſunt: quod & ipſum ſpeciale eſt. Alioqui enim armorum uſus Clericis ita prohibitus eſt,ut arma portantes excommunicentur.

Marginal notes:

l. carceri præpoſitus.ff.de cuſt.reor. l.ad cõmentarieſem C.eo.

Cle.1. § ſane de heret.

Duo Cuſtodes carceris unus Epiſcopi, alter Inquiſitoris.

Subdelegati Cuſtodũ carceris miniſtri.

Alij Officiales minus principales.

gl.in d.cle.1 § porro in fi de heret.l b.6.

d.cl.1.§ porro uiſ.d.§ porro

Iuramentum Cuſtodũ carceris.

cl.1.§ fi.d here:

c.2.de uita & honeſt.cle.

De

De examinatione doctrinarum, Caput IIII.

SVnt autẽ tria, circa quę uerſatur authoritas & officium Inquiſitorum: doctrinæ examinatio, iudiciaria criminis cognitio, & reorum condemnatio. Examinatio doctrinarũ duplex eſt: Vna earum, quæ prius à ſede Apoſtolica, uel in legitimis Concilijs condemnatæ ſunt, & hæ quidem, collatione earũ, ad ea quæ ſemel legitimè definita ſunt, facta: ſi his cõſentiant, approbabuntur: ſin uerò his ipſis repugnent, una cum authoribus condemnatæ pronunciabuntur, & anathematizabũtur. Alia eſt doctrinæ nouæ, quæ non per Inquiſitores ipſos fiet, ſed uel ad ſedem Apoſtolicam referetur: ut quæ per Dei omnipotentis gratiam, à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur (ut inquit Lucius Papa) cuius fides nullam hæreſim fouet unquàm, ſed omnes hæreſes deſtruit. Ideoq́ue quoties ratio fidei uentilatur (ait Innocentius Papa) omnes Epiſcopi, non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris authoritatem referre debent. Rurſus Apoſtolica ſedes illa, quæ contra hæreticos ipſos definiuerit, ad Cõcilium uniuerſale referet: ſcilicet totius etiam orbis iudicio confirmanda. Porrò, Concilium uiros aliquos ſacrarum literarum peritos: maximè uerò qui in ſcriptis ſanctorum patrum approbatis, longo ſtudio uerſati fuerint & exercitati, deliget: illisq́ue mandabit, ut hæreticas doctrinas ex hæreticorum ſcriptis quibuslibet & prædicationibus diligenter excerpent, easq́ue ad ſtateram diuinam, quam de ſcripturis ſacris tanquàm de theſauris dominicis afferent, appendant: ac iuſta trutina, quid uerum ſit, quid falſum, quid Catholicum, quid hæreticum, examinent. In qua re, primùm omnium ad inueſtigandam inueniendamq́ue ueritatem, ſpiritum ſanctum in uera fide & dilectione inuocabunt, omnis uidelicet gratiæ largitorem, qui petentibus non deerit, ſed (iuxta uerbum Chriſti) eos omnem ueritatem docebit: Petite, inquit, & accipietis: quærite & inuenietis: pulſate & aperietur uobis. Amore autem petitur, amore quæritur, amore pulſatur, amore reuelatur, amore in eo quod reuelatum eſt permanetur. Clara eſt & quæ nunquàm marceſcit ſapientia, & facile uidetur ab his, qui diligunt illam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Deinde non ſcripturas ſenſui proprio accommodabunt, ſed intellectum ſuum ad obſequium ſanctarum ſcripturarum captiuabũt, ut eum ſenſum ex ipſis eruant & depromant, non quem ratio & iudicium humanum ſuggerit, ſed quem ſpiritus ſanctus flagitat. Poſtremò delecti ipſi, inter ſe quoq́ue lege Chriſtianę charitatis obſeruata, alter alterum de ſcripturis ſanctis differentem attentè audiat: nec quaſi ſolus ipſe uerum ſenſum capiat, omnem gratiam ſibi arroget: ac proinde tentatio eos non appræhendat, niſi hu-

Examinatio doctrinarum.

c. à recta. 24. q. 1.

c. memor. 24. q. 1.

c. quoties. 24. q. 1.

Examen doctrinæ ad quos pertineat.

Modus inueſtigandi ueritatem.

Ioan. 14.

Matth. 7.

Vt a ſuperbia caueant delecti Examinatores.

Aug lib. 2. de baptiſ. contra Donatiſt.

mana: humanũ eſt, aliquid aliter quam res habet, ſapere. Quicunq; perfecti ſunt id quod perfectorũ eſt, ſentiant: ſi qui aũt aliter ſapiunt, & hoc ipſis petentibus reuelabit Deus. Sed in uinculo tamen pacis coadunatis, Vbicunq; fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego (inquit Chriſtus) cum eis ſum. Sed dicturus hoc, unanimitatem prius poſuit, concordiam præmiſit, dicens: Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt. Ideoq; in uia pacis tantum ambulantibus reuelabit, & in nullam præciſionem deuiantibus: non illis qui uiam pacis non agnouerũt. Vnde & qui aliter ſapiũt, nihilominus ſeruare debent unitatem ſpiritus in uinculo pacis, donec alteris eorum, ſi quid aliter ſapiebant, dominus reuelauerit. Cæterum in his omnibus diligenter cauebunt, ne ſibi deprauatis ſcripturis imponi patiantur, ideoq; nulla ſcripta recipiẽt, niſi quæ ad indubitata exemplaria collata, integra eſſe repererint, ut alias fuſius declarauimus. Sanè ad hunc modum examinatas hæreticorum doctrinas, delecti ad publicam totius Synodi ſeſſionem referent, eiuſdem iudicio & authoritate, quicquid in his falſum & hęreticum repertum fuerit, condemnandum: & ut condemnatum & anathematizatum, publicè denunciandum.

Phil. 1. Matth. 18. Pſal. 11. Ephe. 4. Philip. 3.

Examen a delectis referendum ad Concilium.

Quomodo in cauſæ hæreſis procedendum ſit.

Caput V.

EXaminata doctrina iudex de crimine ipſo cognoſcet: Super eſt igitur, ut quo ordine & proceſſu id fieri debeat, pleniore ſtylo explicemus. Crimen hæreſis publicum eſt, unde & uindictam publicam habet. Hanc per accuſationem & officium iudicis perſequimur: Officium iudicis exercetur per inquiſitionem, uel proprio motu, uel ad alterius promotionem, & denunciationem. Accuſatio ut in omni crimine iuſtiſsima eſt, ſi ex charitate procedat, ut quæ ſalutis publicæ cuſtodiam gerit: ita omnium maximè Deo grata eſt, per quam crimen hęreſis uindicatur, ut quo non homines tantum, ſed etiam Deus læditur, cuius opprobria diſsimulare non debemus, qui opprobria noſtra deleuit. Porrò accuſatio ritè inſtitui debet, nam non ritè facta non eſt accuſatio: nec per ipſam crimen in iudicium deducitur. Inquiſitio duplex eſt, generalis & ſpecialis. Generalis ſpecies habet: Primam, cum de perſonis & delictis generaliter inquiritur. Qualis eſt, qua præſes malos homines in prouincia conquirit, ut eam pacatam & quietam cuſtodiat: Secunda, qua certi delicti incertus author inquiritur: Tertia, qua certarum perſonarum incerta delicta inquiruntur: qualis eſt quæ fit in uiſitationibus

* in nõnullis, de iudicis.

Bart. in l. 2. §. ſi publico ff. de adult. L. congruit. ff. de off. præſid. L. 4. §. mandatis. ff. ad leg. Iul. pecul. c. per inquiſit. de accuſ.

tionibus Eccleſiarum: Quarta, qua communitatum crimina inquiruntur. Specialis inquiſitio eſt, per quam ſpecialiter de certis perſonis & criminibus inquiritur. Et hæc inquiſitio de iure ciuili, non niſi in certis caſibus eſt permiſſa: ut ſi crimen per publicos officiales iudici denunciatur. Item, ſi iudice principaliter de alia re cognoſcente, crimen incidenter reperiatur eſſe cōmiſſum. Item, ſi in generali inquiſitione crimen inueniatur eſſe perpetratum. Item, quoties crimen coram iudice cōmittitur. In alijs autem caſibus inquiſitio de iure ciuili locum non habet. Ad inquiſitionem ſpecialem duo ſunt neceſſaria: Vnum, quod infamia præcedat, & de ea cognoſcatur: Alterum, quod copia articulorum inquiſitionis fiat inquiſito, antequàm iudex de criminis ueritate inquirere incipiat. Nam in inquiſitione, fama uicem accuſatoris ſuſtinet, ſine quo nemo condemnari poteſt. Vnde ſine infamia inquiri non poteſt, niſi reus crimen fuerit confeſſus: aut præſens, de non præcedente infamia, nō exceperit: uel crimen ipſum ſit notorium. Porrò in cauſis tam ciuilibus quam criminalibus uarius eſt proceſſus, nam in alijs plene, in alijs ſummariè: in alijs de plano, in alijs ſine ſtrepitu: in alijs omnino ſine figura iudicij procedi-

l. aliud § refer ff. de reg. iur. l. reſcripto § ſi quis accuſatorem ff. de muneribus l. diuus ff. cuſt. reorum C. de accuſ. l. ea quidē d. § ſi. pub. l. 4 ff. ad le. Iul. pecu. C. de caſti. l. 1, C. de te. l nul[l] c. q[...] & quādo, de accu. c. unico, ut Eccle. benefi. lib. 6. Philipp. in c. 1. de accuſ. libro. 6.

tur. Plenarius proceſſus eſt, qui fit plenis uelis omnibus iudiciorum ſolennibus obſeruatis. Solennia iudiciorum hęc ferè ſunt: citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſponſiones, interrogationes, confeſsiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorū productiones: Sententiæ, appellationes, ſententiarum pronunciationes, &c. & quibus ſingula hæc rite decernuntur, & ad effectum perducuntur, modi & formæ, ut in citationibus peremptorium: edicta, in dilationibus, quod aliter ad excipiendum, aliter ad probandum dantur. Item, quod ad probandū una duæ uel tres dantur, & quarta non niſi præſtito iuramento. In recuſationibus, quod ante litē conteſtatam fieri debent: & quod non, niſi cauſis ſuſpicionis allegatis & probatis, admittuntur. In exceptionibus quod quædam ante litem conteſtatam, quædam poſt litis cōteſtationem, opponuntur. In petitionibus, quod libellis oblatis fiunt, interdum in ſcriptis, interdum ſine ſcriptis. In reſponſionibus, & interrogationibus, quod à partibus fiunt poſitiones, quod iuramentum calumniæ à partibus præſtatur: quod aliquibus poſitionibus reſpondeatur, aliquibus non reſpondeatur. In confeſsionibus, quod mediante iuramento fiunt per uerbum credo, uel nō credo. In depoſitionibus teſtium, quod teſtes non recipiuntur niſi iurati: quod iurant præſente & uidente aduerſario. In productionibus inſtrumentorū, quod intra certum terminum producuntur inſtrumenta. In ſententijs, quod interlocutoria uerbo fieri poteſt: definitiua non niſi in ſcriptis. Quod à iudice pronunciatur, & eodem ſedente pro tribunali. Item, quod citata parte ad audiendam ſententiam pronunciatur. In appellationibus, quod

c. quoniā cōtra de proba.

Aut. offeratur C. de lit. cōteſt. ubi Bart. not. in c. 1. et 2 de confeſſ. lib. 6. l. 2. § quod obſeruari C. de iura. calum. Bart in l. 1. § ſi quis ſimpliciter ff de uerbo oblig. l. iudices C. de fide inſtr. l ſi quādo C. de teſtib. C. dilect. de fid. inſtru. ubi not.

Aut. hodie C. de appell. l. iudicis C. de appell. l. præſes C eo. Aut. et qui. C. de tẽporib. appell. l prolatam C. de ſent. et inter loq. om. Iud. in d. l prol. i

in his tempora obſeruantur, tam interponendis quàm proſequendis. Item, Apoſtoli petuntur, & ſi qua ſunt ſimilia, quæ circa prædicta de iure uel conſuetudine obſeruari ſolent. Summarius proceſſus eſt, qui obſeruatis ſubſtantialibus iudicij, ea tantum reſcindit, quibus litis definitiones uel protrahuntur, uel differuntur. Subſtantialia quædam ad ordinẽ, quædam ad probationes ipſas pertinent. Subſtantialia ordinis ſunt, citatio & peremptoria, libelli oblatio, litis conteſtatio, iuramentum calumniæ, depoſitiones teſtium, & atteſtationum publicationes & ſimilia: quæ ideo de ſubſtantia ordinis iudiciorum appellantur, quia inter ipſa ordo eſt, ſecundum prius & poſterius, ex mandato legis, ut inquit Salycetus. Subſtantialia probationis ſunt, quod iudici eorum quæ proponuntur plena fides fiat. Quod pro diuerſitate cauſarum diuerſis modis fit. Nam in quibuſdam plena fides fit, per iuramentum, in quibuſdam per iudicia, in quibuſdam per unum teſtem, in quibuſdam per duos. Dicitur igitur proceſſus ſummarius, non quod aliqua ſubſtantialia iudicij intermittantur, ſed quod omnia ſummarie, id eſt, breuiter & contractim expediantur. Vnde dilationes, quæ in cauſis plenarijs cum cauſę cognitione dantur, hic ſummatim & breuiter decernuntur. Itaq; quod in plenarijs probationes fiunt, formatis primum articulis, & ijſdem ſingulariter & diſtincte probatis: in ſummarijs omiſsis articulis, negocium ſummatim probatur: Quod in plenarijs, exceptiones, altiorem indaginem requirentes, examinãtur. In cauſa ſummaria, in alio iudicio examinandæ reſeruantur. Dicuntur autem exceptiones altiorem indaginem requirere, quæ non poſſunt intra id tempus expediri, quo principalis cauſa, tali exceptione non oppoſita, expediri poſſet. Quod in cauſis plenarijs plenè probatur, in ſummarijs interdum per iuramentum, interdum per alia iudicia, & ſemi plenè probatur: ſi uel de nullo alterius præiudicio agatur, uel tale præiudicium ſit, quod alio remedio reparari poſsit. Eſt autem omnis cauſa plenaria, in qua lata ſententia ius finale tribuit, quod per aliud iudicium uel remedium reparari non poteſt. Quod tamen fallit in cauſa naufragij, læſæ maieſtatis, electionum, poſtulationũ, beneficiorum Eccleſiaſticorum, decimarum, matrimoniorũ, uſurarum. Item in cauſis ſecundi decreti, & in quibus contra abſentem ſententia fertur, & negocium liquidatur. Cauſa autem, in qua ſententia lata non parit magnum præiudicium, uel tale parit, quod per aliud iudicium, abſq; appellationis, reſtitutionis, uel ſimili remedio, reparari poteſt. Summaria dicitur: Qualis eſt cauſa alimentorum, bo. poſſeſs. ex Carb. edict. Cauſæ primi & ſecundi decreti, cauſæ exequutionum, &c. Item multæ aliæ incidentes & emergentes cauſæ. De plano proceditur, quando iudex de cauſa cognoſcit, non etiam pro tribunali ſedens, aut in loco, ubi ius reddi conſueuit, nec libellos recipiens. Neq; enim omnia quæ

c. d[illegible]io l. procurator ff. de proba. l. ss. ff. ad exhib. l. theſaurus. ff. ad leg. Aquil l in lege Aquilia ff de carb edict. l. 3. § cauſæ.

l. in leg. Aquilia ff. ad leg. Aquil not. in l. ſi is à quo ff. ut in poſſ. leg.

l. iudices C de iud. l de ſubmerſis C. de nau fr. lib 11. conſt. ad reprimẽdũ, quõ in cri. læ maieſt. c. diſpẽdioſam de iud. c. quomodo et quã. iud. aut qui ſemel C. ubi de crim. ag. op. aut qua in prouincia.

quæ cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri poſſunt. Quomodo olim Proconſul, Item præfectus urbis, de obſequijs parentibus & patronis liberiſq; corũ exhibendis, de corrigendis item & caſtigandis Libertis, de plano cognóſcebant. Sed & grauiores quædam cauſæ de plano cognoſcuntur, uidelicet à iudice non ſedente pro tribunali, ſed in quibus tamen neq; libellus, neq; quicquàm eorum intermittitur, quæ ad plenam cauſæ cognitionem pertinent: Quemadmodum cuſtodiæ, non ſolum pro tribunali, ſed etiam de plano audiri poſſunt, atq; damnari: de quibus tamen conſtat, non aliter quàm pleniſſimè cauſa cognita iudicari. Sunt & multi articuli cauſarum, qui de plano expediuntur: Quanquam principalis cauſa non aliter quàm iudicij ſolennibus obſeruatis cognoſcatur. Sic libelli producuntur coram iudice, etiam non ſedente pro tribunali: & in ferijs ob neceſsitatem hominum inductis appellationes interponuntur. Cauſæ igitur, in quibus de plano proceditur omni partium & aduocatorum ſtrepitu omiſſo, ſine litis conteſtatione expediuntur. In his autem cauſis de plano proceditur, de quibus, ut ita procedatur, à iure uel ſtatuto cautum, uel à principe commiſsio facta eſt. Item in leuibus, ſiue ciuilibus ſiue criminalibus. Leues cauſæ dicuntur, uel propter rem uel propter perſonam. Propter perſonam, ut quia filius furatur patri: propter rem, ut quia delictum ſine dolo cõmiſſum eſt. Sine figura iudicij proceditur, quando non ſeruatis ſolennibus iudiciorum, de cauſa cognoſcitur. Nam figura cuiuſq; rei eſt ipſius apparens forma uel facies, in qua ipſius ſubſtantia figitur. In quo proceſſu ea tantum cuſtodiuntur, quæ iure gentium ad cognitionem cauſæ pertinent, non quæ iure ciuili introducta ſunt: tantumq; una hæc clauſula ſine figura iudicij operatur ſola, quantũ hæ omnes coniunctæ ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ut inquit Bartholus. Ad proceſſum igitur, qui fit ſine figura iudicij, ſiue ſummariè de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, hæc ferè pertinent, quæ & omitti non poſſunt. Citatio, quia eſt iuris diuini & naturalis. Legitimatio perſonarũ, eſt enim iuris naturalis, ne in iudicio interueniens, alteri ſine mandato præiudicet. Petitio, naturale enim eſt, quod agens coram iudice offerat petitionem, non quidem ſolennem, & in ſcriptis, ſed talem contra quam conuentus ſe defendere, & iudex conformem petitioni ſententiam uel abſolutoriam uel condemnatoriam pronunciare poſsit. Vnde licet in ſcriptis non fiat, tamen neceſſe eſt, ut in Actis ſcribatur. Exceptiones rei iudicatæ uel finitæ, ad impediendum proceſſum, naturale enim eſt, ne bis iudicetur in idipſum. Obſeruatio feriarum in honorem Dei introductarũ: ut quæ ſunt iuris non ſolum naturalis, ſed etiam diuini. Dilationes, ſed tales tamen, quæ actori ad perſequendum ius ſuum, & reo ad proponendas defenſiones ſuas, ſint neceſſariæ. Iuramentum teſtium in præſentia

l. miles § ſeptuaginta ff. de adulter.

l. unius § ſi ff. de quæſtionib.

Bar. in Conſt. ad reprimendũ in uerbo de plano. quõ in cri. leſ. ma.

l. Leuia. ff. de accuſ.

Bart. in Conſtitutione ad reprimẽdũ, quomodo in crim. leſ. ma. proced. ff. de act. & oblig. non figura gl. in cle. ſæpe. in uerbo nõ exigat. de uerbo ſig.

Cle. paſtoralis de re iud. C. de in off. teſtamẽt. l. ſi. quã in ſuo not. C. de ſent. ex breuis recit. l. 2.

d. Cle. paſtoralis

ſentia partis atteſtationum publicatio. Nam iuris naturalis eſt, ſic probationes fieri, ut reo omnibus modis, contra teſtes & eorum dicta, ſalua ſit defenſio. Sententia, quia naturale eſt, ut innocens abſoluatur, nocens damnetur. Reliqua autem, quæ à iure ciuili introducta ſunt, ut peremptoriũ in citationibus, libellus in ſcriptis oblatus, litis conteſtatio: Dilationes cum ſolennitatibus datæ, ſententiæ in ſcriptis & pro tribunali latæ, & quæ ſunt ſimilia: adeo ad hunc proceſſum non ſunt neceſſaria, ut his ipſis neglectis, nihilominus conſtent ea, quæ cæteris ſubſtantialibus obſeruatis, à iudice cognoſcuntur, atque definiuntur. Quæ Clemens Papa V. in ea conſtitutione, quàm de ſignificatione uerborum, huiuſmodi proceſſus ædidit, clarius in hunc modum explicat. Sancimus, inquit, ut iudex cui taliter cauſam committimus, neceſſario libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, in tempore etiam feriarum ob neceſsitates hominum inductarũ à iure, procedere ualeat, amputet dilationum materiam, litem quãto poterit faciat breuiorem: exceptiones, appellationes, dilatorias, & fruſtratorias repellendo, partium aduocatorum & procuratorũ contentiones & iurgia, teſtiumq; ſuperfluam multitudinẽ refrenando. Non ſic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur: Citationem uerò, ac præſtationem iuramenti de calumnia & malicia, ſiue de ueritate dicenda, ne ueritas occultetur, per commixtionem huiuſmodi intelligimus nõ excludi. Verum, quia iuxta petitionis formam pronunciatio ſequi debet, pro parte agentis & etiam rei, ſi quid petere uoluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda, ſiue ſcriptis ſiue uerbo: actis tamen continuo (ut ſuper quibus poſitiones & articuli formari debeant, poſsit haberi plenior certitudo, & ut fiat definitio clarior) inſerenda. Et quia poſitiones ad faciliorem expeditionem litium, propter partium cõfeſsiones, & articulos ad clariorem probationem uſus longæuus in cauſis admiſit: Nos uſum huiuſmodi ſeruari uolentes ſtatuimus, ut iudex ſic deputatus à nobis (niſi aliud de partium uoluntate procedat) ad dandum ſimul utriſq; terminum dare poſsit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes uti uolunt in cauſa poſt dationem articulorum, diem certam, quandocunq; ſibi uidebitur ualeat aſsignare: eo ſaluo, quod ubi remiſsionem fieri contingeret pro teſtibus producendis, poſsint etiam inſtrumenta produci, aſsignatione huiuſmodi non obſtante. Interrogabit etiam partes ſiue ad earũ inſtantiam, ſiue ex officio, ubicunq; hoc æquitas ſuadebit. Sententiam uerò definitiuam (citatis ad id licet non peremptoriè partibus) in ſcriptis & (prout ſibi magis placuerit) ſtans uel ſedens proferat, etiam (ſi ei uidebitur) concluſione non facta, prout ex petitione, et probatione, & alijs actitatis in cauſa fuerit faciendum. Iam igitur & ſi in alijs criminibus plenarius

C. de teſtib. l. teſtiũ. *Dan. 13.* *Cle. ſæpe. de uerb. ſig.* Proceſſus de plano in cauſa hæreſis.

rius proceſſus ſeruandus ſit, tamen in crimine hæreſis, ſiue per accuſationem, ſiue per officium iudicis procedatur. poſtremus hic proceſſus, qui fit ſummariè de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, obſeruari poteſt, ſi ita iudici expedire uidebitur. Neq; enim quod iudicis poteſtati permittitur, id iuris neceſsitati ſubijcitur. Non igitur ad obſeruationem huius proceſſus ita aſtrictus eſt, quin ſi plenior cauſæ cognitio expedire uideatur, plenariũ proceſſum inſtituere poſsit. Atq; hoc proceſſu, ſiue per accuſationẽ ſiue per officium iudicis, ante Concilium quidem utentur tam Ordinarij & Diœceſani Epiſcopi, quàm delegati Inquiſitores. In Cõcilio uerò, cognitio in cauſa hæreſis, Epiſcopis aliquibus nationum delegatur, ut in ea procedant uſque ad definitiuam ſententiam, ipſa ſententia definitiua à Concilio pronuncianda, excluſa. Quem proceſſum in Conſtantienſi Concilio contra Ioannem Huſs obſeruatũ fuiſſe, acta eiuſdem Cõcilij demonſtrant.

l. abſentem ff. de pœnis. l. 1. C. de requi. reis. Saly. in l. abſentem C. de accu. Doc. in c. ueritatis. de dol. & con. c. fi. de hæret. lib. 6. l. non quicquid ff. de iud. Gl. cle. ſæpe. in uerb. ualeat de. uerb. ſignif. Seſs. 7. & 15.

De citatione in cauſa hæreſis, Cap. VI.

PRimum igitur qui in hæreſim inciderint, aut de hæreſi ſuſpecti fuerint, ſimiliter credentes, fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum, citandi ſunt: ut ſi plenariè procedatur, trina citatione peremptoriè, ſin uerò ſine figura iudicij, unica uocentur. Quæ quidem citatio eſt iuris naturalis, adeo ut ſententia contra abſentem, non citatum, irrita ſit, & nullius momenti. Eſt autem citatio duplex, Verbalis, & Realis. Verbalis, quę fit per literas uel per nuncium: Realis, quæ fit per capturam. Verbalis cauſam continere debet, propter quam reus citatur, non quidem in ſpecie, ſed in genere. Ideoq; nec loci, nec temporis, nec delicti ſpeciuocatio requiritur: ueluti quod citatus in articulis fidei, uel Sacramentorum errauerit, uel hæreticis crediderit, fauerit, eoſúe receptauerit, defenderit, &c. Vtraq; autem citatio tam Realis quam Verbalis, in Concilio fieri poteſt. Chalcedonenſis Synodus Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum: & Quinta Synodus Antymum per Epiſcopos, presbyteros, & Notarios citauerunt: Epiſcopis quidem citationem exequentibus. Notarijs uerò exequutionem Epiſcoporum, & citati reſponſionem excipientibus: quam & poſtea ex ſcripto ad Synodum retulerunt. Per literas uerò citatio à Concilio uniuerſali ad hunc ferè modum fit. Sacroſancta Generalis Synodus, N. quæ recta ſunt ad ſobrietatem, & non amplius ſapere quàm oportet. Ad notitiam noſtram peruenit, plæriſq; fide dignis hominibus, id de te narrãtibus, ſcripta quædam in publicum à te ædita eſſe, in quibus quædam Catholicæ fidei contraria dogmata à te aſſerta contineantur: Quibus & plebem Chriſtianam in publicis concionibus, & priuatis congreſsibus infeciſſe diceris. Quoniam autem noſtri officij eſt, uulpeculas, uineam

Sine præuia citatione nõ ualet ſententia lata. Gl. in Cle. ſæpe in uerbo citationb. de uer. ſignif. c. 2. de dila. Cle. 2. ut lit. 1. pend. l. eũ quã temere ff. de iud. Philip. in c. Cum contumacia. de hære. lib. 6. Act. 3. Chalce. Concilij Act. 1. 2. & 3. Quintæ ſynodi Formula citãdi per literas a Concilio.

uineam Domini deuaſtãtes, capere: & idcirco te tanquàm falſorum dogmatum aſſertorem, & de multorum errorum temeraria doctrina ſuſpectum & diffamatum, euocamus & citamus, præſentium ſub tenore, ut infra terminum. N. dierum: quorum. N. pro proximo. N. pro ſecundo &. N. pro tertio & peremptorio termino, & monitione Canonica, tibi præfigimus & aſsignamus, in publica ſeſsione huius ſacri Concilij, ut compareas: reſponſurus ad ea, quæ tibi in cauſa fidei, & de aſſerta tua doctrina obijcientur, recepturus & facturus in omnibus iuſtitiæ complementum, &c. Certificantes te, quòd ſiue indicto termino compareas, ſiue non compareas, nihilominus contra te per ipſum ſacrum Concilium, lapſo termino ſupradicto, procedetur, tua contumacia in aliquo non obſtante, &c. Et ad eundem modum citatio uerbalis, per ordinarios & delegatos Inquiſitores & Concilia localia, prouincialia, & Epiſcopalia, mutatis mutandis, fieri poteſt. Realis citatio regulariter in cauſis tantum criminalibus fit, non ciuilibus. Ideoq; & in cauſa hæreſis fieri poteſt, quæ & ipſa criminalis eſt, de qua Clemens V. in Concilio Viennenſi ita ſtatuit. Inquiſitores citare & arreſtare poſſunt, ac tutæ cuſtodiæ mãcipare, ponendo etiam in compedibus & manicis ferreis. Sed & principes ſæculares adiumento eſſe debent Inquiſitoribus in inueſtigatione, captione, & cuſtodia hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorũ, ut Bonifacius Octauus conſtituit. Vniuerſos, inquit, ſæculi poteſtates, & dominos temporales, ac prouinciarum terrarum, ciuitatum, aliorumq; locorum Rectores, quibuſcunq; dignitatibus, uel officijs aut nominibus cenſeantur, requirimus, & monemus: ut ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defenſione fidei diœceſanis Epiſcopis & Inquiſitoribus hæreticę prauitatis à ſede Apoſtolica deputatis, aut in poſterum deputandis, pareant, & intendant: in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum ipſorum inueſtigatione, captione, ac cuſtodia diligenti, cum ab eis fuerint requiſiti: Vt præfatas perſonas peſtiferas, in poteſtatem, ſeu in carcerem Epiſcoporum, aut Inquiſitorum dictorum, uel ad locũ, de quo ipſi uel aliqui ex eis mandauerint, infra eorundem dominorum, poteſtatum, uel Rectorum diſtrictum ducant, uel duci faciant, ſine mora, ubi per uiros Catholicos à præfatis Epiſcopis, ſeu Inquiſitoribus, uel eorum aliquos deputatos, ſub arcta & diligenti cuſtodia teneantur, donec eorum negocium per Eccleſiæ iudicium terminetur.

l. Conſentaneũ C. quomodo et quando Iudex. Cle. 1 § propter & § ſanè de heret.

c. Inquiſitionis de heret. li. 6.

Conſtitutio Bonifacij viij. ad ſæculares magiſtratus.

De

De petitione in cauſa hæreſis, Cap. VII.

PEtitio in cauſa hæreſis, ut in alijs, multis ex cauſis eſt neceſſaria propter iudicem: Cuius officio incumbit, ut ſententiã proferat petitioni conformem, non quod petitum iudicet, nam & cõtraria petitioni eſſe poteſt, ſed quod iuxta id, quod eſt petitum, iudicet. Aliud enim eſt iuxta petitum, & aliud petitum iudicare. Propter accuſatorem, ne fruſtra fatigetur, & ut certus eſſe poſſit, ſuper quo poſitiones & articulos formet, & ut ſibi ex alia cauſa agenti non obſtet exceptio rei iudicatæ. Propter reum, ut de defenſionibus ſuis deliberare poſſit, & eas ita formare, ut & propter ineptitudinem abſoluatur ab inſtantia, & abſolutus in cauſa principali non poſſit iterum conueniri. Aliter autem formatur petitio in plenarijs & ſummarijs proceſſibus, aliter in hís qui fiũt de plano, & ſine figura iudicij. Nam iudice procedente per accuſationem uel per officium ſuum, alio inquiſitionẽ promouente libellus in ſcriptis formandus eſt, & ita ut narrationem facti contineat, & concluſionẽ ex narratis neceſſariò illatã: hæc enim ad libellum ritè conceptũ pertinent.

Petitio neceſſaria eſt, propter iudicem, Accuſatorẽq; & Reum.

ff. iud. ſol. l. iã tamẽ §. in hac uerſ. quid tamẽ de re iud. c. Abbate lib. 6.

Ideoq; accuſator primum narrabit, in quibus articulis quem accuſat errauerit, ueluti quod in fide errauerit, docendo: Filium non eſſe æqualem & conſubſtantialem patri: quod beata uirgo nõ ſit θεότοκος, quod ſpiritus ſanctus non procedat ab utroq;, patre & filio. Item in Sacramentis: quod non ſint ſeptem Sacramenta, quod Sacramentum matrimonij, ordinis, &c. non conferãt gratiam, quod Romanus Epiſcopus nõ habeat in Eccleſia primatum: & quod hæc ſcripſerit, publicè ad plebem concionatus ſit. Item, quod hæreticis fauorem & auxilium præſtiterit, eos receptauerit, & quominus iuſta de ipſis pœna ſumeretur, defenderit, anno & menſe tali, &c. quos et in libello circa ſingulos articulos certos exprimet, ne uagetur cum diſcrimine alienæ exiſtimationis. Deinde ex his ita narratis concludet, & petet, ut accuſatus, uel inquiſitus, per ſententiam iudicis, hæreticus, credens, fautor, receptator, uel defenſor hæreticorũ declaretur, excommunicetur, beneficijs priuetur, ab ordine (ſi quo forte initiatus fuerit) degradetur: degradatusq; Curiæ ſæculari tradatur, uel legitimè puniendus relinquatur. Et ſi laicus fuerit qui accuſatur, & accuſatio coram ſæculari iudice fiat, narrabit: accuſatũ coram Eccleſiaſtico declaratum eſſe hæreticum, petetq; ut confiſcatis bonis eius, ultimo ſupplicio puniatur. Et utroq; caſu inſcribet ſe ad pœnam talionis, niſi aliud conſuetudo habeat, quæ ſeruanda eſt. Fiet autem inſcriptio ita, ut accuſator fateatur, ſe talem libellũ anno, menſe, et die, quos nominatim exprimet obtuliſſe, promittetq; ſe huiuſmodi accuſationem proſecuturũ, & probaturũ, & pœnã calumniæ ſeu talionis ſe ſubiturum,

Spec. in tit. de heret. tot. tit.

l. pretor edixit ff. de iniur. Bart. in conſt. ad reprimendũ in uerbo inquiſitionem.

l. libellorũ ff. de accuſ. l. in cauſis C. eo. l. ordo ff. de iud. l. hodie ff. de pœnis.

turum, ſi calumnioſe inſtituiſſe ſe accuſationẽ apparuerit, uel ipſe in probatione defecerit. Sed etſi nulla fiat inſcriptio, nihilominus in accuſatione deficiens pœna talionis tenebitur. Sin uerò Iudex ex mero officio procedat, nullo alio inquiſitionẽ promouente, ipſius quidem officio incumbet, articulos inquiſitionis facere, quos & reo exhibebit ut ijſdem uiſis, ſuas defenſiones opponere & reſponſiones dare poſſit, ac primum quidem ad locum inquiſitionis deſcendet, ubi reo coram ſe comparente, narrabit: fama & clamoribus frequentibus ſe excitatum & commotũ. Comparentẽ iam & coram aſſiſtentem reum ipſum, quædã contra Catholicæ fidei ueritatẽ docuiſſe, ſcripſiſſe uel publicè prædicaſſe, aut docentibus credidiſſe, fauiſſe, eos receptaſſe, aut defendiſſe. Idcoq; ſe pro officio ſuo huiuſmodi famã diſsimulare non poſſe, nec tamen condemnare uelle, niſi de huiſmodi criminibus prius ſibi legitima & luculenta probatione conſtiterit. Deinde articulos ex ordine enarrabit, ueluti, quod in Sacramento Eucharistiæ docuerit, poſt conſecrationem ſubſtantiam panis & uini manere, ſub ſpeciebus panis & uini non eſſe uerum corpus & ſanguinem Chriſti &c. Cum hæreticis & eorum fide & cæremonijs ipſum communicaſſe, domicilium eis præbuiſſe, ipſos quo minus per Eccleſiaſticum magiſtratum punirentur, defendiſſe. In proceſſu autem, qui fit in cauſa hæreſis ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſatis eſt qualem qualem petitionem offerri. Ea eſt quæ excluſa ſolennitate Iuris, nudam intentionem petentis continet, & hæc Iuris naturalis eſt, idcoq; omitti non poteſt, ut ſupradictum eſt: & hæc etiam ſine ſcriptis ore fieri poteſt, Nec libellus dicitur, qui ſemper in ſcriptis offertur, etiamſi per actorem in ſcriptum redigatur, & Notario actis inſerendus tradatur. Sed & ualebit in hoc proceſſu petitio, etiamſi nullam concluſionem contineat, aut ineptam contineat, modo ex narratione deprahendatur intentio petentis.

l. accuſatores C. qui accuſ. nõ poſ. 4. q. 4. §. inſcriptio cum cõcord. Spec. in tit. de accuſ. §. 1. uerſ. ulti. accuſator. Abbas in c. ſuper his de accuſ.

Forma petitionis ubi iudex ex officio procedit.

l. offeratur C. de litis conteſt. Ang. in l. 1. ff. de edẽdo. c. afferte de præſumpt.

De exceptionibus & defenſionibus rei in cauſa hæreſis.
Caput VIII.

OBlata petitione ab accuſatore uel denunciatore, uel productis articulis inqſitionis ab Inquiſitore: proximũ erit, ut rei exceptiones & defenſiones audiantur: Quarum aliæ quidem contra Iudicem, aliæ contra accuſatorem, aliæ contra proceſſum opponuntur. Contra Iudicem opponitur, quod non habeat Iuriſdictionem, neq; ordinariam, neq; delegatã, quod reo ſit iuſtis de cauſis ſuſpectus. Contra accuſatorẽ fortaſſe, quod ſit furioſus, Paganus, Iudæus &c. Regulariter tamen, qui in alijs criminibus ab

de accuſ. ad petitionem c. qualiter 2. eo tit. Gl. & Bald. in c. qui accuſ. nõ paſ. doct. in c. 1. de accuſ.

accuſatione repelluntur, in cauſa hæreſis admittuntur, ut mulier, infamis, frater, miles, ſeruus, criminoſus, ſocius criminis, & ſimiles, ac fortaſſe omnes tanquam in publico crimine, et qui ſuam iniuriã proſequãtur, ſicut & in crimine læſæ maieſt. ad accuſandum admittuntur, utcunq; in alijs prohibiti. Atq; huiuſinodi exceptiones cõtra perſonas in proceſſu etiam ſummario, & qui fit ſine ſtrepitu & figura iudicij admittũtur. Siquidem legitimatio perſonarum in iudicijs iuris naturalis eſt, ideoq; parte opponente & petente in quolibet iudicio & proceſſu fieri debet. Contra proceſſum accuſationis opponitur, quod libellus ſit ineptus: Contra inquiſitionem, quod reo non ſint exhibiti articuli inquiſitionis. Nam ad defenſionem inquiſiti pertinet, ut articulorum inquiſitionis copiam habeat, ut ſcire poſsit, quos fateri, quos negare poſsit: qui prius iudicati ſint, qui nõ iudicati &c. de quibus diffamatus ſit, de quibus nõ diffamatus. Item, quod reus de criminibus in articulis inquiſitionis deductis non ſit diffamatus. Non enim de ueritate criminis cognoſci poteſt, niſi præcedentis infamiæ articulus fuerit diſcuſſus, & abſolutus: niſi reo præſente, nec reclamatum, nec quicquam ſuper hoc exceptũ fuerit. Quo caſu proceſſus, ſuper ueritate criminis, etiam omiſſa cognitione infamiæ, ualebit. Qua quidẽ exceptione appoſita promotor & denunciator neceſſe habet diffamationem probare. Fit autẽ probatio diffamationis per teſtes, & ad minimũ duos, & tales quidem qui ſint & ipſi integræ opinionis, & qui dictorum ſuorũ & ſcientiæ cauſam reddant: etiam nõ interrogati, cauſam reddere intelliguntur, ueluti ſi dicant: Inquiſitum de hæreſi, apud Epiſcopum ſuſpectum et diffamatum, & ab eodem aliquoties, ut ab eodem crimine deſiſteret, admonitum, & pro tali apud ſacerdotes, bonos & graues uiros, etiam plebeios. Item apud quos uerſatur, & quibus præeſt, haberi. Diffamatione aũt non probata, reus ab obſeruatione iudicij abſoluitur: Sed & contrariam famam probare poteſt reus, ueluti ſi de eo diffamatus eſſe dicatur, quod doctrinam hæretici certo quodam à ſe ædito ſcripto defenderit, ipſe uero probet ſe eandem doctrinã eodem ſcripto confutaſſe: Aut quod hęretico, in certo aliquo loco domiciliũ præbuerit, ipſe uero probet ſe non habere, aut quam diu is pro hæretico habitus fuerit, habuiſſe in eo loco domiciliũ. Item, opponet quod fama orta fuerit à perſonis leuibus, infamia notatis, inimicis, conſpiratorib. & ſimilibus. Sin uero Inquiſitor nõ ad alterius promotionẽ, denunciationẽ, uel inſtantiã, ſed ex mero officio proceſſerit, et inquiſiuerit, non audietur reus, excipiens ſe de obiecto crimine non eſſe diffamatum, nec Iudex fidem de infamia facere tenetur. Neq; enim eſt cui faciat, niſi appellet reus. Quo caſu Iudex coram ſuperiore de infamia appellantis docebit Idem, ſi quis diſceſſerit à communi conuerſatione fidelium circa cultum diuinum, neq; enim talis auditur allegans

C. de Ep. & Cle. l. ſi quis in hoc genus C. de paga. l. ult. C. de Ep. & Cle. l. ſi quiſq; C. de Apoſta. l. Apoſtatar. In Aut. quomodo op. Cle. ad ord. pe du. § licẽtia l. nullus C. ad le. iul maieſt.

d. c. inquiſitionis §. Tertiæ et c. cum oportet de accuſ. c. 2 de accuſ. lib. 6.

Panor. in c. inquiſitionis § quæſiuiſti de accuſ. C. de teſti. l. teſtium. ff de teſti. l. quæſitũ. Alex. Conſ. 25. 4 uolu. Dom. in c. 2 de accuſ. lib 6. Spec. in tit. de inquiſitionibus § uiſo igitur uer. ſi uero probatione aũt. gl. & Abbas in c. 2. de accuſ.

Abb. in c. cum oporteat de accuſ. Spec. in tit. de inquiſitionibus § uiſo igit. uerſ quod ſi ille.

Abbas in d. c. inquiſitionis §. quæſiuiſti. de accuſ.

Feli. in c. excõmunicamus. de hæret. l. licet. §. fi. ff. nau. caup. l. ſi cui. §. eiſdem ff. de accuſ. Bal. in d. l. ſi cui. §. eiſdem ff. de accuſ. Decius, conſ. 137. in prima partit.

ſe non eſſe diffamatum, &c. Nam abſq; infamia contra ipſum inquiri poteſt, ut Cardinali & Felino placet. Præterea exceptionẽ rei iudicatæ, uel litis finitæ opponere poteſt hæreticus, ueluti quod de eadem hæreſi ante accuſatus, fuerit abſolutus. Neq; enim de eiuſdem hominis admiſſo ſæpius quæri debet. Quod locum habet, ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem de crimine cognitum fuerit. Sunt & aliæ exceptiones & defenſiones, quibus ſe rei aduerſus probationes tuentur, de quibus poſthac dicemus. Reliqua quæ ad exceptiones & defenſiones pertinent, ut ex cauſis ipſis naſcũtur, ita à diligentibus cauſarum patronis facile inueſtigabuntur.

De probationibus in cauſa hæreſis. Cap. IX.

Pleniſsimam oportet eſſe probationem in cauſa hæreſis. ff. ad carbo. l. 1 §. ſed et ſi qs. l. in ſeruorum. ff. de pœnis. l. qui ſententiã C. de pœnis.

PRobata itaq; contra reum diffamatione criminis, iudex ad inquiſitionem ueritatis, & legitimas probationes criminis deſcendet. Quo circa admonendi ſumus, probationem in cauſa hæreſis, ut in cæteris quoq; criminibus, pleniſsimam eſſe, oportere: Diligentior enim examinatio in cauſis, quæ ſalutem hominis concernunt, habenda eſt: & cautius agendum, ubi maius periculum uertitur. Maius eſt autem periculum in leui etiam criminali, quàm in quantumlibet magna ciuili. Talis igitur in criminibus probatio eſſe debet, ſiue per tormenta extorta confeſsione, ſiue teſtibus alijsq; legitimis documẽtis confirmata, ut uix reus etiam ipſe in obiecto flagitio depræhenſus, ea, quæ commiſerit, negare ſufficiat: ſcilicet non præſumptionibus, etiam uehementibus, ſed apertiſsimis documentis & indicijs indubitatis, & luce clarioribus ſuffulta, atq; expedita. Quanquàm ueteres deficientibus teſtibus, ex probabilibus etiam ſignis iudicabant. Idq; erat, quod dicebãt Suffragio optimo, (ut alibi Ariſt. refert) nos uero hoc genere probationes quidem alias iuuari, non autem conſtitui putamus. Omnium autem maximè hoc in cauſa hæreſis obſeruari oportet, ſcilicet omnium grauiſsima, ut in qua cognitio de bonis, de exiſtimatione, & de capite agitur, nec condemnatus tantum, ſed & ipſius poſteritas infamia notatur. Vnde licet, qui uel pro leui argumento à iudicio Catholicæ religionis uel tramite detecti fuerint deuiare, pro hęreticis habendi ſint, ut Theod. Gratianus & Valentinianus ſanxerũt. Tamen huiuſmodi etiam leuis deuiatio pleniſsimè probari debet, ut Oldrado placet: Ac fortaſſe leuis dicitur, non quia error ſit leuis, ſed quia paruo negocio etiã plenè probari poſsit, ut Hoſtienſi, & Lucæ de penna cum referenti & ſequenti placuit. Alij, leue argumentum intelligunt hoc loco, leuem ſuſpicionẽ, per quam ad fidei examen, & diſputationem peruenitur: quo commodius ueritas inquiratur & hæretici error depræhendatur. Sunt igitur tria genera probationum, quibus hæreſis probatur,

ff. de pœnis. l. abſentem. l. fi. C. de probat. Domi. in c. accuſ. in prin. de heret. lib. 6. Ariſt lib. 1. Rhet. Oldrad. conſ. 210. l. 2. C. de hære.

Luc. de penna l. 1. C. de priuil. ſchol.

probatur, cõfeſſio, teſtes, & ſcriptura. Quanquam quorundam ſententia, confeſſio, releuatio potius probationis dici debet, quàm probatio. Confeſſionem reus uel ſponte ædit, uel adhibita quæſtione & tortura. Torturã præcedere debẽt legitima indicia, quibus deficientibus & non probatis, confeſſio in tortura facta non ualet: Sed & reus remotus à tortura, in confeſſione prius in tortura facta, perſeuerare debet. Quin talia etiam argumenta & indicia accedere debent, ut uix reus ipſe, in flagitio depræhenſus, ea quę admiſerit negare poſſit, nihiĺqȝ quàm ipſius confeſſio deeſſe uideatur. Eſt enim fragilis, periculoſa, & lubrica res quæſtio, & quæ ueritatem ſæpe fallit: cui non ſemper, nec tamen nunquàm fidem habendam eſſe, conſtitutionibus declaratur. Nam pleriqȝ patientia ſiue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo poſſit: Alij tanta ſunt impatientia, ut in quouis mentiri quàm pati tormenta uelint: & ita fit ut etiam uario modo fateantur, ut nõ tantum ſe, uerum etiam alios criminentur. Debent autem ita torqueri quæſtionibus ſubiecti, ut incolumes ſeruentur innocentiæ uel ſupplicio: ita ut ſi nocens ſit, poſſit ferre ſupplicium: ſi innocens, illæſo corpore dimittatur. Sponte autem facta confeſſio ita probat, ut iudicis non ſint aliæ partes in confitentem, quàm condemnare, niſi alijs argumentis & indicijs de innocentia confitentis cõſtiterit. Nam hoc caſu, qui crimen in ſe cõfinxerit, ac temerè de ſe commentus fuerit, ſi confeſſionem retractauerit, liberandus erit. Teſtes in negocio inquiſitionis hæreticæ prauitatis, in fidei fauorem, contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defenſores eorum, recipiũtur etiam excommunicati, & participes uel ſocij criminis: præſertim in probationum aliarum defectum, ſi ex ueriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium, aut perſonarum tam deponentium, quàm eorum contra quos deponitur qualitate: ac alijs circunſtantijs, ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur. Sed periuri, licet à teſtimonio etiam poſt pœnitentiam repellantur, Si tamen hij qui coram Inquiſitoribus iurantes, tàm de ſe quàm de alijs, ſuper facto hæreſis dicere ueritatem, eam celando deiererẽ, & poſtmodum uelint corrigere dictum ſuum, contra ſe ac alios ſuos complices deponendo, cum crimen huiuſmodi ſit exceptum, ſi ex manifeſtis indicijs apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite, ſeu corruptione pecuniæ, ſed zelo fidei Orthodoxæ dictum ſuũ uel corrigere, ac modo (quæ prius tacuerant) reuelare, in fauorem fidei (niſi aliud obſiſtat) ſtari debet, tam contra ſe, quàm contra reliquos, atteſtationibus eorundem. Quæſitum eſt etiam an ad probandum crimen hæreſis duo teſtes ſufficiant, ac Hoſtienſis quidam reſpondet: Non duos teſtes ut in cæteris criminibus ſufficere, ſed tres pluresúe requiri: Quod durum ſit, hominem bonæ ſamę duobus tantũ teſtibus conuictũ, de tanto crimine condemnari.

Ioan. and. ab. bas & Imol. in Regũ de probatione.

ff. de quæſt. l. maritus l. unius l. 1. §. durus, ſeuerus. ff. de quæſtionib. ubi Hyppol.

L. 1. §. quæſt. ſi. ff. de quæſt. Quæſtio Torturæ res lubrica eſt & ſæpe fallit.

l. quẽadmodũ ff. de quæſtionibus.

Panor. in c. cũ in cõtemplatione, extra de re. iur.

l. proinde ff. ad leg. Aquil.

l. qui ſententiã C. de pœnis ff. de quæſtionib. l. 1. § ſi quis ultro. C. de appel. l. creditor §. iuſſus. C. de erro. aduoc. l. ſi.

Bal. cõſ. 479. in 2. parte c. in fidei. de hæret. lib 6. c. accuſatus § licet. de hært.

An duo teſtes ſufficiant ad probandum. *Hoſt. in ſumma eo tit. § qualiter uerſ. ut aũt.*

Matth.18. In omni. de lib.c. relatũ. teſta. omni.in c.ut §. uerum. hæret.lib.6. Card. in cle.1. §.uerũ eo. tit. Bald. in Conſi. 304. in 2. parte conſil.

Alijs aũt etiam in hoc crimine locũ habere uidetur, quod dicitur, In ore duorũ uel trium teſtium ſtat omne uerbũ. Sed nec teſtes ſingulares hoc crimine probant, ueluti ſi multi teſtes dicant, accuſatũ uel inquiſitum eſſe hæreticũ: Poſtea uerò aſsignantes ſcientię cauſam, alius audiſſe ſe eum affirmat negantem incarnationẽ uerbi, alius non credentem reſurrectionẽ: Nam etſi hoc caſu in genere de hæreſi deponant, tamen in ſpecie de diuerſis articulis, & ſinguli de ſingulis teſtificantur. Vnde licet in uno articulo fidei pertinaciter errans hęreticus ſit, tamen talis articulus ad minimũ per duos teſtes probari debet. Sunt tamen qui dicant, teſtes ſingulares, ſuper uniuerſali deponentes, genus probare: & ſatis eſſe, quod etiam diuerſa dicentes, tamen ad unum finem tendant: Et ita Baldo placet, dicenti: Quod teſtes ſingulares in ſpecie, concordes in genere, probant genus, id eſt, genera ſingulorum, non ſingula generum, & hoc ualere, ad probandam hæreſim.

Bald. in l. 1, C. de proba. Idẽ in marg. in uerbo teſtes.

Sed uerius eſt quod ſupra diximus, teſtes ſingulares in cauſa hæreſis non probare, quod optima ratione comprobat Alexander de Imol. Vbi, inquit, tractatur non de probando unum totum collectiue, ſed tractatur de probãdo aliquas cauſas, ex quibus reſultat multiplicatio alicuius rei, non ſufficiunt teſtes ſingulares. Vnde ſi uolo probare, quod Sanctus quiſpiam frequenter ædiderit miracula, non ſufficit, ſi probo per unum teſtem, quod ſanauit unum claudum: & per alium teſtem, quod ſanauit unum cæcum, & ſic de ſingulis. Item, ſi uolo probare Ticium eſſe hæreticum, & probatur per unum teſtem, Ticium dixiſſe Quod Christus non uenit in uirgine: & per alium teſtẽ probatur ipſum dixiſſe, Quod perſonæ Trinitatis non ſunt æquales: non probabunt illũ eſſe hæreticũ. Hæc Alexander.

Verba Alex. de Imola.

conſ.34. kolu. Col.5. Saly. in l. teſt. mu.16.c. de teſtibus.

Salycetus dicit hæreſim per duos teſtes ſingulares nõ plenè, ſed ſemiplenè probari. Quod firmat hac ratione, duobus teſtibus de hæreſi deponentibus: Vno uidelicet affirmãte Ticium dixiſſe, quod Chriſtus non fuit filius Dei: Altero eundẽ Ticium dixiſſe, quod ſpiritus ſanctus non procedat a filio: Duæ quidem ſpecies hæreſis ſunt, ſed neutra eſt plenè probata, ergo ex probatione ſuper ea facta nõ poteſt inferri, ſeu dici, uel affirmari Ticium ſic dixiſſe: Sed opinari quidẽ poteſt iudex, rem ita ſe habere, ut teſtes depoſuerunt. Ex eo ergo quod non poteſt dici uerũ eſſe in tali ſpecie, non poteſt inferri uerũ eſſe in ſuo genere: ſed ex nulla harũ probationũ, in aliqua ſpecie poteſt dici ſic eſſe, uel accuſatũ uel inquiſitum hoc dixiſſe: ergo nec hæreſim probatã eſſe. Quod demonſtro aliter; Pono, quod Ticius accuſatur à Gaio, ſpeciuocè de tali ſpecie hæreſis, & quilibet probat per unũ teſtem tantum, an dicentur iſti probaſſe? Certe non: ſic nec in propoſito, dico igitur, nõ plene ſed ſemiplene tantũ probatũ eſſe. Et omnes iſti habẽtur loco unius niſi dicatur, quod in crimine hęreſis nõ requiratur tanta ſubtilitas probationis: ſecus, ſi ambo deponant

de

de eadem ſpecie hæreſis, licet unus dicat ſe audiuiſſe in uno loco, alter in alio: quia tunc uidetur dicendū, quod ſpecies illa ſit plene probata, quia iſto caſu locus non plurificat hæreſim ſæpius formatā & recenſitā, & continuatam. Hactenus Salycetus. Illud quoq; ſpeciale eſt in hoc crimine, quòd abſente & non citata parte, iuramenta a teſtibus recipiūtur: nec eorū nomina (ſi uel accuſatoribus uel teſtibus, periculum ex publicatione imminere uidebitur) coram diœceſano Epiſcopo, uel eo abſente ipſius uicario, quādo Inquiſitores procedūt: quādo uero procedit Epiſcopus, coram Inquiſitoribus manifeſtentur. Sed & in examinatione teſtium illa cautio adhibebitur, ut duæ religioſæ & diſcretæ perſonæ adhibeantur, in quarū præſentia per publicā (ſi cōmodè haberi poteſt) perſonā, aut duos idoneos uiros, fideliter eorundem depoſitiones conſcribantur. Quo officio & perſonæ religioſæ, etſi in alijs cauſis illud exercere prohibiti ſint, fungi poſſūnt. Per libros & ſcripta probatur hoc crimen: ea uidelicet, quæ uel manu propria Rei ſcripta uel nomini ipſius inſcripta, ædita, & publicata, uel etiam domi retenta, alijsq; uel clàm uel manifeſtè cōmunicata ſunt: Quin & exhibere ea reus, ſi clàm apud ſe retineat, cogetur. Tum autem huius libri & ſcripturæ obiectum crimen contra reum probabūt, Si de his interrogatus, ea uel ſuo nomine ædita eſſe agnouerit: aut ſi negauerit, per comparationem literarum, ea manu ipſius Rei ſcripta, uel ſimilitudine ſtyli, ea ab ipſo uel dictata, uel ſcripta, & compoſita eſſe conſtiterit.

c. accuſatus ubi Philip. de hæret. lib. 6.

c. ut officium §. uerum de hæret. lib. 6.

Probationes deſcriptis Rei.

c. ut commiſſi de hæret. lib. 6. ubi Philip. not. 4.

l. comparationes literarū C. de fid. inſtr. & ibi not.

De ſententijs in cauſa hæreſis. Cap. X.

INquiſitione itaq; criminis & totius cauſæ diligenti examinatione cōtra reum facta, iudex de ſententia deliberabit, utreus, ſi crimen uel confeſsione ſua, uel legitimis probationibus liquidatū fuerit, cōdemnetur: uel ſi probatū non fuerit, abſoluatur, nec in criminalibus cōfeſsi pro iudicatis habentur: Etſi enim in confeſſum nō ſint aliæ partes iudicis quam cōdemnare, tamen nō intelligitur cōdemnatus, niſi in quē ſententia condēnatoria fuerit prolata. Siue aūt abſolutoria ferenda ſit, ſiue condēnatoria, non aliter quàm de peritorū conſilio ipſam promulgabit. Sed & citandus erit reus ad audiendam ſententiam, etiamſi ſine ſtrepitu & figura iudicij proceſſum fuerit. Nā citatio eſt iuris naturalis, qua omiſſa, neq; proceſſus, neq; ſententia conſiſtet. Sententia igitur condemnatoria ita formabitur, ut in ea primum qualitas doctrinæ, & dogmatum ab ipſo reo aſſertorū declaretur. Deinde diligens criminis inueſtigatio, citationes, admonitiones, cōfeſsiones, legitimæ probationes, & datæ ad pœnitentiā dilationes: & ad hæc omnia in erroribus ſuis obduratus animus, & pertinax perſeuerantia: & reliqua omnia, quæ ad iuſtum proceſſum cōtra ipſum inſtitutū et obſeruatū pertinēt, enumerentur:

Confeſsio Rei ſiue iudicis prolata ſententia nō condemnat.

l. ſi confeſſus ff. de cuſt. reorum. Philip. in c. 1. de accuſ. lib. 6.

Philip. in c. ſtatuta. §. iubemus de hæret. lib. 6.

l. de unoquoq; ff. de re iud. l. nam ita diuus ff. de adop. cū ſimilibus.

Hyp. de Marſ. ſig. 75. incip. citatio eſt.

tentiæ Quibus omnibus ex ordine narratis, poſtremo pro qualitate criminis ſecundum regulas Eccleſiaſticas ſubiungatur ipſa ſententiæ diſpoſitio: quæ condemnationē dogmatum, authorum, librorum, &c. continebit in hunc uel ſimilem modum. Viſis actis & actitatis in cauſa inquiſitionis, de & ſuper hæreſi, & habitis & factis, omnibusq; & ſingulis, quæ ad totam cauſam & eius proceſſum pertinent, per eos quos oportet diligenter deliberatis, ponderatis, atq; cognitis, Chriſti nomine inuocato, Sacroſancta Synodus, ſolū Deū præ oculis habens, per hanc diffinitiuā ſententiā, quā profert in his ſcriptis, pronunciat, decernit, & declarat, prædictū. N. fuiſſe & eſſe manifeſtū hæreticum: ipſumq; errores, & hæreſes dudum dānatas: quaſdam etiā per ſe de nouo, inſtigante omnium hæreſum authore diabolo, cōfictas, & plurima ſcandaloſa, piarū aurium offenſiua, temeraria & ſeditioſa docuiſſe, prædicaſſe, atq; ſcripſiſſe, in non modicam læſionem diuinæ maieſtatis, & uniuerſalis Eccleſiæ, & pacis & tranquillitatis Reip. Chriſtianæ turbationē, & fidei Catholicæ detrimentū: Claues etiā Eccleſiæ, & cenſuras Eccleſiaſticas uilipendiſſe, in quibus per annos multos animo perſtitit obdurato. Ideoq; prædictum. N. & omnia illius dogmata & ſcripta, quocunq; modo per ipſum aſſerta, reprobat, anathematizat, & condemnat: Libros item prædictos, omniaq; alia eius ſcripta & opuſcula, in quibus falſa eius dogmata & errores cōtinentur, in quacunq; tandem lingua ædita, aut quocunq; modo, & per quēcunq; tranſlata fuerint, per locorum Ordinarios inquirenda, & publicè comburenda eſſe decernit: eorumq; uſum omnibus Chriſti fidelibus omnibus modis interdicit. Similiter declarat, N. N. & N. prædictis hæreticis adhæſiſſe, eorum erroribus credidiſſe, fauiſſe, hæreticosúe receptaſſe, & defendiſſe: & propterea à communione fidelium eos excludit: & excluſos denunciat, dignitatibus, alijsq; beneficijs Eccleſiaſticis, & officijs publicis ac honoribus quibuſcunq; priuat: Et priuatos denunciat, alijsq; hæreticorū pœnis plectendos fore decernit. Deinde, præfatū. N. tanquàm pertinacem & incorrigibilem, adeoq; talem qui detrectabat ad gremiū ſanctæ matris Eccleſiæ redire, & hæreſes & errores ſuos abiurare, ab ordine ſacerdotali, & alijs ordinibus quibus exiſtit inſignitus, deponendum, & degradandum fore declarat: et eundem iudicio & Curiæ ſæculari relinquendū, atq; tradendū decernit. Debet aūt ſentētia in cauſa hæreſis, ſiue per accuſationē procedatur, ſiue ex officio iudicis mero, uel alio inquiſitionē promouēte, & ſi ſummariè de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij procedatur, de ſcripto pronunciari, ne ueritas, quæ in iudicio definita & prolata eſt, in iudicio occultetur. Etſi aūt in alijs cauſis iudex ſententiā per ſe pronunciare teneatur: Tamen in cauſa hæreſis Inquiſitores, æquè ut Epiſcopi, ſententiam uel per ſe uel per alios recitare & promulgare poſſunt.

Forma Sententiæ in hæreticum ferendæ.

Damnatio doctrinæ & librorū hæret.

Philip. in c. ut commiſſi. de heret. lib. 6.

Cle. ſæpe, de uerb ſig. c. ſi. de re iud. lib. 6. Soccinus reg. 101. c. ut commiſſi. de heret. lib. 6

Quomodo

Quomodo contra hæreticos contumaces, & de hæreſi ſuſpectos procedendum ſit. Cap. XI.

Dictum eſt de hæreticis, qui præſentes in iudicio cauſam ſuam agunt, & uel redeuntes abſoluuntur, & ad unitatem Eccleſiæ recipiuntur: uel crimen confeſsi uel legitimis probationibus conuicti condemnantur. Nunc quibus modis contra contumaces, & abſentes hæreticos: & eos qui de hæreſi ſuſpecti ſunt, procedendum ſit, dicendum eſt. Contumacem accipimus, qui tribus edictis, aut uno pro omnibus peremptorio, ad iudicem prouocatus, præſentiam ſuam apud eum iudicem, à quo citatus eſt, exhibere noluerit, idq; in plenario proceſſu. Nam in eo, qui fit ſummarie de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, citatio ſufficit, etiam quæ ſolennitatem peremptorij non continet. Vnde in eo proceſſu contumax dicitur, qui qualitercunq; uocatus non comparuit. In contumacem altero de duobus modis proceditur. Aut enim contra ipſum ut contumacẽ iudicatur, aut ad liquidandũ crimen legitimæ probationes recipiuntur. Priori caſu citatus contumax excommunicatur, qui ſi per annum excommunicationem animo pertinaci ſuſtinuerit, tunc uelut hæreticus condemnatur: Sin autem intra annum, quandocunq; reuerſus fuerit: abiurato ſecundum regulas Eccleſiaſticas errore, abſoluitur, & ad gratiam cõmunis Eccleſiæ recipitur. Altero caſu, crimen ipſum hæreſis contra contumacem, teſtibus, ſcripturis, literarũ comparatione, & ſimilitudine ſtyli, alijsq; probationibus liquidabitur: & probatum unà cum libris & ſcriptis, errores huiuſmodi & hæreſes continentibus, condemnabitur. Sed & hæreticus abſens, hæreticus eſſe declarabitur ac pronunciabitur, & à communione Eccleſiaſtica excludetur, omnibusq; dignitatibus & ordinibus Eccleſiaſticis priuabitur. Nec mirũ, quod huiuſmodi ſentẽtia in abſentem proferri poteſt, cum & defunctorum hæreticorum eorumq; errores, libri, & ſcripta, adeoq; ipſorum etiam memoria ad hunc modum de iure condemnetur. Quemadmodum Ioan. Vuickleff, & eius doctrina & opuſcula in Concilio Conſtantienſi condemnata fuerũt. Et hunc quidem proceſſum contra hæreticos tam præſentes quàm contumaces obſeruarunt poſteriores Synodi. Veteres autem Synodi, in condemnandis hæreticis & eorũ dogmatibus, hunc modum ſeruarunt, ut primum ſententiam Sedis Apoſtolicæ, quam Romani Pontifices, per epiſtolas ſynodicas Synodis denunciabãt, perciperẽt: eamq; ſubinde ſuis quoq; ſuffragijs confirmarent. Ipſos uero hæreticos à Sede Apoſtolica extra communionem Eccleſiæ eiectos, ipſi quoq; eijciebant, ac dignitatibus Eccleſiaſticis deſtituebant, ut ex ea ſententia, quam Quinta Synodus in Antymum protulit, facile cognoſci poteſt:

Quis Contumax eſt
c. de illicita. 24. q. 3.
Cle. ſæpe. §. ſententiam. de uerb ſig.
c. cum contumacia de hæret. lib. 6.
Quomodo abſens cõuincitur & damnatur hæret.
c. filij. de hære. Philip. in c. ut commiſsi. de hæret. lib. 6.
Quomodo cõtra hæreticos olim in Concilijs proceſſum fuit.

poteſt:In qua enumeratis primum Antymi erroribus, & Agapeti Papæ in ipſum habito proceſſu, & pronunciata condemnatione, in hunc modum ſuam quoq; ſententiã pronunciant. Nos itaq;, uenerabiles Canones ſanctorum patrum noſtrorũ ſequentes, ſacris uocationibus ipſum aduocauimus, & tempus pœnitentiæ ei dedimus, & latenti, ac medelam recuſanti, proclamatione manifeſta fecimus quæ à nobis facta ſunt: Cumq; in his omnibus ipſum ad conuerſionem adducere non potuerimus, apertam hanc ſuæ hæreſis demonſtrationem accipientes, ſequentesq; ea, quæ à Beatiſsimo Papa bene examinata ſunt: Conſpicimus (ſi hic nobis aſtaret) omnino, ipſum tanquam membrum inutile & putridum abijci de corpore ſanctarum Dei Eccleſiarum, & extra Epiſcopatum Trapezuntinum eſſe, & alienum ab omni ſacra dignitate & efficacia, iuxta ipſius ſanctiſsimi Papæ ſententiam à Catholica appellatione. Sic Chalcedonenſis Synodus, Leonis Papæ ſententiam ſequuta, Eutichem condemnauit. Sed & Legati Leonis Papæ in eadem Synodo Chalcedonenſi à patribus rogati, ut in Dioſcorum primæ damnationis ferrent ſententiam. Primum enarratis Dioſcori erroribus & Tyrãnide, quam in Flauianum, & alios Catholicos Epiſcopos, in Epheſina Secunda crudeliter exercuerat. Deinde etiã quàm impie epiſtolã ſynodicam Leonis, Catholicæ Eccleſiæ fidem contra Eutichianam hæreſim declarantem, ſuppreſſerat, nec legi permiſerat, & idipſum inſuper ſanctiſsimum Papam Leonem excõmunicauerat. Poſtremo à magno Concilio regulariter ter uocatus, propria cõſcientia ſtimulatus obedire noluerat: In eundem Dioſcorũ huiuſmodi ſententiam pronunciant. Sanctiſsimus & Beatiſsimus Archiepiſcopus magnæ & ſenioris Romæ Leo, per nos & per præſentem Sanctam ſynodum, unà cum ter Beatiſsimo, & omnium laude digno, Beato Petro Apoſtolo, qui eſt petra & crepido Catholicæ Eccleſiæ: & ille qui eſt rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tam Epiſcopatus dignitate, quam etiam ab omni ſacerdotali alienauit miniſterio, Igitur ſancta hæc & magna ſynodus, quæ placent regulis ſuper memorato Dioſcoro decernit. Quam ſententiam Anatholius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus confirmauit, his ferè uerbis. Hæc eadem Apoſtolicæ ſedis per omnia ſapiens, concors ſententię efficior, ſuper damnatione Dioſcori, qui ſeipſum ab omni ſacerdotali miniſterio oſtẽdit alienum, eò quod in omnibus ſanctorum patrum regulis extitit inobediens, & tertio Canonicè uocatus noluit obtemperare. Hos reliqui quoq; Epiſcopi ſecuti, & ipſi utrorumq; ſententiam confirmarunt, quiſq; his uel æquiualentibus uerbis, & ego. N. his quæ dicta ſunt à religioſiſsimis & ſanctiſsimis Leone & Anatholio, ſuper damnatione Dioſcori, concors efficior, & alienum eum ab omni ſacerdotali dignitate eſſe definio. Porrò ſuſpectus de hæreſi, primũ citabitur.

[Margin: Forma pronunciandi cõtra hæret. In Cõcilio Quinto, cõtra Antymum.]

[Margin: Sentẽtia contra Eutichen & Dioſcorũ in Concilio uniuerſali Quarto.]

innocentiam

innocentiam ſuam purgaturus: qui ſi interrogatus crimen ipſum
confeſſus fuerit, iuxta formam Eccleſiaſticarū regularum condem-
nabitur: Si negauerit, & tantæ accedant præſumptiones, ut uero ſi-
mile ſit, eum inſimulatæ hæreſis eſſe reum, tunc de ueritate criminis
inquiretur: ſin uero eiuſmodi indicia ſunt, ut probabiliter crimen ne-
gaſſe uideat, purgatio ei indicetur. De qua re ita conſtituit Innocen
tius Papa III. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, c. excommuni-
niſi iuxta ſuſpicionem conſyderationis, qualitatemq́ perſonæ, pro- camus. §. qui
priam innocentiam cōgrua purgatione monſtrauerint, anathema- aūt, de heret.
tis gladio feriantur, & uſq; ad ſatisfactionem condignam ab omni-
bus euitentur. Ita, quod ſi per annum in excommunicatione perſti-
terint, ex tunc uelut hæretici condemnentur. Purgationē iuriſiuran- Quomodo fit
di religio, & teſtes confirmabunt. Iuramentum à ſuſpecto de uerita- purgatio.
te dicenda, à teſtibus uerò de credulitate præſtabitur. Teſtes qui pur c. quoties. de
gatores appellantur, illius honeſtatis & opinionis eſſe debent, ut ue- purgatione
riſimile ſit eos nolle amore uel odio, uel obtentu pecuniæ deierare. canon.
Sed & uitam & conuerſionem eius qui purgandus eſt noſſe debent. c. cum p. de
purg. can.
Purgatio non ſolum de hæreſi, ſed etiam de alijs criminibus ſuſpe- 2. q. 4. presby.
ctis etiam Epiſcopis indicitur. Fit autem in hunc ferè modum purga ſi à plebe.
tio. Suſpectus ſibi ſeptem collegas adiunget, & iurabit in ſacro co- Forma iuran-
ram poſito Euangelio, quod eum ſancta Trinitas, & Chriſtus filius di quam præ-
Dei, qui fecit, & docuit quod Euangelium continet: & ſancti qua- ſtat ſuſpectus
tuor Euangeliſtæ, qui illud ſcripſerunt, ſic adiuuent quod ille præno-
minatam actionem ita non perpetrarit, ſicut ei de illo oblatum eſt.
Huiuſmodi ſatisfactionem nonnulli præcedentium patrum S. Leo- Platina in
nem Papam huius nominis III. in Baſilica ſancti Petri Apoſtoli co Leone III.
ram Carolo Imperatore ac Clero, & plebe ita feciſſe cōmemorant.
Atq; ita mox uenerandum principem contra eiuſdem ſancti Papæ
aduerſarios dignæ ultionis uindictam exercuiſſe. Et ad eundem mo-
dum Damaſus Symmachus, & Paſcalis de obiectis criminibus ſe c. cum contu-
purgauerunt. Si uerò ſuſpectus de hæreſi citatus comparere & obe- macia. & ibi
dire noluerit, excommunicabitur: & ſi in excommunicatione per an- Philip. de he-
num obdurato animo perſeuerauerit, ut hæreticus condemnabitur, ret. lib. 6.
quia hoc caſu non ſolum conſcientia criminis, & metu pœnæ
deterritus, nolle comparere: ſed etiam tanto tempore
poteſtatem clauium contemnendo de ar-
ticulis fidei male ſentire præ-
ſumitur.

An

An noua ſententia condemnandi ſint, qui in hæreſim non nouam, ſed prius legitime damnatam inciderint. Caput XII.

Non opus eſt noua ſententia ſuper hæreſi antiqua.

QVemadmodum reuocanda non ſunt, nec nouis recitationibus mutilanda, quæ in unaquaq; hæreſi, coacta Synodo pro fide & ueritate Catholica & Apoſtolica, ſecundum tramitem ſcripturarum prædicationemq; maiorum definita ſunt. Si enim decreta ſalubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra ſingulos quoſq; prorſus errores ſtabile perſiſteret, Eccleſiæ conſtitutũ, ac ſemper ijſdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur: ita non eſt neceſſe, ut quas ſemel ſacroſancta Concilia damnarunt hæreſes, ſi uerſutia diaboli denuo ab inferis reuocatæ fuerint, eadem noua ſententia condemnentur: quin potius ſufficere iudicarunt ſancti patres, ut authore cuiuslibet inſaniæ damnato, quiſquis deinde eiuſdem erroris communicator exiſteret, principali ſententia dãnationis eius eſſet obſtrictus. Sic Sabellio, Arrio, Eunomio, Macedonio, Neſtorio, Eutiche, alijsq; hęreticis eorumq; erroribus ſemel in Concilijs uniuerſalibus damnatis, non eſt neceſſe, ut eædem hæreſes denuo reſuſcitatæ, aut eorum ſectatores, noua damnatione percellantur, ſed ſatis eſt, ut qui uel prauitatis illorum uel communionis extitere participes, ijdem quoq; eorum damnationi ſubiacere declarentur: & ab uniuerſali Eccleſia dudum refutati deuitentur, ut Gelaſius Papa ſcribit. Sic Fœlix de Acatio hæretico. Acatius, inquit, non fuit nouiuel proprij inuentor erroris, ut in eum noua ſcita prodirent, ſed alieno facinori ſuam communionem miſcuit, itaq; neceſſe eſt, ut in illam recideret iuſta lance ſententiam, quam cum ſuis ſucceſſoribus per conniuentiam ſynodalem ſuſceperat author erroris. Sed hæc tamen omnia de ſententia condemnatoria intelligenda ſunt, ut non ſit neceſſe eum, qui ſe ueteris erroris & communionis hæreticæ ſemel condemnatæ participem fecerit, noua ſententia cõdemnari, quod & Canoniſtæ affirmãt. At nihilominus & hoc iure cautum eſt, ut qui in hæreſim prius damnatam inciderit, neq; habendus ſit pro hæretico, neq; ut hæreticus puniendus, niſi iudicis ſententia pronunciatũ fuerit, cum principali damnatione eſſe aſtrictum, & hanc declaratoriam ſententiam appellant. Sic licet hęretici bonorum ſuorum dominium ipſo iure perdãt, ut Legiſtis etiam placet & hodie in iure Canonico dare deciſum eſt. Tamen niſi lata declaratoria ſententia, ad confiſcationem bonorum perueniri non poteſt. Quod tamen & ipſum de eo crimine accipiendum eſt, de quo Iudici nec per confeſsionẽ, neq; per legitimas probationes, neq; rei ipſius euidẽtia liquet. Nam in notorijs criminibus, quæ declaratione nõ indigent, fortaſſe

24. q. 1. c. Acatius.
Sententia Fœlicis III. in Acatium.

c. ut commiſsi de heret.
c. cum ſecundũ leges eo. tit. lib. 6
Sententia declaratoria.
Dy & Bart. in l. Impera. ff. de turkci. c. cum ſecundũ leges. de heret. lib. 6
An in notorijs opus ſit declaratoria ſententia.

fortaſſe neq; declaratoria neceſſaria erit, quod Dominico placuit, Qui ſatis eſſe putat, ſi hæreticus termino ſibi ad excuſandum factum à Iudice ſtatuto non compareat, neq; excuſationẽ afferat, ut abſq; ſententia etiam declaratoria contra ipſum exequutio fieri poſsit: quanq; ſunt qui in notorijs etiam criminibus declaratoriã exigant, nec ſine ea ad exequutionem procedi poſſe exiſtiment.

De degradatione Clericorum, qui in cauſa hæreſis condẽnati ſunt, & quomodo curiæ ſæculari tradendi. Cap. XIII.

HÆreticus de hæreſi condemnatus, curiæ ſæculari traditur, qui ſi Clericus fuerit, prius degradatẽ. Degradationem ſacri Canones uocant, qua Clericus ordine, dignitate, & priuilegio Clericali exuitẽ, atq; ſpoliatur. Et eſt duplex, uerbalis & actualis: uerbalis eſt, quæ fit à proprio Epiſcopo, aſsiſtentibus ſibi indegradatione presbyteri quidem ſex, & diaconi tribus Epiſcopis: alios autem Clericos in minoribus exiſtentes, Solus Epiſcopus deponendos eſſe definit, modo electus ſit & cõfirmatus, Nam is etſi conſecratus non ſit, degradandum quidem Clericum pronunciat, ſed degradare actualiter non poteſt: qui autem conſecratus eſt, etiam actualiter degradare poteſt. Actualis eſt, quæ fit ab Epiſcopo, in minorib. quidem ordinibus ſolo, in maioribus autem aſsiſtentibus ſibi Epiſcopis in numero à ſacris Canonibus definito, cum ſolenni detractione inſignium Clericalis militiæ: qua quidem à militia ſacra miſſus & exauthoratus omni priuilegio Clericali deſtituitur, atq; hæc quidẽ degradatio ademptis ſingulis ornamentis, ad eius qui degradãdus eſt ordinem pertinentibus, his uel ſimilibus uerbis fit. Authoritate Dei omnipotentis, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ac noſtra auferimus tibi clericalem habitũ, & deponimus, degradamus, ſpoliamus, & exuimus te, omni ordine & benificio, & priuilegio Clericali. Sunt tamen, qui dicant in actuali degradatione in maioribus ordinibus non eſſe neceſſarium, eum numerum Epiſcoporum, qui in uerbali adhibetur, quod Ioan. Andræ, & Guilielmo duranti Speculatori placuit. Philippus differentiam facit inter degradationem uerbalem, qua ſacerdos uel diaconus actualiter degradandus & curiæ ſæculari tradendus pronunciatur: & eam qua tantum priuilegio dignitatũ & ordinum Eccleſiaſticorum priuatur, Nam priori caſu numerum Epiſcoporum à Canonibus definitum, tam in definitione, quam in pronunciatione, neceſſarium eſſe putat: ſed ſi numerus Epiſcoporum haberi non poſsit, putat etiã ſolum Epiſcopum, Clericum perpetuo ſuſpẽdere ab officio & beneficio poſſe: & huiuſmodi ſuſpẽſionem, & ſi depoſitio non ſit: tamen effectum habere eundẽ, quem

c. degradatio. de pen. lib. 6. Degradatio duplex uerbalis & actualis.

Dom. in c. 1. de heret. lib. 6. Philipp. in c. degradatio. de pœnis eod. lib. Detractio inſignium Clericalium.

Verba degradationis.

Io. And. in d. c. degradatio. Spec. in tit. de accuſ. § ſecũdo loco uerſ. ſed et notandum.

uera depoſitio, nec tamen ad degradationem faciendam ſufficere. In poſteriori autem caſu Epiſcopus, remotis etiam Epiſcopis, ſolus aliquem degradandum eſſe, tam diffinire quam pronũciare poteſt. In cauſa aũt hæreſis permiſſum eſt Epiſcopis, ut ſacerdotẽ uel alium Clericum in ſacris ordinibus conſtitutum, cum pro hæreſi fuerit Curiæ ſæculari relinquendus, aut perpetuo carceri mancipandus, conuocatis Abbatibus aliíſuè religioſis perſonis ac literatis ſuę diœceſis, ſoli degradare poſſint. Nec debet Iudex Eccleſiaſticus Clericum degradatum iudici realiter tradere, ſed potius oſtendere & declarare, Clericũ priuilegio Clericali eſſe exutum: Qua quidem declaratione & dominum, & poſſeſsionem Clerici à ſe abdicat. Vnde Iudex ſæcularis Clericum hoc pacto priuiligio clericali exutũ, & actualiter degradatum, & ſi realiter non tradatur, tamen non ſecus atq; Laicum punire poteſt. Addo hic, ea quæ de degradatione Clericorum dicta ſunt, etiam in militibus, & doctoribus locũ habere. Nam & ipſi uerbaliter & realiter degradantur, ut alibi pulchrè declarat Bart. Apud quem & illud quæſitum eſt, an infamiam irroget degradatio. Et ita diſtinguit, ut ſi exauthoratio ſit uerbalis, exauthoratus perdat priuilegia ſui ordinis, ſed nihilominus maneat in ordine, ut miles Clericus eſſet. Sin uerò ſit realis, & in pœnã fiat, infamiam irroget. Idem ſi fiat, ut ſit præparatio ad pœnam imponendam, cuius qui degradandus eſt, quam diu dignitatem ordinis retinet, non eſt capax, ſed ita tamen ſi degradationem ſequatur ſententia. Sin uerò degradatus non condemnetur, non fit infamis, ſed ad irrogandam infamiam nouus proceſſus et ſententia ſuper cognoſcendo crimine requiritur.

[Margin: c.1. de hæreticis lib.6. — Quomodo tradendus eſt curię ſæculari hæreticus. — c. nouimus de uerb. ſignif. — Philipp. in c. degradatio § pœnit de pœn. lib.6. — in l.2. § exercitus ff. de his q̃ not. infam. — Vide Philip. in c. inquiſitionis in princip. de hæret. lib.6.]

De authoritate & officio principum, & poteſtatum ſæcularium, in puniendis hæreticis. Cap. XIIII.

HAbent autem principes & poteſtates ſæculares authoritatem puniendi hæreticos, tam diuino quam humano iure. Primum enim diuinum ius eſt, quod ex ore Apoſtoli pronunciatur. Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem, bonum fac: & habebis laudem ex illa, Dei enim miniſter eſt, tibi in bonum: Si autem maleſeceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, uindex in iram ei qui male agit. Item illud Petri. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ, propter Deum: ſiue Regi, quaſi præcellenti: ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis, ad uindictam male factorum, laudem uerò bonorum. Humanum ius eſt illud, principes ſæculi nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi ut quod non præualent ſacerdotes

[Margin: Poteſtas puniendi hæreti. Rom. 13. — 1. Petri 2. — c. principes 23. q.5.]

dotes efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc imperet per diſ- Poteſtas diſci
ciplinæ terrorem, ſæpe per regnum terrenum cœleſte regnum pro- plinæ terrore,
ficit, ut qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam agunt, ſacerdos doctri
rigore principum conterantur, ipſamq; diſciplinam, quam utilitas næ ſermone utitur contra
Eccleſiæ exercere non præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtas hæreticos.
principalis imponat, & ut uenerationem mereatur, uirtutem poteſtatis impertiatur. Omnium autē maximè hanc poteſtatem in hæreticos & infideles exercere debent principes. Quod & Pſalmo admonentur his uerbis, Et nunc reges intelligite: erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore: & exultate ei cū tremore, Appræhendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de uia iuſta. Tunc autem reges (quod & ſupra dictum eſt) Domino ſeruiunt in timore (ut inquit Auguſtinus) cum ea, quæ contra iuſſa Domini fiunt, religioſa ſeueritate prohibent, Aliter enim ſeruit, quia homo eſt, aliter quia etiam rex eſt. Quia homo eſt, ei ſeruit uiuendo fideliter: quia uerò etiam Rex eſt, ſeruit leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti rigore ſanciendo. Sic ſeruiuit Ezechias, lucos & templa Idolorum, & illa excelſa, quę contra præcepta Dei fuerant conſtructa, deſtruendo. Sicut ſeruiuit Ioſias, talia & ipſe faciendo. Sicut ſeruiuit Rex Niniuitarū, uniuerſam ciuitatem ad placandum Dominum compellendo. Sicut ſeruiuit Darius, Idolum frangendum in poteſtatē Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo. Sicut ſeruiuit Nabuchodonoſor, omnes in regno ſuo poſitos, à blaſphemando Deo lege terribili prohibendo. Porrò in cauſa hæreſis, quemadmodum & in cæteris criminibus Eccleſiaſticis, poteſtas & officium iudicis ſæcularis, in exequendo magis quam in iudicādo uerſatur, ut Canon Bonifacij Papæ octaui declarat. Prohibemus, inquit, diſtrictius poteſtatibus, Dominis temporalibus, et Rectoribus eorundemq; officialiabus, ne ipſi de hoc crimine (cum merè ſit Eccleſiaſticum) quoquo modo cognoſcāt uel iudicēt, ſiue captos pro eodem crimine abſq; Epiſcoporum ſiue Inquiſitorū, aut ſaltē alterius eorundem licentia uel mandato, à carcere liberen', aut exequutionem ſibi pro huiſmodi crimine à diœceſano uel Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitore, iniunctam prompte pro ut ad ſuum ſpectat officium, facere ſeu adimplere detrectent, uel alias Diœceſanorum, aut Inquiſitorum iudicum ſententiam, ſeu proceſſum directe uel indirecte impedire præſumant. Proinde officium Iudicis ſæcularis eſt, non ut hæreticum condemnet, ſed ut contra condemnatum, à Iudice Eccleſiaſtico requiſitus, pœnam iuris exequatur, & ex hoc iure deſcendunt Canones & leges ad exequutionem, à ſęculari iudice contra hæreticos faciendam, pertinentes. Cuiuſmodi ſunt lex Friderici, quam approbat Bonifacius octauus. Leges quaſdam, inquit, per Fridericum olim Imperatorem approbantes, & obſeruari uolentes uni-

Pſal. 2.

Sap. li. 3. c. 9. Epiſt. 50.

4 Reg. 18. 4 Reg. 22. Ioſue. 3. Daniel. 14. Daniel 3.

c. excommunicatus Cle. 2. de hæreticis & c. ad abolendam, & utrobiq; Abbas eo tit. c. ut Inquiſitionis §. prohibemus de hæret. lib. 6.

Officium ſæcularis Iudicis in hæreticos.

uerſos ſæculi poteſtates, & dominos temporales ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorúmq́ locorum rectores, quibuſcunq́ dignitatibus uel officijs aut nominibus cenſeantur, requirimus, & monemus, ut ſicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defenſione fidei diœceſanis Epiſcopis, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis à ſede Apoſtolica deputatis, aut in poſterum deputandis pareant & intendant, in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum ipſorum inueſtigatione, captione, & cuſtodia diligenti, cum ab eis fuerint requiſiti, & ut præfatas perſonas peſtiferas in poteſtatem ſeu carcerem Epiſcoporum, aut Inquiſitorum dictorum, uel ad locũ de quo ipſi uel aliqui ex eis mãdauerint, infra eorundem dominorum poteſtatem, uel Rectorum diſtrictum, ducant, uel duci faciant, ſine mora: ubi per uiros Catholicos à præfatis Epiſcopis ſeu Inquiſitoribus uel eorum aliquos deputatos, ſubarcta & diligenti cuſtodia teneantur, donec eorum negocium per Eccleſiæ iudicium termineutr. Vtq́ de hæreſi à Diœceſano Epiſcopo, uel Inquiſitore ſeu Inquiſitoribus condemnatos, præfati poteſtates, domini temporales, ſiue Rectores, uel eorum officiales, ſeu nuncij ſibi relictos ſtatim recipiant, indilate animaduerſione debita puniendos, non obſtantibus appellationibus, ſeu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum, cum tale beneficium hæreticis & credentibus ac eorum receptatoribus, fautoribus & defenſoribus ſit interdictum.

Vt puniant abſq́ mora damnatos de hæreſi.

Item, Lucius Papa III. Statuimus inſuper, ut Comites, Barones, Rectores, & conſules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commonitionem Epiſcoporũ, præſtito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter & efficaciter, cum ab eis fuerint requiſiti, Eccleſiam contra hæreticos & eorum complices, adiuuabunt, bona fide iuxta officiũ & poſſe ſuum. Si uero id obſeruare noluerint, honore quem obtinent ſpolientur, & ad alios nullatenus aſſumãtur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipſorum interdicto Eccleſiæ ſubponendis. Ciuitas autem, quæ his inſtitutis duxerit reſiſtendum, uel contra commonitionẽ Epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & Epiſcopali ſe nouerit dignitate priuandam. Item Innocentius Papa tertius in Concilio Lateranenſi. Moneantur autem & inducãtur, et ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur ſæculi poteſtates, quibuſcunque fungãtur officijs, ut ſi aut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, quod de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis, uniuerſos hęreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro uiribus exterminare ſtudebunt, ita quodamodo quandocunq́ quis fuerit in poteſtatem ſiue perpetuam ſiue temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Si uerò Dominus temporalis requiſitus & monitus ab Eccleſia, ſuã terram

c. ad abolendã de hæret.

Vt iurent iudices ſeculares, aſſiſtere Inquiſitoribus contra hæreticos.

c. excommunicamus. § moneantur de hæreticis.

purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum & cæteros comprouinciales Epiſcopos excommunicationis uinculo innodetur: & ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ſignificetur hoc ſummo Pontifici, ut ex tunc ipſe uaſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis abſq; ulla contradictione poſsideant, & in fidei puritate conſeruent, ſaluo iure domini principalis: dummodo ſuper hoc ipſo nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat. Eadem nihilominus lege ſeruata, circa eos qui non habent dominos principales. Item Gregorius Papa IX. de eadem abſolutione ſubditorum à fidelitate hæreticorum dominorum. Abſolutos ſe nouerint à debito fidelitatis dominij, & totius obſequij, quicunq; lapſis, manifeſtè in hæreſim, aliquo pacto quacunq; firmitate uallata tenebantur aſtricti.

de hæret. c. fi. Abſoluere ſubditos a debito fidelitatis.

An iudex ſecularis in cauſa hæreſis de proceſſu & uiribus ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici cognoſcere poßit. Caput XV.

QVæſitum ſcio, an iudex ſæcularis in cauſa hæreſis, ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, nulla de iuſtitia ipſius uel cognitione uel fide facta, exequi teneatur. Guiliel. de Cu. & Bartholo uidetur, iudicem ſæcularem noua inquiſitione inſtituta, tam de proceſſu & ſententia iudicis Eccleſiaſtici, quàm de crimine cognoſcere poſſe, ideoq; ipſum non prius ad exequendum ea, quæ ab Eccleſiaſtico iudice iudicata fuerint, quàm ei de iuſtitia eorum cauſa cognita plena fides facta fuerit, teneri. Quam ſententiam hoc argumento confirmant, quod Clerico apud iudicem Eccleſiaſticum accuſato, ac ueritate inuenta, ab honore & gradu ſecundum regulas Eccleſiaſticas eiecto, iudex ciuilis condemnatum Clericum compræhendere, & litem ſecundum leges examinare, & cauſæ finem imponere poſsit, ut Iuſtinianus Imperator conſtituit. Idem ſentiunt Baldus, Albericus, Fulgoſius, & Paulus de Caſtro. Angelus hanc ſententiam hodie correctam eſſe dicit, per quandam Extrauagantem Friderici Paduæ contra hæreticos æditam, illiusq; uerba eſſe apud Inquiſitores hæreticæ prauitatis, & hæc eſt communis opinio Legiſtarum, ut affirmat Imola. Alij autem exiſtimant iudicem ſæcularem in cauſa hæreſis merum exequutorem eſſe, nec de proceſſu uel ſententia iudicis Eccleſiaſtici, nec de crimine cognoſcere poſſe, ſed quod iudex Eccleſiaſticus iudicauerit, ſine mora, & abſq; ullo nouo proceſſu & cognitione, ſæcularem exequi teneri: & hanc ſententiam hodie conſtitutione Bonifacij Papæ VIII. apertè confirmari, & ita

Bart. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdict. om. iud. & in l diuus & in l. non dubium. ff. de cuſtod. reorum.

In Ant. de ſan. ep. §. ſi uero de crimine.

in d. l. magiſtratib. ff. de iuriſdict. om. iud.

Domi. de s. Gē. & Philip. in c. ut inquiſitionis de hæret. lib. 6.

c. ut inquiſitionis. §. prohibemus de hæret. lib. 6.

Bald in Aut. ſi cle. C. de Ep. & cle. Angel. in d. l. diuus, & in l. 1. C. de exhib. reis Saly. in l. ea quidē in 8. col. C. qui accuſ. non poſ. Abbas & Pet. de Anch. in c. at ſi cle. de iud. & in c. 1. de off. ord. Feli. in c. 2. de ſponſalib. l. non tantum. ff. de appel. Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig.

placet Baldo, Salyceto, Iaſoni, Abbati, Petro de Anchorano, & quibuſdam alijs. Nec obſtare huic ſententiæ putant conſtitutionem Iuſtinianicā, ut quæ de crimine mixti fori, cuius cognitio ad utrunque tam Eccleſiaſticum quàm ſæcularem iudicem pertinet, loquitur, non de hæreſi, quod eſt merè Eccleſiaſticum. Et hoc quidam ſpeciale eſſe putant in cauſa hæreſis: In alijs autem Eccleſiaſticis cauſis, dicunt nihil obſtare, quin iudex ſæcularis de proceſſu & ſententia iudicis Eccleſiaſtici cognoſcere poſsit. Alij autem idem in alijs quoq; cauſis merè Eccleſiaſticis obtinere cenſent, ut & in ipſis iudex ſæcularis ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, ut merus exequutor, nulla etiam de proceſſu ſibi fide facta, exequi teneatur. Nam in exequutione iuſtitiæ iudex ſæcularis inferior eſt iudice Eccleſiaſtico, nihil igitur mirum ſi parere in his debeat Eccleſiaſtico, non de ipſius facto cognoſcere poſsit: niſi iudici ſæculari liquido conſtaret, ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, uel nullam eſſe uel notorie iniuſtam & iniquam, quo caſu ſi cauſa fuerit criminalis, exequi eam minimè teneatur, neq; enim quod iniuſtum eſt, contra conſcientiam ſuam exequi debet. Proinde hoc caſu iudex ſæcularis in cauſis etiam merè Eccleſiaſticis, ſi conſtiterit ei, ſententiam apertè eſſe iniquam, cauſam referet ad iudicem Eccleſiaſticum, melius cognoſcendam. Quemadmodum ordinarius, cui mandatur à delegato principis, ut à ſe latam ſententiam exequatur: ſi iniquam eſſe cognouerit, delegatum conſulet, & ſecundum mandatum expectabit. Addo tamen iudicem ſæcularem etiam de nullitate ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici cognoſcere poſſe, ſi ſententia pro-

c. ſi eo. tēpore de reſcrip li. 6. Tex. in l. diuus ff. de teſta mil. tex. in l. nō erit §. dato. ff. de iur. iur. Arch. in d. c. ſi eo. tempore. Bart. Soccinus conſilio 81. quarti uolu.

pter defectum iuriſdictionis fuerit nulla, ueluti ſi ex reſcripto delegati conſtiterit, Inquiſitorem nullam inquirendi facultatem habere, ut Ioan. And. Archidiacono, & Dominico placet. Idem, ſi de poteſtate ipſius dubitetur, quia ante omnia iudici exequutori de iuriſdictione conſtare debet. Et hæc omnia ita accipienda ſunt, ſi iudex principaliter de cauſa cognouerit, ut ſententiā à iudice Eccleſiaſtico latam exequi teneatur; nec de uiribus eius cognoſcere poſsit, niſi ſententiam ſciat uel ſuſpicetur apertè iniquam, ut tunc ipſam ad iudicem Eccleſiaſticum melius examinandam remittat. Sin uerò propter defectum iuriſdictionis ipſam nullam eſſe cognouerit, uel de iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici probabiliter dubitauerit, etiam de nullitate cognoſcat. Sin uerò quæſtio nullitatis ſententię, incidenter mota fuerit, nihil prohibet quin iudex de nullitate ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici & in cauſis merè Eccleſiaſticis cognoſcere poſsit. Quod & in ſen-

L. quoties C. de iud. & c. cū ueniſſent, et ibi not. extra de iudicijs.

tentijs aliorum iudicum ſuperiorum locum habet, de quarum nullitate etiam inferiores iudices cognoſcere poſſunt, ueluti ſi coram inferiore iudice petita exequutione ſententiæ iudicis ſuperioris excipiatur, ſententiam eſſe nullam, inferior iudex de nullitate cognoſcet, nam hoc caſu iuriſdictio ſua propter incidentiam cauſæ augetur.

Idem

Idem dicendum, ſi ex actis cauſæ apertè de nullitate conſtet. Nam hoc caſu, & nullo de nullitate excipiente, iudex inferior de nullitate ſententiæ ſuperioris cognoſcet: & generaliter quoties coram inferiore iudice opponitur exceptio contra, executio ſententiæ ſuperioris iudicis impeditur, de tali exceptione iudex inferior cognoſcet, niſi ſententia propter ſordes nulla eſſe diceretur, quo caſu de nullitate ſuperior cognoſcet. Et ad hunc ſenſum accipiendum eſt, quod Fœlinus alibi dicit, quem refert Hyppol. de Marſ. in ſingularibus ſuis, ſæcularem de nullitate abſolutionis à iuramento, factæ per Eccleſiaſticum cognoſcere poſſe. Item iudicem ſæcularem, non teneri ad exequendum præceptum iudicis Eccleſiaſtici, ſi ſciat uel ſuſpicetur ipſum eſſe iniuſtum.

Ioan. and. in c. ſtatutum in fi. de reſcrip. li. 6 Bald. in l. aduerſus. C. ſi aduerſ. rem iudi. c. de accu. li. 4. Bart. & Saly. in l. ſi ut propon. C. quomodo, & quã do iud. doct. in c dilecto, de appel. & in l ſi expreſſim, ubi Aug. Areti. ff. de appella.

An in cauſa hæreſis à iudicum ſententia liceat appellare. *Caput XVI.*

POſtremò illud quoque in quæſtionem cadit, an condemnatus in cauſa hæreſis, à ſententia contra ſe lata appellare poſsit? Arcadius & Honorius interponendæ prouocationis remedium etiam ijs indulgent, qui pro immanitate criminum ultimo ſupplicio addicti atque damnari fuerint: conſtituentes, ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis ſalutem per errorem uel gratiam oppreſſa putatur eſſe iuſtitia. Si tamen reus criminis argumentis conuictus, teſtibus ſuperatus, ac uoce propria uitium ſceleriſque confeſſus fuerit, non auditur appellans, ut Conſtantinus Imperator conſtituit. Et hæc quidem in uniuerſum de omnibus criminibus accipienda ſunt. Sed Fridericus Imperator lege lata ſpecialiter ſanciuit, ne eorum appellationes, quæ in cauſa hæreſis interpoſitæ fuerint, ſiue ut hæretici, ſiue ut credentes eis, ſiue ut fautores, receptatores & defenſores eorum, condemnati fuerint, recipiantur. Dominicus de Sancto Geminiano eius conſtitutionis uerba refert in hunc modum. Omne inſuper appellationis ſiue proclamationis beneficium, ab hæreticis, receptatoribus & fautoribus eorum penitus amouemus. Quam conſtitutionem Bonifacius Papa VIII. confirmat his uerbis. Leges quaſdam per Fridericum olim Romanorum Imperatorem tunc in deuotione Romanæ perſiſtentem Eccleſiæ promulgatas approbantes, & obſeruari uolentes, uniuerſos ſæculi poteſtates, & dominos temporales, ac prouinciarũ, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorũ Rectores requirimus & monemus, ut de hæreſi à diœceſano Epiſcopo, uel Inquiſitore, ſeu Inquiſitoribus condemnatos, ſibi relictos ſtatim recipiãt, indilate animaduerſione debita puniendos: non obſtantibus appellationibus, ſeu proclama-

L. addictos C. de appel l. addictos. C. de Epiſc. aud.

L. 2. C. quorũ appel. non recipiuntur.

Verba Cõſtitutionis Friderici Imp.

c. ut inquiſitionis. de hæret. lib. 6.

tionibus prædictorum nequitiæ filiorum: Cum tam ſecundum ordinationem prędeceſſorum noſtrorum, quàm ſecundum legem Imperialem appellationis & proclamationis beneficium expreſſe ſit hęreticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus & defenſoribus interdictum. Hæ autem conſtitutiones tum demum locum habent, ſi uel per confeſsionem rei, uel per legitimas probationes, & indubitata indicia, ac argumenta cõdemnatum conſtiterit eſſe hæreticum, credentem, fautorem, receptatorem, uel defenſorem: nam tunc appellans non auditur. Sin uerò non conſtiterit eum eſſe talem, non eſt ei beneficium appellationis auferendum. Neq; enim cuiquam deneganda eſt legitima defenſio, maximè in tanto crimine, in quo cautè procedendum eſt. Et ita Dominico placet. Cæterum omnia hæc de ea appellatione intelliguntur, quæ lata definitiua ſententia, interponitur. Nam ab interloquutorijs in proceſſu accuſationis uel inquiſitionis latis non prohibentur, ſi qui grauati & opprefsi fuerint, appellare. Siquidem opprefsi dicuntur, qui ante ſententiam definitiuam fuerint grauati. Omnis autem oppreſſus liberè ſacerdotum, ſi uoluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, ſed ab his ſulciatur, & liberetur, & audiatur, ut inquit Anacletus Papa.

Determinatio huius quęſtionis.

Domi. in c. ut inquiſitionis nu. 8. de heret. lib. 6.

c. ut officium de heret. lib. 6 extra de excep. c. cum inter. c. nõ ita. 2. q. 6.

De hære-

DE HAERETICIS ET SCHISMATICIS LIBER QVINTVS, QVI EST DE POENIS HÆRETICORVM.

De pœnis hæreticorum, Caput I.

DIximus ſuperiori libro, quomodo in cauſa hæreſis procedendum ſit, quomodo hæretici condemnandi, & qua ratione contra eos exequenda ſententia: Hoc libro de pœnis hæreticorum dicemus. Erunt autē pœnæ pro qualitate perſonarum, uel mitius uel durius cōſtituendę. Aliter enim puniendi ſunt authores, aliter defenſores, fautores, receptatores: aliter pauci & ſinguli, aliter omnes & ipſæ multitudines. In quibus omnibus ea moderatio adhibenda eſt, ut magis in commune proſit pœna, quàm obſit. Breuiter iudex in infligendis pœnis officio medici, paſtoris, & holitoris utatur. Nam ut medicus languentia membra, holitor ramos marcentes, paſtor pecus morbidum ſanare: & ille quidem in corpore, alter in arbore, tertiùs in grege, quod languet conſeruare, & ſanitati & uigori reſtituere curant, ſi ſalutis recuperandæ & conſeruandæ ſpem aliquam ſupereſſe uiderint. Sin uerò corpori, arbori, & gregi, ex languore membri, rami, & pecoris, periculum imminere uiderint, ille membrum reſecat, hic ramum abſcindit, tertius pecus ex grege ejicit: ne corpus, arbor, & grex, quorum partes ſunt, pereant. Ita & iudex hæreticum, de quo ſanando & ad unitatem Eccleſiæ reuocando ſpem habet, primum admonitionibus, doctrina, & quibuſcunque alijs modis, ab errore ad unitatem Catholicam reducere debet: Sin uero de ipſius ſalute deſperet, & inſuper periculum ſit, ne huiuſmodi malum latius ſerpat, & alia quoque membra, totumque adeo Eccleſiæ corpus contagione inficiat, tum profectò curare debet, ut huiuſmodi membrum à toto corpore reſecetur. Et hoc eſt quod ante diximus, primum manſuetudinem, & illa nihil proficiente, tum adhibendam eſſe ſeueritatem. Hanc in facinoroſos animaduertendi rationem, ſancti patres præſcribunt. Corripiantur, inquit Auguſtinus, à præpoſitis ſuis ſubditi correctionibus de charitate uenientibus, pro culparum diuerſitate diuerſis uel minoribus uel amplioribus. Quia & ipſa, quæ damnatio nominatur, quam facit Epiſcopale iudicium (qua pœna in Eccleſia nulla

Pœnę ex qualitate perſonarum diuerſificantur.

Iudex in puniendo uti debet officio Medici Paſtoris et holitoris.

Officiū Iudicis erga hæreticum.

c. corripiātur 24. q. 1.

Excommunicatione hęretico inflictam potest Deus per pœnitentiam ſalubrem facere.

nulla maior eſt) poteſt, ſi Deus uoluerit, in correctionem ſaluberrimam cedere atq; proficere. Neq; enim ſcimus quid cõtingat ſequenti die, aut ante finem uitæ huius, nec de aliquo tali deſperandum eſt, aut contradici Deo poteſt, ne reſpiciat, & det pœnitentiam, & accepto ſacrificio ſpiritus contribulati, cordiſq; contriti à reatu (quamuis iuſtæ damnationis) abſoluat damnatum, quem ipſe non damnat. Paſtoris tamen neceſsitas habet (ne per plures ſerpat dira contagia) ſeparari ab ouibus ſanis morbidam, ab illo (cui nihil eſt impoſsibile) ipſa forſitan ſeparatione ſanandam. Item Proſper, Ecce autem crimina quorumlibet, ſi ipſis criminoſis confiteri nolentibus, undecunq; clarueririt, quæcunq; non fuerint pœnitentiæ leni medicamento ſanata, ueluti igne quodam piæ increpationis urenda ſunt, & curanda: Quod ſi nec ſic quidem æquanimiter ſuſtinentis ac piè increpantis medela proceſſerit, tum eis, qui diu portati, & ſalubriter obiurgati, corrigi noluerint, tanquam putridæ corporis partes debent ferro excommunicationis abſcindi: ne ſicut caro morbis emortua (ſi abſciſſa non fuerit) ſalutẽ reliquæ carnis, putredinis ſuæ contagione corrumpit. Ita iſti, qui emendari deſpiciũt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi morbus deprauatis in ſanctorum ſocietate permanſerit, eos exemplo ſuæ perditionis interficiant. Et de hæreticis obduratis & incorrigibilibus Hieronymus. Reſecandæ ſunt (inquit) putridæ carnes, extinguenda fauilla, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda: ne tota domus maſſa corpus & pecora ardeant corrumpantur, putreſcant, intereant. Arrius in Alexandria una ſcintilla fuit, quoniam non ſtatim oppreſſus eſt, per totũ orbem eius flamma populata eſt. In puniendis igitur perſonis hæreticorũ hic ordo ſeruandus eſt, ut primum in hæreſum nouarum authores & inuentores, & ueterum reſuſcitatores animaduertatur: his enim punitis, facile deceptorum multitudo reuertitur. Ideo enim magiſtri hæreticorum percutiũtur, ut ſalui fiant diſcipuli, inquit Hieronymus in Amos prophetam. De quibus illud prophetæ accipiendum eſt. Et erit quaſi damula fugiens, & quaſi ouis: & non erit qui congreget: unuſquiſq; ad populum ſuum reuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient. Quo loco Hieronymus. Magiſtri, inquit, hæreticorum damulæ ſunt, diſcipuli grex ouium, quaſi bruta animalia, hinc atq; illinc errantia, & non habent qui eos dirigant, nec habent eum, de quo ſcriptum eſt. A Domino greſſus hominis dirigitur. Hij liberati à magiſtris peſsimis, conuertentur ad populum ſuum, & ſinguli ad terram ſuam fugient, id eſt, ad unitatem Catholicæ conuertentur. Et de ſchiſmaticorum magiſtris intelligitur illud Amos prophetæ. Et ſuccendam ignem in muro Rabbath, & deuorabit ædes eius in ululatu in die belli, in turbine, in die cõmotionis, & ibit Melchon in captiuitatem, ipſi principes eius ſimul, dicit Dominus. Rabbath multitudo à ſchiſmaticis

Margin notes: e ecce. 24. q. 3. — Quando tandem urendum eſt ferro excõmunicationis. — e. reſecandæ. 24. q. 3. — Primum puniendi ſunt inuẽtores aut reſuſcitatores hæreſum. — Eſa. 13. — Prouerb. 16. — Amos 1.

maticis decepta, Mełchon author ſedicionis eſt, principes eius ſectatores. Redactis igitur in captiuitatem authoribus et ſchiſmaticis, & eorum fautoribus: multitudo ipſa, quę ab Eccleſia diuiſa & ſeparata fuerat, unitati eiuſdem reconciliabitur. Tunc fiet illud, quod de reuertente olim multitudine deceptorum in Aphrica narrat Beatus Auguſtinus. Nempe, uidebimus in Chriſti pace lætitias, frequẽtias, alacritates, & ad hymnos audiendos & canendos, & ad uerbũ Dei audiendum celebres, hilareſq́ conuentus multorumq́ in eis cum magno dolore recordationem præteriti erroris, & cum gaudio conſyderationem cognitæ ueritatis, & cum indignatione & deteſtatione mendacium magiſtrorum. Aug. epiſt. 50.

De uindicta diuina in hæreticos. *Cap. II.*

POenę in hęreticos ſtatutæ, quædam diuinæ ſunt, quædam humanæ: Diuinæ quidẽ, Nã & ipſe Dominus irridebit eos, & ſubſannabit eos, & tũc loquet̃ ad eos in ira ſua, & in furore ſuo cõturbabit eos, ut & diuina lege ſancitur, & propheticæ & Apoſtolicæ uoces teſtantur. Diuina lex eſt in Deuteronomio. Si tibi uult perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, uel filia, ſiue uxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis ut animam tuam, clam dicens, Eamus, & ſeruiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, cunctarum in circuitu gentium, qui iuxta uel procul ſunt, ab initio uſq́ ad finem terræ: non acquieſcas ei, nec audias, neq́ parcat ei oculus tuus, ut miſerearis & occultes eum, ſed ſtatim interficies. Sit primum manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum, lapidibus obrutus necabitur: quia uoluit te abſtrahere à domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis: ut & omnis Iſraël audiens timeat, & nequaquã ultra faciat quippiam huius rei ſimile. Pſal. 2. Textus legis Diuinæ. Deut. 13. 23. q. 4. c. Eſt iniuſta.

Propheticum oraculum ita habet. Falſo prophetæ iſti uaticinantur in nomine meo: non enim miſi eos, & non præcepi eis, neq́ locutus ſum ad eos: Viſionem mendacem, & diuinationẽ fraudulentam & ſeductionem cordis ſui prophetant uobis. Ideo hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo mendacium. Erũt proiecti in uijs Hieruſalem, & conculcatio omnium piè confitentium me, & non erit qui ſepeliat eos. Et alius propheta. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt, Ipſe confringet ſimulachra eorum, & depopulabitur aras eorũ, quia tunc dicent, Non eſt rex nobis: Non enim timemus Dominum &c. Et infra. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis eius ſuper eum ueniet, & opprobrium illius reſtituet ei Dominus. Vbi in expoſitione ſua ſic ait Hieronymus. Semper enim ad iracundiam prouocant clementem Dominum, & qui mauult pœnitentiam peccatoris, quam mortẽ du- Hiere. 14. Oſeæ. 10. Idem c. 13. lib. 3. in cõmẽt.

ricia

Abacuc.2. ricia cordis ſui compellunt:& ſanguis eorum, quo & ſuum & multorum effuderunt ſanguinem, ueniet ſuper caput eorum:& opprobria, Lib.1.commẽt. quibus Dominũ blaſphemauerunt, reſtituet eis Dominus &c. Et alius item propheta. Vę ei (inquit) qui multiplicant non ſua, Vſq; quo & aggrauat contra ſe denſum lutum? Numquid non repente conſurgent qui mordeant te?&c. Vbi rurſus Hieronymus hæc de hæreticis dicta eſſe affirmat. Ipſi ſiquidem uerè multiplicant nõ ſua, & quaſi grauiſsimum lutum, & ponderoſam torquem, qua pertrahantur ad pœnas, ſibi congregantes, ſpoliant gentes multas, & effundunt ſanguinem hominũ, & impietatem exercent in Eccleſiam, & in omnes habitatores eius. Sed reliqui populi, Eccleſiaſtici uidelicet uiri, qui non fuerunt eorum errore decepti, ſubito conſurgent & euigilabunt quaſi de graui ſomno, mordebunt eos, & inſidiabuntur illis, & habebunt eos in prædam. Deniq; idem Hieronymus in pœnam hæreticorum adducit illud Eſaiæ terribile teſtimonium. Hiero.li.4. cõmẽt ſuper Eſaiam c. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent cauſę humilium populi mei, ut eſſent uiduæ præda eorum, & pupillos diripèrent. Quid facietis in die uiſitationis & calamitatis de longe uenientis? Ad hæc ſic ait Hieronymus. Omnis enim hæreticus ſcribit iniquitatem, ut pauperes & humiles pópuli decipiat, uiduas & pupillos diripiat. Qui enim diues eſt (de quo legimus, Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ, Prouerb.13. non ſuſtinet cõminationem) non cito ab eis capitur. Pauper autem, & qui humilis eſt & paruus in populis, cito ab eis ſcandalizatur. Vidua quoq;, quæ perdiderit Deum, & pupillus qui patrem amiſerit Deut.32. creatorem: De quo ſcriptum eſt: Qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Dei creatoris tui: facile ſupplantantur. Quid igitur facient in Rom.10. die iudicij, cum tantos deceperint: & calamitatis de longe uenientis? Sicut enim ad iuſtum uirum dicitur. Propè eſt uerbum in ore tuo: Et Luc.17. in alio loco. Regnum Dei intra uos: Sic hæreticorum calamitas de longe ueniet, multo eis tempore præparata. Ad quem confugient, cum fictum habeant Deum? Cui traderet gloriam ſuam, cum ſimulata ſint omnia? Nec poterũt euadere uincula, cum plurimos ligauerint. Et tantum ex Prophetis de diuina in hæreticos pœna. Au-2.Petri.2. diamus iam Apoſtolicam uocem. Fuerunt uerò & pſeudopropheteę Iudicium Dei in pſeudoprophetas. (inquit Petrus Apoſtolus) in populo, ſicut & in uobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos Deum negãt: ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blaſphemabitur: & in auaritia fictis uerbis de uobis negociabũtur. Quibus iudicium iam olim non ceſſat: & perditio eorum non dormitat. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in Tartarũ tradidit cruciãdos, in iudiciũ reſeruari; Et originali mundo non

non pepercit: ſed Octauum Noe iuſtitiæ Præconem cuſtodiuit, di- *Geneſ.7.*
luuium mundo impiorum inducens: & ciuitates Sodomorum &
Gomorreorum in cinerē redigens, euerſione damnauit: exemplum
eorum, qui impiè acturi ſunt ponēs: & iuſtum Loth oppreſſum à ne-
phandorū iniuria & luxorioſa conuerſatione eripuit: aſpectu enim *Geneſ.19.*
& auditu iuſtus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam
iuſtam iniquis operibus cruciabant: Nouit Deus pios de tentatione
eripere, Iniquos uerò in diem iudicij reſeruare cruciandos. Et Iudas
Apoſtolus de eiſdem loquens, Prophetauit autem, inquit, de his ſep-
timus ab Adam Enoch dicens. Ecce ueniet Dominus in ſanctis mil-
libus ſuis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes de omni-
bus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omni-
bus duris, quæ locuti ſunt aduerſus Deum, peccatores impij.

De pœnis Canonicis hæreticorum, Cap. III.

HVmanarum pœnarum in hæreticos conſtitutarum, *Multiplex genus pœnarū in hæreticos.*
quædam Eccleſiaſticæ ſunt ſiue Canonicæ, quędam
Ciuiles, & quædam mixtæ: & inter has quædam ad
honores & exiſtimationem, quædam ad bona, quæ-
dam ad corporalem coërcionem ſpectant. Nam in
his ferè generibus omnis cognitio uerſatur, ut Caliſtratus iurecon-
ſultus docet. Sunt igitur pœnæ Canonicæ, quas ſacri Canones *l. cognitionum in princip. ff. de uer. & extra ord. cri.*
ſanxerunt, ut excommunicatio, Eccleſiaſticæ ſepulturæ priuatio:
dignitatum, beneficiorum et officiorum Eccleſiaſticorum deſtitutio.
Ciuiles ſunt, quas leges ciuiles ſtatuerunt, ſiue ciuiles ſiue criminales,
ut interdictio priuilegiorum & beneficiorum iuris, mulctæ pecunia-
riæ, exilium, ultimum ſupplicium, Bannum. Mixtæ ſunt, quas com-
muniter ſacri Canones & leges imperatoriæ conſtituerunt, ut bo-
norum confiſcatio, fidelitatis ſubditorum relaxatio, infamia, inter-
dictio tam Eccleſiarum quam actuum Eccleſiaſticorum. Inter pœnas
igitur Canonicas, prima & præcipua eſt Excommunicatio, de qua
ita conſtituit Innocentius Papa III. Excommunicamus itaq;, & ana-
thematizamus omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus hanc ſan- *c. excommunicamus. 1. in princip. de hæret.*
ctam Orthodoxam & Catholicam fidem, quam ſuperius expoſui-
mus: condemnantes uniuerſos hæreticos, quibuſcunq; nominibus
cenſeantur. Item Gregorius Papa IX. Excommunicamus (inquit)
& anathematizamus uniuerſos hæreticos, Catharos, Patharenos,
pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Thoſſepinios, Arnoldiſtas,
Speroniſtas, & alios quibuſcunq; nominibus cenſeantur: facies qui
dem habentes diuerſas, caudas autem ad inuicem colligatas, quia de
uanitate conueniunt in idipſum. Anathema & excommunicatio
non differunt re ipſa, ſed forma tantum & ſolennitate. Veteres *Actione 1. Synodi Quintæ.*
anathema

anathema in hunc ferè modum pronunciare ſolebant. Sint ergo. N, & N. & ipſorum impium dogma cum communicantibus ipſis, anathema, & anathema à patre, & filio, & ſancto ſpiritu, in cœlo & in terra, & in iſto ſæculo & in futuro. Debent autem duodecim ſacerdotes Epiſcopum circumſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis uel excommunicationis proijcere debent in terram, & conculcare pedibus, deinde epiſtola per parochias mittatur, continens excommunicatorum nomina, & cauſam excommunicationis. Item de eadem re Auraſicum Concilium. Canonica inſtituta, & ſanctorum patrum exempla ſequentes, Eccleſiarū Dei uiolatores, authoritate Dei & iudicio ſancti ſpiritus, à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quouſq; reſipiſcant, & Eccleſiæ Dei ſatisfaciant. De pœna autem, qua hæretici à dignitatibus, beneficijs, & ordinibus, et officijs Eccleſiaſticis repelluntur, ita ſanxit Gregorius Papa IX. Hæretici autem, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumq; filij uſq; ad ſecundam generationem, ad nullum Eccleſiaſticum beneficium ſeu officium publicum admittantur. Quòd ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Quo loco per generationem ſecundam in maſculina linea primum & ſecundum gradum accipimus. In fœminina autem & materna linea, huiuſmodi conſtitutio ad primū tantum gradum extenditur, ut Bonifacius Papa VIII. declarat. Præterea eadem conſtitutio, de filijs & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe uel tales etiam deceſsiſſe probantur, intelligendum eſſe uidetur. Non autē illorum quos emendatos eſſe conſtiterit & reincorporatos Eccleſiæ unitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam ipſi uel iam perceperunt, uel humiliter per ſequutioni eius inſiſtunt, uel parati fuerint ad recipiendam eam. Sed & qui precibus hæreticorum beneficia fuerint adepti ea perdunt, ut in eodem Canone ſequitur. Adhæc quoſcunq; uiros Eccleſiaſticos, qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum, dignitates, perſonatus, & quæcunq; alia Eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquiſitis, uolentes quod tales, & careant habitis perpetuo: & ſi receperint illa ſcienter, ad alia uel ſimilia nequaquàm in poſterum admittantur. Alia pœna Canonica in hæreticos ſtatuta eſt, ut ipſis et eorum fautoribus, in huiuſmodi crimine decedentibus, ſepultura negetur, neq; oblatio pro ipſis fiat aut oratio.

c. debent. 11. q. 3.

c. canonica. 11. q. 3.

Priuatio beneficiorum Eccleſiaſticorum.

c. 1. §. hæret. & §. adhæc, de hæret. li. 6.

c. ſtatutum. de hæret. lib. 6.

c. quicunq;. §. ad hæc, de hæret. lib. 6.

Omnes

Omnes Eccleſias & Eccleſiaſticos actus, hæreticis & ſchiſmaticis eſſe interdictos, Caput IIII.

CAtholicis hæc propria ſunt, Eccleſias ædificare, & habere, de religione diſputare, docere Catholicam fidem, Epiſcopos creare, & alios ordines conferre, & in alijs etiam rebus Eccleſiaſticam Iurisdictionem exercere, & ſi qua ſunt ſimilia, ad Eccleſiaſticarum rerum diſpenſationem pertinentia. Hæc autem omnia tam ſacris canonibus quàm legibus ciuilibus, hæreticis ſunt interdicta, Neq; enim ullam in Eccleſia poteſtatẽ aut iurisdictionem habẽt, ut qui ab unione Eccleſię ſunt ſeparati. De quibus dicitur. *1. Ioan. 2.*
Ex nobis exierũt, ſed non fuerunt ex nobis, ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utiq; nobiſcum. Item, Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non mecum colligit, ſpargit. Item, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus. *Luc. 11.* Si autem qui Eccleſiam contemnunt Ethnici & publicani habentur, multo magis utiq; rebelles & hoſtes, falſa altaria, & illicita ſacerdotia, & ſacrificia ſacrilega, & nomina adulterata fingẽtes, inter hæreticos neceſſe eſt, cõputentur, ut inquit Cyprian. *Matt. 18.* *lib. 4. epiſtolarum Epiſt. 6.* Itaq; hæretici in Eccleſia neq; ligãdi neq; ſoluẽdi poteſtatem habent. De qua re Alexander Papa II. Valeriano Epiſcopo & martyri, in hunc modũ reſcribit. *c. audiuimus 24. q. 1* Qui ex corde ſuo nouam hęreſim confinxerit, ex quo talia prædicare cœpit, neminem damnare potuit: quia nec poteſt deijcere quenquam iam proſtratus, ligandi namq; uel ſoluendi poteſtas, ueris non falſis ſacerdotibus à Domino tradita eſt. *Nulla hæreticis eſt ligãdi aut ſoluẽdi poteſtas.* Apoſtolis enim dicturus, quorum peccata. &c. præmiſit. *Ioan. 20.* Accipite Spiritum Sanctum: ut euidenter cunctis oſtenderet, eum qui Spiritum Sanctum non habet, peccata non poſſe tenere, uel remittere. Porrò Spiritum Sanctum nemo niſi intra Eccleſiam accipit, quia & ipſam unitatem per gratiam accipit, unde non niſi congregatis in unum dictum eſt. Accipite Spiritum Sanctum, Nec niſi ſuper congregatos in unum in die Pentecoſtes deſcendit Spiritus Sanctus. Sicut autem extra Eccleſiam non accipitur, ita etiam extra eam nihil operatur. *Extra Eccleſiam nihil operatur Spiritus Sanctus.* Cum ergo (ſicut Apoſtolus ait) Spiritus ſanctus poſtulet, Spiritus Sanctus impetret, extra Eccleſiam nec impetrare facit, nec poſtulare. Vnde Dominus dicturus, quodcunq; petieritis &c. præmiſit. *1. Cor. 10.* Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terrã de omni re &c. Et iterum, Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum: *Ioan. 15.* Nimirum cunctis oſtendens, ſe non habitare in cordibus eorum, qui ſuperbiæ ſingularitatem ſequuti, à corporis Chriſti compage ſemetipſos abrumpunt, in quibus autem Chriſtus nõ habitat, in eis ſpiritus ſanctus, mentium ſciſſuras refugiens, locum non habet. *Matth. 18.* Cum ergo peccata dimittere, uel tenere, excommunicare, uel reconciliare, opus ſit Spiritus Sancti, & uirtus Chriſti, apparet

quod hi qui extra Eccleſiam ſunt, nec ligare poſſunt, nec ſoluere, nec
reconciliando Eccleſiaſticæ communioni reddere, nec excommuni-
cãdo eius ſocietate priuare: Qua ipſi, hæreſi uel ſchiſmate polluti, ſiue
ſententia notati, penitus carere probãtur. Vnde cum omnibus diſci-
cipulis parem ligandi atq; ſoluendi poteſtatem Dominus daret, Pe-
tro pro omnibus & pręomnibus, claues regni cœlorum ſe daturum
promiſit, dicens. Tibi dabo claues regni cœlorum. Quicunq; ergo
ab unitate Eccleſiæ, quæ per Petrum intelligitur, fuerit alienus, execra
re poteſt, conſecrare non ualet, excomunicationis uel reconciliatio-
nis poteſtatem non habet. Item Cęleſtinus Papa, orientalibus Epi-
c.ait.24.q.1.et ſeq. ſcopis ſcribẽs, ait: Si quis ab Epiſcopo Neſtorio, uel ab alijs qui cum
ſequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, uel excommunicatus
uel exutus eſt ſeu Antiſtitis ſeu Clerici dignitate, in noſtra hunc com-
munione duraſſe, & durare manifeſtum eſt: nec iudicamus eum eſſe
remotum, quia non poterat quenquam eius remouere ſententia, qui
iam ſe prębuerat ipſe remouendum: Nec deijcere quenquam poſſunt
ipſi iam proſtrati. Proinde irritum eſt & inane, quicquid hoc-
Nulla hæreti- modo ab hæreticis attentatum fuerit, ut Marcellus Papa definit. Ne
cis poteſtas de quaquam, inquit, quod contra Euangelicam, uel propheticam, uel
ponẽdi aut ex Apoſtolicam doctrinam conſtitutionemuè eorum, ſiue ſanctorum
communicãdi patrum actum fuerit, ſtabit: & quod ab infidelibus uel hæreticis fa-
Catholicos. ctum fuerit, omnino caſsabitur. Sic Athanaſij aliorumq; Catholico-
rum Epiſcoporum depoſitiones, quas ab Arrianis paſsi fuerant, à
Iulio Pontifice: Et excõmunicatio a Dioſcoro in Leonẽ Papam la-
ta, à Concilio Chalcedonenſi: & multa alia hæreticorum iudicia à
Sanctiſsimis Pontificibus & ſacroſanctis Concilijs, caſſata reperi-
untur. Sed audiamus de eadem re leges Ciuiles Imperatorum.
l.damnato C. de heret. Ac primũ quidem Theodoſius & Valentinianus conſtituerũt, hæ-
reticos etiã nomine Chriſtianorum eſſe denudandos, & ab authori-
bus & magiſtris ſuis denominãdos, ut ab Arrio Arrianos, à Neſto-
rio Neſtorianos &c. dignum eſſe rati, ut quorũ ſcelus indeſerendo
Deũ imitati fuerint, eorũ quoq; uocabulũ ſortiãtur. Immo nec aliqua
hæreticorum nominum in diſputationibus honorifica mentio fieri
debet. De Eccleſijs autem, & ſacris conuentibus, & miniſterijs hære-
ticis interdictis, tales ferè extant Imperatorum leges. Nullis hæreti-
cis (inquiũt Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius) miniſterio-
l.2.C.de ſum. trin. & fid. Catho. rum locus, nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam pa
teat occaſio. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congre-
gationibus turbæ, unius & ſummi Dei nomen ubiq; celebretur: Ni-
cænę fidei dudum à maioribus traditę, & diuinæ religionis teſtimo-
nio atq; aſſertione firmatæ obſeruantia, ſemper manſura teneat. Et
poſt pauca. Qui uerò non ijſdem inſeruiunt, deſinãt affectatis dolis
alienum ueræ religionis nomen aſſumere, & ſuis apertis criminibus
denoten-

denotentur ab omni ſubmoti, Eccleſiarum limine penitus arceantur:cum omnes hæreticos illicitas agere intra oppida congregationes uetemus, ac ſi quid eruptio factioſa tentauerit, ab ipſis etiam urbium mœnibus exterminato furore propelli iubemus, ut cunctis Orthodoxis Epiſcopis, qui Nicænam fidem obtinent, Catholicæ Eccleſiæ toto orbe reddantur. Item Arcadius & Honorius, Cuncti hære tici procul dubio nouerint omnia ſibi loca adimenda eſſe, ſiue ſub Eccleſiarũ nomine teneãtur, ſiue diaconica appellentur, uel etiam decanica, ſiue in priuatis ędibus uel locis huiuſmodi cœtibus copiã præbere uidentur, his ædibus uel locis priuatis Eccleſiæ Catholicæ uendicandis. Ad hoc interdicatur his omnibus, ad letaniam faciendam noctu uel die prophanis coire conuentionibus, ſtatuta uidelicet condemnatione centum librarum auri contra magiſtratum, ſi quid huiuſmodi fieri uel in publicis uel in priuatis ædibus concedatur. Itẽ, Valentinianus & Martianus. Vniuerſi, inquiunt, Apollinariſtę, & Eutichianiſtæ, non Eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant, parasynaxim & conuenticulam tam diurnam quam nocturnam non contrahant, neq; ad domum, neq; ad poſſeſsiones cuiuſq;, neq; ad monaſterium, uel quemcunq; alterũ locum operaturi ſectæ funeſtiſsimæ congregentur. Quod ſi hoc fecerint, & hoc factũ domino uolente conſtiterit, poſt rem in examine iudicis approbatã: domum uel poſſeſsionem, in qua conuenerunt, uel moſterium, eius ciuitatis Orthodoxæ Eccleſiæ, in cuius territorio eſt; iubemus addici: Si uerò ignorante domino, ſciente uerò eo, qui penſionem eius domus exigit, uel actore uel conductore prædij, paraſynaxim & conuenticulam interdictã collegerint, conductor uel procurator, ſiue actor, uel quicunq; eos in domũ uel in poſſeſsiones, uel in monaſterium recepe rint, ac paſsi fuerint ſectas illicitas paraſynaxis cõuentuſq; celebrari: ſi uilis & abiectæ conditionis ſunt, fuſtibus publice, & in pœnam ſuam, & in aliorum coërceantur exemplum. Si honeſtæ uerò perſonæ ſunt, decem libras auri mulctæ nomine fiſco noſtro cogantur inferre. Iidem de prædijs, in quibus Eccleſiæ uel oratoria Catholicorũ conſtituta ſunt, ab hæreticis emptis, aut alio quocũq; titulo acquiſitis ita conſtituunt. Si quis Orthodoxę religionis emptione uera uel fictitia, uel quocunque alio iure, uel titulo prædia & poſſeſsiones reſq; immobiles, in quibus Orthodoxæ fidei Eccleſiæ uel oratoria conſtituta ſunt, in hæreticæ ſectæ, & contraria Orthodoxæ fidei ſentientem quãcunq; perſonam trãſferre uoluerit, nullam huiuſmodi, uel inter uiuos habitam, uel ſecreto iudicio compoſitam, ualere uolumus uoluntatem, etiamſi ab Orthodoxæ fidei uel uenditore uel quocunq; modo alienatore commenticio, ſub qualibet occaſione fuerit aſsignata, ſed irrita omnia huiuſmodi documẽta, & tanquam penitus nec ſcripta eſſent cenſemus. Hęc enim prædia et poſſeſsiones,

l. 3. C. de hæret.

l. cuncti. C. de hæret.

l. quicunq; §. uniuerſi. C. de heret.

l. ſi quis C. de heret.

quæ in hæreticas perſonas quocunq; modo translatæ fuerint uel
collatæ, fiſci noſtri iuribus decernimus uēdicari. Siue enim apud do-
minos poſſeſſores ſiue Orthodoxos ea prædia maneāt, ſeu ad fiſci no-
ſtri iura peruenerint, neceſſe eſt, in his Eccleſias & oratoria conſtitu-
ta diligentius & ſolicitius inſtaurari: Noſtræ cum Serenitatis undiq;
+ ut ad hunc exitum prouidentia ducit, + & omnipotentis Dei templa,
in quibus noſtræ fidei inſtituta perdurant, cultu aſsiduo per omnia
† rediuiua ſæcula †rediuiua ſeruentur. Nec enim dubitari poteſt, quod ſi in hæ-
reticos tales ueniant poſſeſsiones, in quibus ueræ fidei Eccleſiæ uel
oratoria conſtituta ſunt, & integritas colitur, omnimodo ab his de-
ſeri atque deſtitui, & omni cultu uacare, omnibus ſacris & ſolitis
uiduari myſterijs, omni ſplendore priuari, nullis populorum con-
uentionibus, nullis Clericorum obſeruationibus celebrari, & ex hoc
ſine dubio quidem eaſdem Eccleſias perire, ruere, complanari. Nec
enim de earum inſtauratione hæretici potuerunt aliquando cogita-
l fi. C. de Iudeis. re, quas penitus eſſe nolebant. Atque in hoc melioris conditionis
ſunt Iudæi quàm hæretici. Et ſi enim legibus ciuilibus cautum eſt,
ne qua Iudaica ſynagoga in nouam fabricam ſurgat, tamen non
l. Iudæos C. de Iud. prohibentur ædificia priuata habere, in quibus habitare & ritus
Conſ. 429. nu. ſuos, citra tamen Chriſtianæ religionis contemptum, exercere poſ-
9. quintæ par. ſunt, quæ inſtar priuatorum oratoriorum ſunt, quæ eis nullo mo-
do interdicta ſunt, ut elegantiſsimè in quodam conſilio ſuo ſcribit
Quomodo liceat Catholicis de religione diſputare. Baldus. De religione permiſſum eſt Catholicis diſputare, non
quidem omnibus, ſed ijs, quibus ex officio incumbit, nec ut ſemel
definita in dubium reuocent (id enim omnibus modis prohibitum
eſt, ut ſæpe diximus:) Sed ut ea ſua quoq; aſſertione confirment,
& his contrarios hæreticorum errores confutent. Huiuſmodi autem
diſputatio hæreticis omnibus modis interdicta eſt, ut ijdem Va-
lentinianus & Martianus conſtituerunt. Nulli inſuper, inquiunt,
Eutichianiſtæ, uel Apollinariſtæ publicè uel priuatim aduocandi,
d. l. quicunq; § nulli inſi. p. cœtus & circulos contrahendi, & de errore hæreticorum diſputan-
di, ac peruerſitatem facinoroſi dogmatis aſſerendi tribuatur facul-
ea. l. §. eos uero. tas. Sed nec docere poſſunt: Qui enim illicita docere tentauerint, ul-
timo ſupplicio coërcentur. Eos uerò qui diſcendi ſtudio adierint,
de infauſta hæreſi diſputantes, decem librarum auri, quę fiſco noſtro
inferendæ ſunt, iubemus ſubire diſpendium. Ita enim materia ſub-
trahetur erroris, ſi peccatorum & doctor defuerit, & auditor. Po-
ſtremò Epiſcopos conſecrare & ordines conferre hæreticis interdi-
ctum eſt legibus ciuilibus. Sic enim habet lex Valentiniani & Mar-
d. l. quicunq;. tiani. Apollinariſtis & Eutichianiſtis Epiſcopos uel presbyteros,
uel alios Clericos creare & habere prohibemus. Scientibus tam his
Eutichianiſtis, & Apollinariſtis, qui auſi fuerint cuiquam Epiſcopi
uel presbyteri uel Clerici nomen imponere, quàm his qui paſsi fue-
rint

rint ſibi nomen ſacerdotale retinere, pœnam exilij cum facultatum ſuarum amiſsione ſe ſubituros. Iidem de iiſdem reſcribentes Palladio præfecto prætorio, Valentiniano præfecto Illyrici, Tatiano pręfecto urbis, Vincomalo magiſtro officiorũ. Quos, inquiunt, uenerabiles parentũ regulę, id eſt, Eccleſiaſtici Canones, & principum diuorum ſacratiſsima ſcita condemnãt, nullum Epiſcopum, nullum habere presbyterum, nullos habere uel appellare Clericos, ipſum Eutichen nomine presbyteri (quo & indignus & ſpoliatus eſt) in totum carere. ſi qui tamen contra definita noſtra presbyteros, cæterosq́ Clericos auſi fuerint creare, tam factos quàm facĩetes uel præſumentes ſibi Clericorum gradum, bonorum amiſsione perculſos, exilio perpetuo præcipimus contineri. Eadem confirmantur lege Theodoſij, Valentiniani, & Gratiani, quæ ſic habet. Nemo ulterius conetur, quæ repererit, profana pręcepta uel docere uel diſcere: Nec Antiſtites eorundem audeant fidem inſinuare, quam non habent, & miniſtros creare, quod non ſunt. L. 2. C. de hæret.

An bona hæreticorum iuſtè à Catholicis uendicari, & poſsideri poſsint. Caput V.

DE bonis hęreticorum illud dubitatum eſt, num à Catholicis ab eis auferri & iuſtè poſsideri poſsint. Breuis eſt reſponſio, hæreticos iure diuino tanquàm indignos omnibus bonis ſuis ſpoliandos eſſe. Hanc ſententiam confirmat Auguſtinus his uerbis: Et quãuis, inquit, res quæq́ terrena rectè à quoquam poſsideri non poſsit, niſi uel iure diuino, quo cuncta iuſtorum ſunt, uel iure humano, quod in poteſtate Regum eſt terræ, Ideoq́ res ueſtras (ad Vincentium, Donatiſtam & Rogatiſtam loquitur) falſò appellatis, quas nec iuſtè poſsidetis, & ſecundum leges Regum terrenorum amittere iuſsi eſtis, fruſtraq́ dicatis, nos eis congregandis laborauimus, cum ſcriptum legatis, Labores impiorũ iuſti edent. Et alio loco. Si autem conſyderemus, quod ſcriptum eſt in libro ſapientiæ. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorũ. Item quod legitur in prouerbijs. Theſaurizantur autem iuſtis diuitiæ impiorum: Tunc uidebimus non eſſe quærendum qui habeant res hæreticorum, ſed qui ſint in ſocietate iuſtorum. Et ſi autem hæretici ſe iuſtos eſſe gloriari ſolent, tamen minimè iuſti ſunt. Dominus enim Chriſtus & iuſtus eſt, & iuſtificans, nos autem iuſtificati gratis per gratiã ipſius: non autem iuſtificat niſi corpus ſuum, quod eſt Eccleſia, nec iuſti eſſe poſſunt, qui ab hoc corpore ſunt ſeparati. Quemadmodum enim membrum, ſi præcidatur ab hominis uiui corpore, non poteſt tenere ſpiritum uitæ: ſic homo qui præciditur de Chriſti iuſto corpore, nullo modo

c. ſi de reb. 23. q. 7. Aug. epiſt. 48

Sapien. 10.

Prouerb. 11.

Hæretici non ſunt iuſti, qui extra Eccleſiam ſunt.

poteſt tenere ſpiritum iuſtitiæ, etſi figuram membri teneat, quam ſumpſit in corpore. Hæretici autem in Eccleſia non ſunt, quomodo ergo iuſti eſſe poſſunt, qui iuſtificatæ Eccleſiæ membra non ſunt? Immò potius de ipſis dici poteſt, quod Apoſtolus de Iudæis dicit,
Rom. 10. Quia ignorantes Dei iuſtitiam & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Si ergo Hæretici iniuſti ſunt & impij, rectè de ipſis etiam dicitur. Theſaurizantur iuſtis diuitiæ impiorum. Item, labores impiorũ iuſti edent. Ideo Catholici hæreticorum bona uendicare poſſunt, non hæretici Catholicorum, pij ſunt enim Catholici, impij uerò hæretici. Vnde & illud quod de die iudicij
Stabunt iuſti aduerſus impios. ſcriptum eſt. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & abſtulerunt labores eorum. Non utiq; ſic
Sapien. 5. intelligendum eſt, quia ſtabit Chananeus aduerſus Iſraël, cum Chananei abſtulerũt labores Iſraël: Sed ſtabit Naboth aduerſus Achab, quoniam labores Naboth abſtulit Achab, Chananeus quippe im-
3. Reg. 21. pius, Naboth iuſtus. Eodem modo non ſtabit paganus aduerſus Chriſtianum, qui abſtulit labores eius, quando Idolorum expoliata uel donata ſunt templa: Sed ſtabit Chriſtianus aduerſus paganum, quoniam abſtulit labores eius, quando martyrum proſtrata ſunt corpora. Sic igitur nec hæreticus aduerſus Catholicũ ſtabit, qui abſtulit labores eius, quia hæreticus impius eſt, Catholicus iuſtus, qui impij labores edet. Hæc autem in hæreticis ideo permiſſa ſunt, quia propter eorũ impietatẽ religio & fides Chriſtiana periclitatur. Idem de Idolatris dicendum eſt. Nam & Idolatria nõ ſolum religionem ueram ſemper turbauit, & in maxima pericula adduxit: ſed etiam & legi naturę repugnat, quę clamat, unum eſſe Deum. Qua ratione Iſraël Amorreos, Chananeos, Eueos ab eorum terris expulerũt, nimirum quia Idolatrę fuerunt, Iudæos autẽ aliosq; infideles, qui Ido-
Cur Iudæos ſpoliare nõ debemus. latræ non ſunt, ſi pacifici fuerint, Catholici neq; de terris ſuis eijcere neq; bonis ſpoliare, neq; alijs contumelijs afficere poſsunt. Nam hęc
Oldrad. conſ. 264. legi charitatis repugnãt, quæ iubet ut proximos noſtros diligamus. Proximi autem noſtri ſunt, non illi tantum, quos nobis gradus ſanguinis iungit, ſed omnes homines naturæ noſtrę participes. Quales ſunt Iudæi, quos & ad mores bonos, & ad uitam æternã conſequendam, ſicut nobis, ita eorum ſaluti conſulere debemus. Et ſicut nobis
26 diſt. in de, extra de Iud. c. Iudeis c. ſunt Iudei c. & ſi Iudæos. ſubueniri optaremus, ita & ipſis ſubuenire, aut ſi facultas defuerit, ſubueniendi uoluntatem tenere, & eadem ratione nec expellere eos poſſumus ex ciuitatibus Catholicorũ, & antiquis ſuis habitationibus. Nam quicquid poſsident, iure gentium poſsident. Vnde Ho-
l. nullus C. de Iudeis. norius & Theodoſius lege etiam ciuili ſanxerunt, ne Iudæi cum fuerint innocentes & paſifici, conterantur. Rurſus ijdem Imperatores
l. Chriſtian. C. de paganis & ſacrif. & tẽpl. de eadem re ita ſtatuunt. Chriſtianis qui uere ſunt, uel eſſe dicuntur, ſpecialiter demandamus, ut Iudæis ac Paganis quiete degentibus nihil

nihil tentantibus turbulentum legibusq́ contrarium, non audeant manus inferre, religionis authoritate abuſi. Nam ſi contra ſecuros fuerint uiolenti, uel eorum bona diripuerint, reſtituere compellantur. Extat & de eadem re Canon Leonis Papæ III. Nullus, inquit, Chriſtianorum quemlibet Iudæorum ſine iudicio terrenæ poteſtatis, uel occidere uel uulnerare uel pecunias eorum auferre præſumat, aut bonas quas hactenus habuerunt conſuetudines immutare: præſertim in ſuarum feſtiuitatum celebratione quiſquam fuſtibus uel lapidibus eos nullatenus perturbet, neq́ aliquis ab eis coacta ſeruitia exigat, niſi quæ ipſi tempore præterito facere conſueuerũt. Addo hic unum, quod Baldum ſequẽs affirmat Iaſon. Si per principem incolis alicuius loci immunitas conceſſa fuerit, quod talis immunitas etiam Iudæos in eodem loco habitantes compræhendat. Sin uerò non quietè degerint, ſed Chriſtianos perſequantur, ſiue Iudæi fuerint, ſiue alij infideles, & bonis ſuis priuari & expelli ex ciuitatibus: immò & bella eis inferri poſſunt. Quod & idem Imperatores ſtatuerunt. Sed ut hoc, inquiunt, Iudęorum perſonis uolumus eſſe prouiſum: Ita illud quoq́ monendum eſſe cenſemus, ne Iudæi forſitan inſoleſcãt, elatiq́ ſui ſecuritate quicquàm præcipites in Chriſtianam reuerentiam ultionis admittant. Ego omnia hæc de priuatis perſonis, & bonis Iudæorum, & infidelium intelligo. Cæterum à Regibus & principibus, Iudæorũ & gentium, omnibus modis regna & principatus per Eccleſiam & Chriſtianos Reges auferenda eſſe puto. Sic Eccleſia olim Saracenis, hodie Turcis, qui terram ſanctam occupant, & qui tranſitum ad terram ſanctam Chriſtianis prohibent, bellum indicere, & eorum regna ab ipſis tanquam impijs poſſeſſoribus, & in Chriſtianos iuſtitiam facientes transferenda, recuperare poteſt. Qua ratione olim Iudæi regno ſuo expulſi fuerunt, quia dandum erat genti facienti iuſtitiam, & ad Chriſti ſucceſſionem transferendum erat. Et eodem modo terræ hæreticorum Catholicis & iuſtitiam facientibus dandæ ſunt. De qua re pulchrè Auguſtinus. Si de rebus, inquit, uel locis Eccleſiaſticis, quæ non tenetis querimini (ad hæreticos loquitur) poſſunt & Iudæi ſe iuſtos dicere, & iniquitatem nobis obijcere, quia locum, in quo impij regnauerũt, modo Chriſtiani poſsident, quid ergo indignũ, ſi ea quæ hęretici tenebãt, ſecundũ parem uoluntatẽ Domini, Catholici tenẽt: ad omnes iniquos & impios illa uox Domini ualet. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam. An fruſtra ſcriptum eſt: Labores iniuſtorũ pij edent? Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quàm quòd aliquid amiſiſtis. Item, Si qua iam præciſi poſsidere cœpiſtis, quia uobis ablata, nobis Dominus Deus dedit, non ideo concupiſcimus aliena, quia illius imperio, cuius ſunt omnia facta, ſunt noſtra, & iuſtè noſtra ſunt: uos enim utebamini ad præciſionem, nos ad unitatem. Alioqui &

c. ſicut de Iud.
Canon pro Iudæis.

Iaſ. in Rub. ff. de iuſt. & iur.

Lex contra inquietos Iudæos.
d. l. nullus, C. de Iud.

Regna & Principatus poteſt Eccleſia tollere a Iudæis & a paganis aut alijs infidelibus.

c. ſi de rebus. 23. q. 7.
Verba Auguſtini quod bonis ſuis ſpoliari poſsint hæretici.

primo populo Dei poſſent illi obÿcere alienæ rei concupiſcentiam, qui diuina poteſtate ab eorum facie, qui ea terra male utebantur, expulſi ſunt, & ipſi Iudæi, à quibus ablatum eſt regnum, ſecundum uerbum Domini, & datum eſt genti facienti iuſtitiam, poſſunt obÿcere alienæ rei concupiſcentiam, quia Chriſti Eccleſia poſsidet, ubi perſequutores Chriſti prius regnabant. Cæterum hæc omnia ita demum locum habent, ſi bona hæreticorum à magiſtratibus publicis publicata fuerint. Nõ enim priuati propria authoritate, nec niſi iuſſu aut indulgentia magiſtratus, bona hæreticorum inuadere aut acquirere poſſunt. Hoc quaſi præfari de bonis hæreticorum uolui, ut intelligamus quàm iuſtæ ſint leges tam Canonicæ quàm ciuiles, quæ de publicationibus & confiſcationibus bonorum hæreticorum latæ ſunt.

Moderatio Legũ & Canonum, de cõfiſcandis bonis hæret.

De publicatione bonorum, quæ ſunt hæreticorum.
Caput VI.

c. uergentis, de heret.

POrrò de publicatione bonorum hæreticorum tales ferè extant Canones. Innocentius Papa III. ita conſtituit. In terris temporali noſtræ iuriſdictioni ſubiectis, bona hæreticorum ſtatuimus publicari, et in illis idem præcipimus fieri per poteſtates, & principes ſæculares, quos ad id exequendum (ſi forte negligentes extiterint) per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione remota, compelli uolumus & mandamus, ut nec ad eos bona eorum ulterius reuertantur: Niſi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum conſortium, miſereri aliquis uoluerit, ut temporalis ſaltem pœna corripiat, quem ſpiritualis non corrigit diſciplina. Cum enim ſecundum legitimas ſanctiones, reis læſæ maieſtatis punitis capite, bona confiſcantur eorum, filÿs ſuis uita ſolummodo ex miſericordia conſeruata: quanto magis qui aberrantes in fide Dominũ uerũ Dei filium Ieſum Chriſtum offendũt, à capite noſtro, quod eſt Chriſtus, Eccleſiaſtica debent diſtrictione præſcindi, & bonis temporalibus ſpoliari. Cum longè ſit grauius æternam, quàm temporalem lædere maieſtatẽ. Nec huiuſmodi ſeueritatis cenſuram, Orthodoxorum exhæreditatio filiorum, quaſi cuiuſdam miſerationis prætextu, debet ullatenus impedire, cum in multis caſibus (etiam ſecundum diuinũ iudicium) filÿ pro patribus temporaliter puniantur, & iuxta Canonicas ſanctiones quandoq; feratur ultiò, non ſolum in authores ſcelerum, ſed etiam in progeniem damnatorum.

Argumentũ a reis læſæ Maieſtatis.

c. excommunicamus. 1. §. dãnati, de heret.

Idem in Concilio Lateranenſi. Damnati uerò præſentibus ſæcularibus poteſtatibus, aut eorum baliuis relinquãtur animaduerſione debita puniendi: Clericis prius à ſuis ordinibus degradatis, ita quod bona huiuſmodi damnatorum, ſi Laici fuerint, confiſcentur: ſi uerò Clerici,

Clerici, applicentur Eccleſijs, à quibus ſtipendia receperunt. Item Bonifacius Papa VIII. Bona hæreticorum ipſo iure, de fratrum noſtrorum conſilio, decernimus confiſcata. Confiſcationis enim huiuſmodi exequutio, uel bonorum ipſorum occupatio, fieri non debet per principes aut alios dominos temporales, antequam per Epiſcopum loci, uel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatē, ſententia ſuper eodē crimine fuerit promulgata. Item Alexander Papa IIII. In eo uerò caſu, quo hęredes ad ſucceſsionem non debent ob hæreſim ſui authoris admitti, non obſtante, quod authore ipſo uiuente non fuerit, interueniente ipſius mortę, per ſententiam declaratum, ad confiſcationem bonorum, poſt mortem eiuſdem nihilominus procedatur. Has conſtitutiones Canonicas, ciuiles quoque ſanctiones recipiunt & confirmant, quibus & ipſis pœna publicationis bonorum in hæreticos conſtituitur. Cæterum uaria huius pœnæ exequutio eſt: Quemadmodū enim diuerſi ſunt fiſci, nec una conditio & qualitas perſonarum, & bonorum confiſcandorū, Nam alius eſt fiſcus Eccleſiæ, alius Imperij, alius dominorum imperio ſubditorū: Sed & hæreticorū quidam Clerici, quidam Laici: & bonorum quædam feudalia, emphiteotica, & beneficialia, quædam propria ſunt: ita nec pœnæ huius exequendæ una ratio eſſe poteſt.

c. cum ſecundū de hæret. lib. 6.

c. accuſatus §. in eo. de hæret. lib. 6.

l. manichæos C. de hæret.

Sed quã ita diſcernemus, Nempe ſi bona feudalia fuerint emphiteotica, aut aliâs talia, ut eorum proprietas ad hæreticum non pertineat, bona ipſa ſiue Clerici ſint ſiue Laici, non confiſcantur, ſed ad dominum redeunt, à quo & appræhendi poſſunt, ſiue laicus ſit, ſiue Clericus: & ut feudis priuatur hæreticus, ſic feuda hæretico conferri non poſſunt, eſt enim eorum incapax: Sin uerò bona ipſius hæretici ſunt propria, ſiquidem Clericus erit hæreticus, & beneficiatus, huiuſmodi bona acquiruntur eius beneficio. Si non erit beneficiatus, bona ipſius acquiruntur fiſco Eccleſiæ, non Imperij. Sin uerò Laicus erat hæreticus, ipſius bona fiſco imperij acquiruntur, ſiue domino temporali ubicunque ſita fuerint. At ſi in diuerſis territorijs ſita fuerint, diuerſos fiſcos habentibus, domini territoriorum ſinguli quæ in ſuis territorijs ſita ſunt uendicabunt. Sed quæritur, an hæretici ad Catholicam fidem redeuntes, bona ſua antea confiſcata recuperent. Ioanni Theutonico Gloſſatori placet, hæreticis reuerſis bona ſua ex miſericordia reſtitui, ſicut & Epiſcopatus, & ſic hęreticos reuertentes melioris conditionis eſſe, quam reuerſos ab hoſtibus. Siquidem deſertor militiæ reuerſus, licet ei uita donetur, tamen in inſulam deportatur. Sed uerius eſt, redeuntem hæreticum bona non recuperare. Nam ius quæſitum fiſco, ſine facto ſuo auferri ei non poteſt, ut multis probat Felinus. Quam ſententiam Anto. Abbas, Imol. & quidam alij confirmãt: quam & nos, tanquam iuri & rationi magis conſonam, ſequendam eſſe putamus.

Bart. in l. 1. C. de ſum. trin. & Phil. de franc. in c. cum ſecūdum. de hæret. lib 6.

c. excommunicamus in prin. circa fin. de hæret.

Bal. in l. ſi quis presbyter C. de Epi. et Cle. gl. in c. quia diuerſitatem. de conceſ. prabend.

Quæſtio de hæreticis reſipiſcētib. poſt bonorum publicationem.

ff. de re milita. l. non omnes §. deſertorem.

Ius fiſco quæſitum non tollitur.

Hæreticos

Hæreticos omnibus priuilegijs, honoribus, & beneficijs iuris deſtitutos, & eorundem incapaces eſſe, Cap. VII.

DE priuilegijs hæreticis adimendis ita conſtituit Conſtantinus Imperator. Priuilegia quæ contemplatione religionis indulta ſunt, Catholicæ tantum legis obſeruatoribus prodeſſe oportet. Nec ſunt execrandis hominibus aliqua immunitatis beneficia præſtanda, nec iuſtum eſt æqualibus cum Orthodoxis & hęreticos dignos fieri priuilegijs. Idem ſanxerunt, Leo, Iuſtinus, & illius filius Iuſtinianus Imperator, ut ipſius docet eadem de re ædita conſtitutio.

l. 1. C. de here.

l. curiales C. de heret.

In. Aut. de priuileg. dot. in princip.

Sed nec reſcripta & priuilegia ſpecialiter ab hęreticis impetrata ualẽt, ſed omni firmitatis robore carẽt: Immò ſi qua huiuſmodi reſcripta, per fraudem elicita prętenderint, & exhibuerint, arreptæ huiuſmodi chartæ ex eorum manibus, lacerandæ & caſſandæ ad principem referantur. Neq; uerò aliter ab hoc genere hominum, quam per fraudem impetrata pręſumuntur: Immo eo ipſo quod ab hæreticis impetrantur, contra ius impetrata intelliguntur, igitur ualere non poſſunt. Quod procedit etiam, ſi in reſcripto legibus contrarijs derogatum ſit, ut Paulo de caſtro placet, & Alciatus ea ratione approbat, quia clauſulæ derogatoriæ non tollunt ea, quæ in Concilijs generalibus ſtatuta ſunt.

l. ſicut. C. de paganis & ſacr. & templ. eorũ

Gl. in l. 2. C. de ſum. trin. l. fi. C. ſi cõtra ius uel. util. publ.

Atq; ex hoc ſequitur, reſcripta & priuilegia eſſe nulla, quibus hæreticis collegia, et uniuerſitates ſtudiorum generalium conceduntur, quod & expreſſe Theodoſius, Gratianus, & Valentinianus cõſtituerũt, prohibentes ne ullas congregationes habeant hęretici, maximè uerò neq; publice, neq; priuatim contractis circulis ſua dogmata docere, aſſerere, uel de his diſputare poſſunt: his qui docent etiã ultimo ſupplicio puniendis.

Nota de Collegijs & Vniuerſitatib. hęreticorum.

d. l. 2. C. de ſum. trin. l. quicunq; §. nulli. C. de heret.

Ad honores referuntur Militia, Eccleſiaſtica dignitas, functiones & munera publica, et ſimilia quæ omnia hęreticis adimuntur. Nullum Apollinariſtã, uel Eutichianiſtã, ad aliquã iubemus aſpirare militiam (inquiunt Valentinianus III. & Martianus) ſi uerò qui in quacunq; militia inuenti fuerint, militari ſoluti cingulo, honeſtorũ hominum & Palacij communione priuẽtur, nec in aliqua, nec in qua nati ſunt ciuitate, uel uico aut regione uerſentur, ſi qui uerò in hac alma urbe nati ſunt, tam ſacratiſsimo comitatu quam omni per prouincias Metropolienſi ciuitate pellentur. Eodem modo et dignitatibus Eccleſiaſticis ſecundum Canones priuantur, ut ſupra dictũ eſt.

l. quicunq; nullum præpterea

c. ſi uerò de ſent. excommu.

Cæterum à muneribus nullam immunitatem habent hæretici. Neq; enim æquum eſt, eos qui propter crimen damnãtur, ex crimine cõmodum reportare. Sicut nec alij infames à muneribus publicis immunitatẽ habent quatenus onerosa ſunt, nõ quatenus honorifica. Siquidẽ infamia ab honoribus & dignitatibus arcet infamem, non autem à grauamine perſonalium & realium munerum excuſat. Item infamia à

l. 1. C. infamib. lib. 10. l. neq; infames. C. de decur. lib. 10.

priuilegio

priuilegio excludit, & beneficio, non ab his, quæ propter infamiam pœnam irrogant. Necq; enim pœna pręmium, & augmentum præſtat, ſed potius diminutionem, & ſi munus tale ſit, quod ſimul & honorem habeat & onus: onus quidem ſuſtinebit hęreticus, & infamis ab honore excludetur. Ideocq; infamis ad iudicandi munus delectus, non ipſe ſe ab iniuncto onere excuſabit, propter infamiã: quanquam tertius excipere poteſt, ipſum iudicem eſſe non poſſe, propter infamiam. Tertius ſiquidem opponens in fauorem Reipublicæ auditur. Eodem modo nobilis condemnatus, ut dignitatem nobilitatis perdat, nihilominus ea omnia præſtabit, in quibus magis grauantur nobiles, quam plebeij.

l. relegatorum §. ſi. ff. de interdict. & releg. lo. de plat. in d. l. neq; infames. l. quidem conſulebat ff. de re Iud.

Ar. eorum quæ not. Bar. in. l. tale pactum C. de pact.

De infamia hæreticorum, Cap. *VIII.*

IAm & infamia notãtur hæretici, ut & ſacris Canonibus & diuorũ Imperatorũ conſtitutionibus ſancitum eſt. Infames eas perſonas eſſe dicimus (inquit Stephanus Papa primus) qui pro aliqua culpa notãtur infamia, id eſt, omnes qui Chriſtianę legis normam abijciunt, & ſtatuta Eccleſiaſtica cõtemnunt: ſimiliter fures, ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, ſepulchrorum quocq; uiolatores, & Apoſtolorum atcq; ſucceſſorum eorum, reliquorumcq; ſtatuta patrum libenter uiolantes, & omnes qui aduerſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, ueneficos, adulteros, de bellis fugientes: & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates Eccleſię abſtrahunt iniuſtè, & qui fratres calumniantur, aut accuſant & non probant, uel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, uel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos, & omnes quos Eccleſiaſticæ uel ſæculi leges, infames eſſe declarant. Atcq; hic quidẽ Canon hæreticos multis nominibus infames eſſe declarat. Nam & Chriſtianę legis normam abijciunt, ſtatuta Eccleſiaſtica contemnunt, Apoſtolorum & ſucceſſorum eorum & reliquorum patrum ſtatuta, non ſolum non cuſtodiunt, ſed uiolant, lacerant, corrumpunt, facultates iniuſtè abſtrahunt, calumniantur fratres: aduerſus innocentes, principum animos ad iracundiam prouocãt &c. Idem confirmat Dionyſius Papa. Infames, inquit, omnes eſſe cenſemus, qui ſuam fidem aut Chriſtianam legem præuaricantur, aut Apoſtolicam aut regularem libenter poſtponunt authoritatẽ. Conſtitutio Imperialis ſic habet. Omnes hęreticos utriuſcq; ſexus, quocunque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atcq; bannimus, cenſentes, ut omnia talium bona cõfiſcentur, nec ad eos ulterius reuertantur, ita quod filij eorum ad ſucceſsionem peruenire

6. q. 1. infames.

Varijs criminibus contrahitur infamia.

c. alieni. 2. q. 7.

Aut. Gazaros C. de. here. l. 1. C. de ſum. trin. & ſi. Cath.

nire non poſſunt, cum longe grauius ſit æternã, quam temporalem offendere maieſtatem. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, iuxta conſyderationem ſuſpicionis, qualitatemq́ꝫ perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quod ſi ſic per annum permanſerint, ex tunc omnes tan

Quæſtio de infamia facti & Iuris.

quam hæreticos condemnamus. Sanè his conſtitutionibus apertè probatur, hæreticos ipſo iure infamia notari, illud tantum in quæſtionem reuocatur, an ipſo iure infamia facti, an infamia iuris notentur? Infamiam iuris appellamus eam, quam lex infert, uel ipſo facto,

l. 1. ff. de his qui not. infam.

uel per ſententiam: Ipſo facto infamia iuris notantur, qui tale crimen perpetrarunt, quod etiam nulla condemnatione facta, infamiam irrogat, ueluti ſi quis ab exercitu cum ignominia miſſus fuerit. Per ſententiam fiunt infames, qui non prius infamia iuris notantur, quam actione famoſa, contra ſe inſtituta, de crimine fuerint per ſententiam condemnati. Infamia facti tribus modis dicitur. Primo

Infamia facti per libellum famoſum incerti Autoris nõ infamat propriè.

quando quis de crimine aliquo apud populum traducitur, Sed nullo authore certo nec uериſimilibus & legitimis iudicijs, ueluti ſi æditis libellis famoſis aut ſcripturis parietibus appictis, dicatur adulterium perpetraſſe, uirgines uiciaſſe, falſum commiſiſſe &c. Et hæc propriè dicitur uana uox populi, quæ non eſt audienda, nec enim uocibus populi credi oportet, quãdo aut noxium crimine ſolui aut innocentem condemnari deſiderant. Hæc infamia, neq́ꝫ à teſtimonio

Bar. in l. de minore. § tormẽ. ff. de quæſtionibus circa fin.

alijſuè legitimis actibus, nec à dignitate uel officio repellit. Sicut nec ſufficientem cauſam præſtat, de crimine inquirendi, ut Panormitano uidetur. Quanquam ſi certus ſit author libelli famoſi, is qui traductus eſt, iudicis officio implorato, petere poſsit, ut authori ad probandum ea, quæ in libello continẽtur, terminus ſtatuatur: & ſi non probauerit, perpetuum ei ſilentium imponatur. Nam etſi maleuolorum

Libellũ famoſum certi Autoris diſsimulare non licet c. ſi. de accuſa. 22. q. 1. nolo. c. teſtimonium de teſtib. Spec. in tit. de teſte. § 1. uerſ. Item quod eſt criminoſus. l. ceſſar. ff. de act. & oblig.

detractiones & famoſa ſcripta non infament: tamen ſi certi fuerint authores, ut ea probent, urgere: & ſi non probauerint, contra eos ad legitimam pœnam agere. Alioqui qui huiuſmodi iniuriam diſsimulauerit, famæ ſuæ prodigus & negligens, & in ſe ipſum crudelis eſſe dicetur. Alia eſt infamia facti, quam Canonicam uocant, quæ ex perpetrato crimine oritur, ſed adhuc occulto, & hæc incognita eſt iuri ciuili, ſed de qua ius Canonicum cognoſcit, quod imitatur ius diuinũ. Tertia infamia facti notatur, cuius opinio & exiſtimatio, propter perpetratum crimen (de quo tamen nec dum condemnatus, aut certè non ex famoſa actione condemnatus eſt) apud bonos uiros grauatur. Veluti ſi quis conuentus pro aliquo delicto actione nõ famoſa, deſcendente tamen ex delicto, condemnatus fuerit. Item, ſi pater uel patronus à filio uel liberto, actione in factum ſed ex dolo deſcendente, condemnatus fuerit: hij quidem infames ſunt infami a

facti

facti,nam quia per talem actionem conſtat, eos dolum commiſiſſe etſi de iure infamia non notentur, tamen eorũ opinio apud bonos uiros grauatur. Huius infamiæ duo ſunt effectus. Vnus, quod repellit à dignitate, & honore obtento & obtinendo. Alius, quod hac infamia notatus teſtamentum fratris, in quo hæres inſtituitur, inofficioſum reddit. Porrò inter infamias quædam eſt perpetua, quædam temporalis: perpetua infamia notantur, qui de criminibus condemnantur infamiam irrogantibus, uel quibus pœna minuitur, ſed ſine cauſa: Veluti ſi quis ad tempus in opus publicum detur, is priſtinum quidem ſtatum retinet, ſed dammo infamiæ poſt impletum tempus ſubijcitur. Temporalis eſt, quæ pœna ad certum tempus ſtatuta durat, eo elapſo extinguitur. Iam igitur hæreticus ueteri iure ipſo quidem iure infamia facti notatur, ea quæ ex perpetrato crimine ante condemnationem oritur, poſt condemnationem autem ex crimine ipſo iure infamiam iuris contrahit. Vnde iſto iure hæreticorum teſtimonia, ante condemnationem, in ultimis uoluntatibus & contractibus recipiebantur. Nouo autem iure, omnes hæretici, credentes item, receptatores, defenſores, & fautores eorum ipſo iure infamia iuris notantur: ut noua conſtitutione Friderici cauetur.

C. de decur. l. infa. li. 10. l. fratres. C. de in off. teſta. gl. in l. 2. ff. de decur. l. 1. ff. de his, qui not. infam. l. ad tempus. C. de infam. l. etſi ſeuerior. C. de infam. gl. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. 10. de plat.

Hæreticos ab omnibus publicis officijs eſſe repellendos, *Caput IX.*

HÆretici duplici ex cauſa ab omnibus honoribus & officijs publicis repelluntur, & quia infames ſunt, & quia excommunicati. Nam & periculoſa eſt eorum communio. Nec dignum eſt, ut quæ omnibus infamibus clauſæ ſunt, hæreticis pateant dignitatum portæ. Nam & à dignitate repellitur infamis, non ſolum conſequenda, ſed etiam habita, & inhabilis redditur, ut in dignitatibus participet cum hominibus intregræ famæ. Primum igitur hæretici à munere iudicandi repelluntur, quia nullam iuriſdictionem habere poſſunt, ut ſupra diximus. Vnde ſententia ab hæretico lata, nullam habet firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferri poſſunt, ut Fridericus Imperator cõſtituit. Sed nec aſſeſſores eſſe poſſunt hæretici, quia conſtitutum eſt infames non poſſe officio aſſeſſoris fungi, Sed & aduocatorum & tabellionum officium hæreticis interdicitur, Neq; enim eorum patrocinium admittitur. Et ſi aliqua inſtrumenta confecerint, nullius penitus momenti eſſe cenſentur, ut idẽ Fridericus Imperator cõſtituit. Aduocationis aũt officium interdicitur hæreticis, Tum quia & excommunicati ſunt, Tum quia & aduocatio ipſa dignitas eſt & honor, cuius non ſunt capaces infames & hæretici, tum etiam quia uera & Ca-

Conſt. credentes C. de hæret. c. infam. de re iud. lib. 6. l. 2. C. de digni. lib. 12. l. iudices C. de dignit. lib. 12. gl. in d. l. 2. in uerbo famoſis. l. infamia de decur. lib. 10. l. cum prætor. § non autem. ff. de iud. c. ad probandum. de re iud. conſtit. credentes. c. de hæret. l. 1. ff. de off. aſſeſſ. c. excommunicamus. §. credentes. c. de hæret.

tholica fide non ſunt imbuti. Qua ſanè ratione Leo & Antemius Imperatores, eos ut cæteros infideles ab aduocatione repulerunt; ita enim ſcribunt ad Nicoſtraum præfectum prætorio. Nemo uel in foro magnitudinis tuæ, uel in prouinciali iudicio, uel apud quenquam iudicem, accedat ad togatorum conſortium, niſi ſacroſanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus myſterijs. Sed nec defenſores

Liubemus C. de Epiſ. and.

ciuitatum eſſe poſſunt, ut ijdem Imperatores conſtituerunt. Non tamen prohibentur, qui infamia etiam perpetua notantur, pro cer-

l. 1 § ait præ. ff de poſtul. Gl. in c. decernimus, de ſent. excom. lib. 6. Io. de platea in l. 1. de infa. lib. 10. c. infamis. 3. q. 7 Gl. in c. cũ deputati. de Iud.

tis perſonis poſtulare, maxima quidẽ infamia notati, ut paſsi muliebria, damnati de publica calumnia iudicij &c. Item hæretici excommunicati, pro ſe tantum, defendendo non agendo: Minori autem infamia notati, ex legibus, Senatusconſultis &c. non tantum pro ſe, ſed etiam pro parente, patrono, patronaùe, liberis, parentibusq; patroni uel patronæ. Item, pro liberis ſuis, fratre, ſorore, uxore, ſocero, ſocru, genero, nuru, uitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua. Similiter ab officio procuratorum repellit infamia, quia infamis perſona nec procurator eſſe poteſt, nec cognitor: & hoc iure Canonum, ſi per ſententiam factus ſit infamis.

Iuſti. de excep. § fi. Gl. in d. c. infamis.

De iure autem ciuili non repellit, quia eſt onus, quanquam & illud de his accipi poteſt, qui non per ſententiam infamia ſunt notati. Ego hęreticum omnibus modis ab officio procuratoris repellendum eſſe cenſeo, quia & hoc officium fidem requirit, quę non eſt in hæretico. Maximè autem in conſiſtorio principis procurator eſſe non poteſt hæreticus, quia talis procurator habet dignitatem. Et eadem ratione puto hæreticum non poſſe principis eſſe medicum, ut qui & ipſe dignitatem habet, & illuſtris appellatur. At tabellionis officium hæreticis interdicitur, non quia infames ſunt. Nam & infames nota-

Bar. in l. 1. C. de comit. et arch. lib. 12. l. fi. ubi gl. C. qui milita. non poſſe. lib. 12. l. nec infames C. de decur. lib. 10. l. uniuerſos ubi Io. de plat. C. de decur. li. 10 C. de tabul. ſcrib. l. 2.

rij eſſe poſſunt, & inſtrumenta conficere, quia tabellionatus eſt munus publicum, non dignitas. Sed à publicis muneribus non repelluntur infames, ſicut nec omnibus publicis muneribus funguntur in dignitatibus conſtituti. Ideoq; ut infames officio tabellionatus fungi poſſunt, ſic eodem officio fungi non poſſunt, qui in dignitate conſtituti ſunt: ut doctores, aduocati, decuriones &c. Immò exercentes officium tabellionatus priuantur priuilegijs dignitatis decurionatus. Sed ideo hęretici tabelliones eſſe nõ poſſunt quia ab Eccleſia abſciſsi ſunt, cum quibus omnis prorſus Catholicis prohibita eſt cõmunio. Item, quia officium tabellionatus circa eas res uerſatur, quibus negociorum ueritas, & fides tum docetur tum confirmatur. Non poteſt autem erga homines eſſe fidelis (ut inquit Canon) qui Deo extiterit infidelis. Qua ratione neq; Iudæi neq; Pagani, neque

c. nulla officia 54. diſt.

hæretici ſunt habiles & digni, ut aliquod officium, quod bonam fidem exigit, exercere poſsint. Vnde & Iudæi, æquè ut hæretici, ab omnibus publicis repelluntur officijs. Maximè uerò hæreticus, ta-

bellio

bellio principis aut publici officij eſſe non poteſt, tum quia Notarius principis dignitatem habet, tum quia credenda non ſunt, quæ ab anathematizatis dicuntur uel ſcribuntur, ut inquit Canon. Sic nec Notarij eſſe poſſunt, quibus in creatione Iurisdictio ordinaria mandatur, propter quam & authoritatem emancipationi, adoptioni, alijſq; actibus uoluntariæ Iurisdictionis, interponere poſſunt. Vnde & Chartularij Iudices uocantur, nam & illi dignitatem habent.

[*C. de mād. princip.* — *l. 1. C. de decur l. neq; lib. 10.* — *C. de appell. l. ſi ad ſcribarū,* — *C. de primice. lib. 2.*]

[Ne hæreticis Aduocati aut Tabelliones ſint Catholici. — *c. ſi aduerſus de hæret.*]

Iam uerò nec Catholici aduocati & tabelliones, hæreticis ſuum officium impendere poſſunt. De qua re Innocentius Papa in hunc modum conſtituit. Quia plus timeri ſolet, quod ſpecialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur: uobis aduocatis & ſcriniarijs firmiter inhibemus: ne hæreticis, credentibus, fautoribus, uel defenſoribus eorundem, in aliquo præſtetis auxilium, conſilium, uel fauorem: nec eis in cauſis uel factis, uel aliquibus litigantibus ſub eorū examine, ueſtrum patrocinium præbeatis: & pro ipſis publica inſtrumenta uel ſcripta facere nullatenus attentetis. Quod ſi contra præſumpſeritis, ab officio ueſtro ſuſpenſos, perpetuæ uos decernimus infamiæ ſubiacere.

[Cur non ualēt inſtrumenta Notarij hæretici. — *gl. 24. q. 1. in ſumma Arch. in c. pe. de off. de leg. lib. 6.*]

Cæterum inſtrumenta per hæreticum notarium confecta, ideo nullius penitus momenti ſunt. Quia irritum & inane eſt, quicquid ab hæreticis attentatum fuerit, ut inquit Marcellus Papa. Quod non ſolum de manifeſto hæretico obtinet, ſed etiam de eo qui cōmuni opinione reputatur fidelis, Nam inſtrumenta ab eo confecta, nullius ſunt momēti. Et hoc eſt ſpeciale in crimine hæreſis, propter immanitatem criminis. Nam ex alijs cauſis infamia notatus, uel excommunicatus, de cuius tamen infamia & excommunicatione publicè non conſtat, ſiue iudex ſit, ſiue tabellio, quæ ab eis uel latæ ſententiæ fuerint, uel confecta inſtrumenta, propter publicam utilitatem ualent,

Hæreticos ab agendo & accuſando. Item à teſtificando repellendos, ad reſpondendum autem in iudicio compellendos eſſe.

Caput X.

POrrò ex ijſdem cauſis hæretici ab agendo, accuſan-
4. q. 1. c. 1. do, & teſtificando repelluntur. De accuſatione hæ-
reticorum ita conſtituitur in Concilio Carthaginen
ſi Septimo. Definimus cum ad accuſationē ritè non
admitti, qui poſtquam excommunicatus fuerit, in
ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit
Clericus ſiue Laicus, accuſare uoluerit. Omnes etiam infamiæ ma-
culis aſperſi, id eſt, hiſtriones, aut turpitudinibus ſubiectæ perſonæ.
2. q. 7. c. pa- Hæretici etiam ſiue Pagani ſiue Iudæi, ab accuſatione prohibentur.
gani. Item Gaius Papa, Pagani uel hæretici ſiue Iudæi, non poſſunt Chri-
c. alieni, 2. q. 7. ſtianos accuſare, aut uocem infamationis eis inferre. Item Diony-
ſius Papa. Alieni erroris ſocium, uel à ſui uoluntariè propoſiti trami-
te recedentem, aut ſacris patrum regulis & conſtitutionibus non
obedientem, ſuſcipere non poſſumus, nec debemus: nec impetere re-
ctè credentes, uel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes
permittimus. Quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam fidem
aut Chriſtianam legem præuaricantur, aut Apoſtolicam aut regula-
c. intellexi- rem libenter poſtponunt authoritatem. Sed nec aſsiſtere agentibus,
mus. de iud. de & accuſantibus in iudicio poſſunt hęretici, ut Panormitano uidetur:
accuſ. c. cum di Præterea non poteſt promouere inquiſitionem, nec ut accuſator ſeu
lectus. de ex- promotor adeſſe publicæ cauſæ, nec denunciare de crimine, hæreti-
cep. c. à nobis cus. De teſtimonijs hæreticorū reſpuendis, ita conſtituit Concilium
de iud. c. exhi- Toletanum Quartum. Infirmetur oportet eorum teſtimonium, qui
bita. in fide falſi docentur, nec eis eſt credendum, qui ueritatis ab ſe fidem
gl in c in omni abiecerunt. Cęterum conſtitutiones ciuiles, de teſtimonijs hæretico-
negocio. de te- rum ſunt uariæ: ac ueteri quidem iure, in quibuſdam caſibus hæreti-
ſtibus. corum teſtimonia admittuntur, in quibuſdam repelluntur. De qua
2 q. 7. non po- re talis cōſtitutio extat Iuſtiniani Imperatoris. Sancimus cōtra Or-
teſt. c 63. To- thodoxos quidem litigantes, nemini hæretico, uel etiam his, qui Iu-
let. 4. daicam ſuperſtitionem colunt, eſſe teſtimonij communionem, ſiue
L. quoniam C. utraq; pars Orthodoxa ſit, ſiue altera, inter ſe autem hæreticis uel Iu-
de hæret. dæis, ubi litigandum æſtimauerint: concedimus fœdus permixtum,
Lex Iuſtinia- & dignos litigatoribus etiam teſtes introduci, exceptis ſcilicet his,
ni de teſti- quos Manichæus furor, ſiue cuius partem Borboritas eſſe manife-
monijs hæret. ſtiſsimū eſt, uel Pagana ſuperſtitio detinet. Samaritis nihilominus,
& qui illis non ſunt abſimiles, id eſt, Montaniſtis, & Taſcodrogis,
& Ophitis, omne teſtimonium, ſicut & alias legitimas conuerſatio-
nes, ſancimus eſſe interdictum. Alijs uerò hæreticis tantummodo iu-
dicialia teſtimonia cōtra Orthodoxos, ſecundum quod conſtitutum
eſt,

eſt,uolumus eſſe inhibita.Cæterũ teſtamentaria teſtimonia eorum, & quæ in ultimis eulogijs, uel in contractibus conſiſtunt,propter utilitatem neceſſarij uſus eis ſine ulla diſtinctione permittimus, ne probationum facultas anguſtetur. In hac conſtitutione iudicialia teſtimonia in cauſis Orthodoxorum,ſiue ambæ partes,ſiue altera tan tum Orthodoxæ ſint, hæreticis interdicuntur. Inter ſe autem teſtes recipiuntur:in ultimis uerò uoluntatibus & cõtractibus,& inter Orthodoxos teſtimonia eorum recipiuntur. Quia hoc iure hæretici tantum infamia facti notabantur, ideo non in totum à teſtimonijs repellebãtur.Nam infames infamia facti, teſtes quidem eſſe poſſunt in ciuilibus cauſis,ſed eſt fides eorum aliquãtulum læſa,& diminuta: nec tantum eis creditur,quantum hominibus integræ famæ. In criminalibus aũt non admittuntur,non ſolum meris, ſed etiam mixtis. Meras criminales uoco, in quibus pœna applicatur fiſco. Mixta ſunt, in quibus pœna partim fiſco,partim parti applicatur. Sed nec in omnibus ciuilibus,infames infamia facti, teſtes recipiuntur,ac tales quidem ſunt,cauſæ matrimonij,ſtatus famæ, & ſeruiles. Sed nec ad probandam ingratitudinem admittuntur. Item, ſi perſonæ fuerint uiles & abiectæ, quibus ſine tormentis non creditur. Nouo aũt iure hæreticorũ teſtimonia,in nulla cauſa neq; ciuili neq; criminali, recipiuntur,ut Fridericus Imperator conſtituit. Nec mirum quia hoc iure infames ſunt infamia iuris, & eadem perpetua: tales enim propter notam,& infamiam uitæ ſuæ, ad teſtimonij fidem non admittuntur,tum quia legitimi actus infamibus ſunt interdicti, tum quia ferre teſtimonium eſt dignitas: præterea ad teſtimonium non admittuntur, qui nec ad accuſationem admitti iuſſi ſunt. Hoc tamen intelligendum eſt,niſi utraq; pars teſtimonium hæretici probauerit, uel cum hæreticus rem à ſe geſtam explicat, adhibitis tormentis, uel cum teſtificantur in cauſis grauioribus, ut hæreſis, ſimoniæ, ſacrilegij,læſæ maieſtatis,expilatæ annonæ, ut Bart. Iaſoni, & Alciato uidetur. Atq; hæc omnia de accuſationibus & teſtimonijs accipiuntur, quæ contra Catholicos inſtituuntur. Nam in his non admittuntur hæretici. Cæterum ſi hæreticus contra hæreticum litiget,cuiq; eorum hæreticum teſtem adducere licet. Si autem Orthodoxus contra hæreticum litiget,pro Orthodoxo quidem hæretici teſtimoniũ ualeat. Contra Orthodoxum autem ſolius Orthodoxi teſtimonium ualet. Iam uerò quod hæretici ad reſpondendũ Catholicis in iudicio compelli poſsint,eadem lege Friderici ſancitum eſt. Nullus præterea, inquit lex, hæretico ſuper quocunq; negocio, ſed alijs reſpondere cogatur. Neq; enim hæreticis delictum ſuum,immunitatem prebere debet. Et generaliter de excommunicatis conſtitutum eſt, ut conueniri in iudicio poſsint: & conuenti per alios reſpondere cogantur, ne uideantur de malitia ſua commodum reportare, & ita qui nõ poſſunt

Mitius in hæreticos ius antiquum, q̃ nouum.
Bart. in d. l. 1. C. de ſum. tri.
Canoniſtæ, in reg. de iud.
Bart. in l. agraria ff. de termino moto.
Bald. in c. 1. in uerbo integræ opinionis in tit de nol. feud.
tex. in l. fi. C. de ſecund. nup.
Iaſ. in d. l. 1. C. de ſumma trinu. ſi.
Bart. in l. ex liber. ff. de quæſtionib.
Bart. Paul. de caſtr. Iaſ.
Conſt. credentes c. de hæret.
L. 3. §. lege Iulia. ff. de teſt.
c. licet ex quadam de teſtib.
l. quæſtum. ff. de teſtib. not.
in c. teſtimonium de teſtib. 4 q. 2. c. 2.
ff. de minorib. l. Papinianus,
c. intelleximus de iud.

eſſe actores in iudicio, rei eſſe poſſunt, nõ quidem uoluntarij, ſed neceſſarij. Neceſſarium appellamus, contra quẽ actio intentatur, & qui ſpecialiter ad iudiciũ uocatur. Volũtarius aũt reus eſt, qui citatus, ſua intereſſe putans, in iudicio cõparet, ut aliquid cõſequatur. Hæreticus igitur, ut reus uolũtarius, à iudicio repellitur. Neq; enim ius aliquod in iudicio perſequi aut conſequi poteſt. Vnde nec ex conditione legis diffamari agere poteſt. Immò & actionem cœptam petente reo proſequi tenetur, ne ex malicia ſua commodum reportet. Sed & neceſſarius reus nõ ſolum comparere poteſt, cauſam ſuam defenſurus: ſed etiam comparere tenetur, iudicium cum aduerſario ſuo accepturus. Etſi autem honeſtatis ratio poſtulet, ut ad uitandum periculum cõmunionis ſuæ, non per ſe, ſed per procuratorem compareat: Tamen nihil prohibet, quin ſi procuratorẽ uel nullum habeat, uel non idoneum (nam paria ſunt nullum habere, uel minus legitimum habere) per ſe comparere poſsit. Neq; enim æquum eſt, ut neceſſaria illi defenſio ſubtrahatur. Quod utiq; fieret, ſi nõ habens idoneum procuratorem, ipſe per ſe comparere & ſe defendere prohiberetur, & ita Abbati Panormitano placuit. Adeo autem hæretici in iudicio actores, accuſatores, & teſtes eſſe non poſſunt, ut iudices ſæculares, etiam non excipiente & opponẽte parte, eos ab agendo, patrocinando, & teſtificando, in ſuis Curijs & iudicijs repellere teneantur: qui & ab Eccleſiaſticis iudicibus, ad hoc faciendum per cenſuras Eccleſiaſticas cogi poſſunt.

Paul. de caſtr. & Alexander in. l. libertas. ff. de in. ius. uoc. Abbas in d. c. intelleximus.

c. illud. de cler. excommu. miniſt.

Quando hæreticus per ſe comparere poteſt ad reſpondendum.

Panor. in d. c. intelleximus. de iud. c. decernimus. de ſent. excom. lib. 6.

Hæreticos inteſtabiles eſſe, & ab omni ſucceßione & liberalitate repellendos, nec aliquam contrahendi facultatem habere. Caput XI.

HÆretici inteſtabiles ſunt, ut nec liberam teſtamenti factionem habeãt, nec ad hæreditatis ſucceſsionem accedant, quin potius ab omni liberalitate & ſucceſſione, quolibet titulo ueniente, repellantur, ut Arcadius, Honorius, & Theodoſius, nouiſsimè etiam Fridericus, Imperatores conſtituerunt. Ac primum quidem de teſtamentis, & ultimis uoluntatibus, ſucceſsionibus item ab inteſtato hæreticorum, uariæ extant conſtitutiones. Theodoſius, Valentinianus, & Gratianus Imperatores, nullam prorſus teſtandi, aut alio quocunq; titulo relinquendi facultatem hæreticis permitũt. Sed nec filios hẽredes eis exiſtere, aut adire cõcedunt, niſi à paterna prauitate diſceſſerint. Ergo, inquiũt, & ſuprema illius ſcriptura irrita ſit, ſiue teſtamẽto ſiue codicillo, ſiue epiſtola, ſiue quolibet genere reliquerit uoluntatẽ, quia hæreticus fuiſſe cõuincitur. Iuſtinianus aũt Imperator cõſtituit, ut ad hẽreticorũ ſucceſsionẽ liberi tm̃ Catholici, &

l. manichæos. l. credentes. C. de hæret.

l. cognouimus. C. de hæret. in aut. ut cum de appel. §. generalem.

& illis nō exiſtentibus agnati & cognati Orthodoxi admittantur: Agnatis autem & cognatis nō extantibus, tum demum eorum hæreditatem ad Eccleſiam, ſi clerici fuerint, uel ad fiſcum, ſi fuerint laici, deuolui. Sed & neceſsitatem imponit parentibus hæreticis, Orthodoxos liberos ſecundum patrimonij quantitatem alere, & omnia eis præſtare, quæ ad quotidianam uitæ conuerſationem ſufficiant. Item, dotes pro filiabus uel nepotibus dare, & ante nuptias donationes pro filijs & nepotibus præſcribere, &c. Nouiſsimè autem Fridericus Imperator à ſucceſsione hæreticorum, tam ex teſtamento quam ab inteſtato etiam liberos Catholicos repellit, & filijs eorum, qui crimen læſæ maieſtatis perpetrarunt, exæquat: ac tanto magis, quod longe grauius ſit æternam, quàm temporalem offendere maieſtatem. Quod & ſacri Canones ſanxerunt. Canon ſic habet. Cum ſecundum legitimas ſanctiones, reis læſæ maieſtatis punitis capite, bona confiſcentur, eorum filijs ſuis uita ſolum ex miſericordia conſeruata: Quanto magis qui aberrantes in fide, Domini Dei filium Ieſum offendunt, à capite noſtro quod eſt Chriſtus, Eccleſiaſtica debent diſtrictione præſcindi, & bonis temporalibus ſpoliari? cum longe ſit grauius æternam, quàm temporalem lædere maieſtatem. Nec huiuſmodi ſeueritatis cenſuram, Orthodoxorum exhæreditatio filiorū, quaſi cuiuſdam miſerationis prætextum, debet ullatenus impedire, cum in multis caſibus (etiam ſecundum diuinum iudicium) filij pro patribus temporaliter puniantur. Et iuxta Canonicas ſanctiones quandoq; feratur ultio, non ſolum in autores ſcelerum, ſed etiam in progeniem damnatorum. Neque uerò hæreticorum teſtamenta, & ultimæ uoluntates caſſantur, quia ab infamibus uel excōmunicatis facta. Nam & infames & excommunicati teſtamenta facere poſſunt: ut Ioanni Andreæ, & Iacobo de Beliuſo placet: quorum ſententiam Dominicus de ſancto Geminiano ſequitur, multisq; iuris rationibus confirmat. Sed ideo hæreticorum teſtamenta ſunt irrita, quia ab his facta, quorū bona propter immanitatem criminis confiſcata ſunt. Vnde non habentes dominium bonorum, teſtamenta & ultimas uoluntates ordinare non poſſunt. Eſt enim teſtamentum uoluntas, qua quis diſponit, quid de rebus ſuis poſt mortem fieri uelit. Infames autem & excommunicati bona ſua retinent, hæretici autem perdunt. Rectè igitur illorum teſtamenta ualent, horum autem non ualent, & ita Abbati & Dominico placet. Sed nec hæretici hæredes inſtitui, & nec ex teſtamento, nec ab inteſtato cuiq; ſuccedere, nec ex donationibus aut alijs quibuſcunq; liberalitatibus quicquam accipere poſſunt, ut Valent. Gratianus, & Theodoſius conſtituerūt. Et hanc conſtitutionē Iuſtinianus Imperator ad teſtamenta etiam militū extendit, nam nec ex ipſis hæreticis hæreditatem uel legatū, uel fidei cōmiſſum accipere poſſunt,

Aut. Gazaros c. de hæret.

c. uergentis de hæret.

Domi in c. decernimus. de ſent. excōmu. lib. 6.

conſt. credentes c. de hæret.

ff. de teſta. l. 1.

Abb. in c. ad probandum, de re iud. Domi. in d. c. decerni. in Aut. cum de appel. cog. §. ſi quis. d. l. manichæos. l. fi. C. de hæret.

Præterea

c. ſi uerè. de ſent. excommu. ſignificaſti. de eo qui dux, in matri. Domi. in d c. decernimus.

Agath. c. 67. Laod. c. 10. & 31.

c. cum ſecundũ de hæret. lib. 6. l. pen. C. ad leg. Iul. ma. l. quæſitum. ff. qui & à quib. d. c. ſi uere.

Præterea non donandi, non emendi, non uendendi, non poſtremò contrahendi, quiſquis de hæreſi conuictus fuerit, facultatem habet, quod & ipſum ſpeciale eſt in crimine hæreſis. Nam ex alijs cauſis excommunicati uel infames contrahere non prohibentur, Videlicet excommunicati matrimonium contrahere poſſunt, ut Agathenſe & Laodicenſe concilia conſtituerunt. Sed nec bona ſua alienare poſſunt hæretici, ſiue bona hæretici à die commiſsi criminis ipſo iure confiſcata ſint, ut iure Canonum cautum eſt, ſiue non ſint confiſcata, quod de iure ciuili obtinere uidetur. Nam & hoc caſu hæreticus ius alienandi perdit. Sed & hæretici contractus ualet in caſu neceſſitatis, non quidem in ipſius fauorem, ſed propter contrahentium cum ipſis neceſsitatem, ueluti ſi per terras eorum eundum ſit. Nam hoc caſu emere ab eis & recipere neceſſaria poſſumus.

De pœna perpetui carceris, & exilio hæreticorum. Caput XII.

l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis. l. mandatis. ff. de pœnis. l. incredibile. C. de pœnis. C. de cuſtod. reorum. l. 1. Qualis debet eſſe carcer.

POenæ corporales hæreticorum ſunt carcer, exilium, ultimum ſupplicium, & bannum. Carcer de iure ciuili ad continẽdos homines, nõ ad puniendos haberi debet. Ideoq́ hoc iure cautum eſt, ne quis liber homo perpetuis uinculis damnetur. Nam hoc uix in ſola ſeruili conditione procedere poteſt. Quin ita etiam uſus carceris ad cuſtodiam temperandus eſt, ne ſedis intimæ tenebras patiatur incluſus, ſed uſurpata luce uegetetur, id eſt, ſubleuetur, & ubi nox geminauerit cuſtodiam in ueſtibulis carcerum, & ſalubribus locis recipiatur, ac reuertente iterum die, ad primum ſolis ortum illico ad publicum lumen reducatur, ne pœnis carcerum perimatur, quod innocentibus miſerum, noxijs non ſatis ſeuerum eſſe dinoſcitur. Maximè uerò & illud obſeruandum eſt, ne innocentes intra ſepta carceris letho dentur, aut ſubtracti audientiæ longa tabe conſumantur. De iure autem Canonico, Carcer non ſolum ad cuſtodiam habetur, ſed etiam ad pœnam. Nam hoc iure de magnis criminibus confeſsi, uel conuicti, in perpetuum uel ad tempus carceri mancipari poſſunt. Magna ſcelera ſunt, quæ de iure ciuili habent pœnam mortis, quæ grauiſsima appellantur, ut parricidium, latrocinium, crimen læſæ maieſtatis, hæreſis. In leuibus autem criminibus, uel etiam grauioribus, propter quæ de iure ciuili pœna mortis non infligitur, non erit locus huic pœnæ, quæ eſt grauiſsima, & pœnæ mortis æquiparatur. Grauiſsimum ſiquidem eſt homini, auræ communis hauſtu perpetuo priuari. Ideoq́ nonniſi pro grauiſsimis delictis irrogatur, nimirum talibus, propter quę uel conuictus uel confeſſus, poſt depoſitionem protinus curiæ ſæculari tradendus eſſet. Hæreticus igitur, qui de hæreſi uel confeſſus, uel

c. quamuis. de pœnis. lib. 6. c. tuæ. de pœn.

l. omnes. C. de pœnis.

conuictus fuerit,uel curiæ ſæculari tradi,uel perpetuo carceri man-
cipari poteſt. Quo caſu ſi pœna alternatiuè cōdemnato imponatur,
iudicis optio erit, quam malit eligere:Si uerò abiurato errore, ad *Bald. in l. qui-*
unitatem Eccleſiæ redierit, & ſi redeunti Eccleſia gremium ſuum *cunq; C. de ſer.*
non claudat,tamen nihilominus pœnam perpetui carceris ſuſtine- *fug.*
bit, mortis tantum pœna remiſſa. Neq; enim ex ſola pœnitentia,pœ *Dom. in d. c. 1. de hæret. lib. 6.*
nam in totum euitabit:poſſunt tamen Inquiſitores, ſi ita pro quali- *l. quia ea mēte*
tate & conditione perſonæ uidebitur, etiā pœnam carceris mutare *ff. de furtis.*
uel mitigare. Cæterum pœna perpetui carceris non ante irrogari *c. 1. de hæret.*
debet, quàm is,qui in carcerem detrudendus eſt,degradatus fuerit. *lib. 6.*
Nam Clerici de hoc crimine condemnati, ſiue curiæ ſæculari traden Degradatio
di fuerint,ſiue perpetuo incarcerandi,ante omnia degradari debēt. præcedere debet pœnā perpetui carceris.
Sed & hoc iure pœna carceris ita moderanda eſt, ne qui carceri in-
cluditur, uel duricia carceris uel inedia conſumatur. Nam & uictus
ei,& cætera neceſſaria præſtanda erunt, non quidem ut ex his ipſis
ſolatium aliquod capiat,ſed ut ſuſtentatus ne pereat. Nam pane do
loris,& aqua anguſtię ſuſtentandus erit,ut cōmiſſa defleat,& deflen
da ulterius non committat. De exilio hæreticorum multæ extant le-
ges ciuiles,Theodoſius II. & Valentinianus III. enumeratis triginta XXXII. Sectæ tēporib.
duabus ſectis,& earum ſectatoribus. Hi omnes, inquiunt, & cæteri Theodoſij II.
qui ad imam uſq; ſcelerum nequitiam peruenerunt,Manichæi, nuſ-
quam in Romano ſolo conueniendi, morandiq; habeant faculta- *l. Arriani. C.*
tem. Manichæis etiam de ciuitatibus expellendis, & ultimo ſupplicio *de hære.*
tradendis,quoniam nihil his relinquendum loci eſt,quo & ipſis ele-
mentis fiat iniuria:Leo Papa primus Pulcheriam Auguſtam adhor *Epiſt. 43.*
tatur,ut Eutichen ab eo loco, qui Conſtantinopolitanæ urbi nimis
uicinus eſt, longius transferri præcipiat, ne frequentioribus ſolatijs
eorum,quos ad impietatem ſuam traxerat,uteretur. Idem de hæreti-
cis ab urbe expellendis, ita ad Leonem Imperatorē ſcribit. Digna- *Epiſt. 43.*
mini pro fide ueſtra, etiā Eccleſiæ iſtam præſtare medicinam,ut ta-
les non ſolum ab ordine Clericatus, ſed etiam ab urbis habitatione
pellantur; ne ulterius ſanctus Dei populus peruerſorum hominum
contagio polluatur. Iuſtinianus Imperator,promulgata cōtra Anty *Hæc conſtitutio continetur, in actis Quintæ Synodi act. 1*
mum,Seuerum, Petrum, & Zoaran, hæreticos conſtitutione,inter
cætera de eorum quoq; exilio,in hunc modum conſtituit,ac primum
de Antymo. Similiter autem,inquit,& hoc interdicimus omnino re Exilium Antymi.
giam ciuitatem ingredi, aut diſtrictum eius,nec aliquam aliam de
inſignibus, ſed in aliqua ſolitudine, & in ſilentio ſedere & non cor-
rumpere cæteros, neq; in blaſphemiam ipſos adducere, & non ſem-
per aliquid noui inuenire contra uera dogmata,per quod rurſus no-
bis conturbare ſanctiſsimas Eccleſias feſtinaret. Sic & de Petro. Exiliū Petri.
Neq; uerò permittimus illi hanc regiam urbem habitare, aut ipſius
diſtrictum,uel aliquam de inſignibus,ſed quorū ſecutus eſt errorem
horum

horum imitetur dictam,quoniam longiſsimè abſciſſus eſt. Nam talibus occultari magis,quàm uideri,utilius eſt:ignoti quidem exiſtentes ſeipſos lædunt ſolos,publicantes uerò eorum dogmata multis ex ſimplicibus occaſionem perditionis præbent, quod nullo modo fieri in Chriſtiano ouili Dei, & Orthodoxo populo iuſtum eſt, neq; ab Imperio permiſſum eſt. Idem de Zoara. Sententiam,inquit,anathematis Epiſcoporum in Zoaram latam magis κυριώτερον firmiorem Imperium facit,& hunc de hac regia urbe,& eius diſtrictu abijcit, & habitationem in alijs ciuitatibus ipſi omnino interdicit. Itaq; cum illis ſolis habitet, & conſulat, qui à nobis ante memorati ſunt:qui ſimilia quidem blaſphemāt,ſimilia patiuntur,& ſimiliter in exilio ponuntur. Extant etiam alia multa principum Catholicorū exempla, de hæreticis in exilium actis. Conſtantinus peracta Synodo Nicæna, Arriū cum ſuis aſſeclis,quia Nicænæ fidei ſubſcribere nolebant, in exilium egit. Idem Euſebium Nicomedienſem, Theogonium, & alios Arrianos,qui Nicæno Concilio falſo & ſimulate ſubſcripſerāt, tandem in dolo deprehenſos, deportari præcepit. Sic & alij principes alios hæreticos ſæpe è terris & ciuitatibus expulerunt.

Exilium Zoaræ.

Ruffinus li. 10. Eccle. hiſt. c. 5.

An de hæreſi condemnati, ultimo ſupplicio affici poſsint. *Caput XIII.*

DE ultimo ſupplicio hæreticis inferendo, aliquæ quidem leges Imperatorum promulgatæ ſunt. Qualis eſt illa, quam ſupra cōmemorauimus,quam Theodoſius & Valentinianus in Manichæos tulerunt: qua & de ciuitatibus expelli,& ultimo ſupplicio tradi iubentur. Item illa,quæ in illos lata eſt,qui illicita docuerunt:qua omnes quidem hæretici comprehenduntur. Sed & in Anabaptiſtas lex talis lata eſt. Si quis rebaptizare quempiam de miniſtris Catholicæ ſectæ fuerit detectus,unà cum eo,qui piaculare crimen commiſit,ſi tamen capax criminis ſit per ætatem, cui perſuaſum ſit,ultimo ſupplicio percellatur. Verùm non multa, certe neſcio an aliqua,ueterum exempla proferri poſsint, quibus hæreticos ultimo ſupplicio affectos fuiſſe demonſtretur. Legimus Auguſtinum,ſæpe pro hæreticis ipſis, ne in eos ſeueritas legum exerceretur, interceſsiſſe: ne paſsiones ſeruorum Dei, (quæ in Eccleſia glorioſæ eſſe debent) inimicorum ſanguine dehoneſtarentur. Qui hæreticorum pœnam ita temperandam eſſe putauit, ut & licentia peccandi ſceleſtis hominibus auferretur,et nihilominus tum uiui, & nulla corporis parte truncati,ab inquietudine inſana, ad ſanitatis ocium, legum coërcione dirigerentur,uel à malignis operibus alicui utili operi deputarentur, quam quidem & ipſam damnationē eſſe dicit, ſed magis

l. Arriani, C. de hæret. l. quicunq;. C. eod. tit.

Sectā hic pro cōmunione accipit. l. 2 C. ſi ſanct. bapti. iteretur.

Auguſt. dehortatus eſt iudices ab ultimo ſupplicio hæreticorum. epiſt. 50. & 54. Item epiſt. 159.

magis tamen beneficium, quam ſupplicium nuncupandum. Has & ſimiles rationes captantes hæretici noſtri temporis, ipſi quoq; neminem propter fidem ultimo ſupplicio afficiendum eſſe clamant, non quidem id ſpectantes, quomodo lenitate & manſuetudine errantes in uiam rectam reducantur, quod ſanctus pater conſuluit, ſed quomodo hac ratione impunè ipſi in errorib. perſeuerare, alióſque ſecum in interitum rapere poſsint. Ego certè ſanctum patrem Auguſtinum iuſtam intentionem habuiſſe ſcio, qui curare maluit hæreticos beneficio, quam interire ſupplicio. Sed non negauit tamen iuſtum eſſe ſuppliciũ, quo de hæreticis ſumpto, multi fideles una cum ipſis perituri, à periculo & interitu liberantur. Arcendi ſunt à caulis ouium lupi rapaces hæretici, & ſi uerberibus non poſſunt, ultimo ſupplicio abigendi & occidendi. Debet enim paſtori charior eſſe ouium ſuarum ſalus, quàm luporum uita. Proinde non negat Sanctus pater, iuſtas eſſe leges hæreticis etiã ultimũ ſupplicium inferentes, ſed ad eas non prius perueniendum eſſe putat, quàm ſi alijs correctionibus emendari non poſsint, maximè autem ab ipſis temperandum, ſi periculum ſit, ne ſumpto de hæreticis ultimo ſupplicio, rurſus etiam Catholici ab hæreticis occidantur. Sic enim de ipſis ſcribit. Ex occaſione terribilium iudicum & legum, ne æterni iudicij pœnas luant, corrigi eos cupimus, non necari, nec diſciplinam circa eos negligi uolumus, nec ſupplicijs quibus digni ſunt coërceri. Sic ergo peccata eorum compeſce, ut ſint quos pœniteat peccaſſe. & paulò poſt. Proinde ſi occidendos in his ſceleribus homines putaueritis, deterrebitis nos, ne per operam noſtram ad ueſtrum iudicium tale aliquid perueniat. Quo comperto in noſtram perniciem licentiori audacia graſſabuntur, neceſsitate nobis impacta & indicta, ut etiam occidi ab eis eligamus, potius quàm eos occidendos iudicijs ueſtris ingeramus. Idem ad Macedonium. Prodeſt, inquit, ſeueritas ueſtra, cuius miniſterio quies adiuuatur & noſtra, prodeſt interceſsio noſtra, cuius miniſterio ſeueritas tẽperatur & ueſtra. Non uobis diſpliceat, quod rogamini à bonis, quia nec nobis diſplicet, quod timemini à malis. Nam hominum iniquitatem etiam Apoſtolus Paulus non tantũ iudicio futuro, uerũ etiã de præſentibus ueſtris ſæcularibus poteſtatibus terruit, aſſerens & ipſas ad diſpenſationem diuinæ prouidentiæ pertinere. Omnis (inquit) anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit &c. Hæc uerba Apoſtoli utilitatem ueſtræ ſeueritatis oſtendunt. Proindè ſicut dilectionem iuſsi ſunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem iuſsi ſunt timentibus debere qui terrent. Nihil cupiditate nocendi fiat, ſed omnia conſulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter † ne formidetur ultio cognitoris, ut nec interceſſoris religio condemnetur, quia & plectendo & ignoſcẽdo hoc ſolum benè agitur, ut uita hominum corrigatur.

Mens Auguſtini de ultimo ſupplicio hæret.

Epiſt. 127. ad Donatum procons. Aphricæ.

Epiſtola 54.

Authoritas Pauli Apoſtoli de coercẽdis hæreticis.

Rom. 13.

Seueritas ſiat non cupiditate nocẽdi, ſed conſulẽdi charitate.

† ita

corrigatur. Quòd ſi tanta eſt peruerſitas & impietas, ut corrigendis reis nec diſciplinæ, nec ueniæ remedia ſuffragentur, ab omni tamen contentione atq; conſcientia (quam Deus cernit) ſiue ſeueritate, ſiue lenitate, non niſi officiũ dilectionis impleatur. Iam uerò peruerſiſsime hęretici ad confirmandam ſuam ſententiam: Immo impunitatem potius conſequendam, quaſdam ſcripturas detorquent. Quales ſunt, Conflabũt gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces. Item, non occident, & non nocebũt in uniuerſo monte Sancto ſuo. Item, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Item, hæreticum hominem, poſt unam & ſecundam correptionem, deuita. Item, oportet hęreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant in uobis. Item, uerbũ Chriſti ad diſcipulos prolatũ, uolentes ignem de cœlo deducere. Neſcitis cuius ſpiritus filij ſitis? non uenit filius hominis animas perdere, ſed ſaluare, & ſi quæ ſunt ſimiles. Verum omnia hæc prauo & peruerſo iudicio. Quid enim peruerſius eſſe poteſt et impudentius, quàm nunciũ illud lętum diuturnę pacis, quam tempore natiuitatis Chriſti, in orbe futuram propheta ſignificat (ut inquit Beatus Hieronymus) eò detorquere, ut per ea uerba impunitas ſceleratis hominibus hęreticis permittatur? Sed quod ex propheta afferunt de hæreticis dictum eſt, ut nocere non poſsint in uniuerſa Eccleſia: De regulo enim & aſpide loquitur ſcriptura, quos hæreticos interpretamur. Mons ſanctus Eccleſia eſt iuxta illud, Non poteſt ciuitas abſcondi poſita ſuper montem, quo intelligitur quàm iniquè id ipſi rurſus interpretentur, ut Eccleſia iuſtam uindictam, de hæreticis ſumere non poſsit. Similiter quod afferunt ex Matthæo, Vt qui Eccleſiam non audierint, ſint pro Ethnicis & publicanis habendi. De excommunicandis quidem rebellibus intelligitur, in quibus & hæretici ſunt, nec tamen aliæ illic pœnę in hæreticos aut alios rebelles & contumaces exercendæ excluduntur, maximè à ſæcularibus poteſtatibus infligendæ. Paulus Apoſtolus hominem, qui inceſtum admiſerat, tradit ſathanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed non ideo ſæculari poteſtati interdictum eſt, quin & ipſa uindictam de huiuſmodi homine, à iudice Eccleſiaſtico excommunicato, ſumere poſsit. Hæretici autem uerbum Chriſti calumniantes, impunitatem ſibi ex eo permittunt. Sic & iuxta Apoſtolicã ſententiam, hæreticus homo uitandus quidem eſt, ne peccatis eius communicemus: uerum ſi periculum ſit, ne ipſius contagio totus grex inficiatur, non ideo non eſt eradicandus. Hæreſes eſſe oportet, ſed nihilominus hæreticos etiam puniri oportet, & ſi periculum ex ipſis immineat, etiam prorſus extingui, ſicut ſcandala eſſe oportet, ut adulteria, homicidia, ſed nihilominus à legibus ultimo etiam ſupplicio uindicantur. Quod autem Apoſtoli à Chriſto corripiuntur, quod ignem de cœlo deducere, & ciuitatem perdere

Margin notes: Peruerſæ allegationes hæret. pro ſua impunitate. — Eſa. 2. — Eſa. 11. — Matth. 18. — Tit. 3. — 1. Cor. 11. — Luc. 9. — Peruerſa expoſitio uerborũ Eſaiæ. — Matth. 5. — Reſponſio ad alia uerba ſcripturæ, ab hæreticis allegata. — 1. Cor. 5. — Cur Chriſtus increpauit diſcipulos, ultionem petẽtes.

perdere uoluerint:uindictæ quidem propriæ ſtudiũ prohibet Chri-
ſtus,non iuſtitiæ zelum. Voluit quidem Dominus diſcipulos iniu- *Luc 9.*
riam propriæ perſonæ cum patientia & gaudio tolerare,ſed nec ta-
men ſimul præcepit,iniuriam & blaſphemiam Deo illatam,inultam
relinquere. Sciebat Samaritanos citius credituros, ſi ignis ab eis ar-
ceretur,non ideo diſcipulos coërcuit, quia hoc modo eos uindicari
iniuſtum eſſet. Sciebant & Phinee reputatum ad iuſtitiam,quod ſa-
crilegos interemerat, & ad preces Heliæ ignẽ deſcendiſſe de cœlo, *Num.25.*
ſed quia tunc non proderat,prohibiti ſunt à Chriſto Apoſtoli,iniu- *4.Reg.1.*
riam propriam ulciſci,non diuinam,ſi profuiſſet, uindicare. Nam
& Beatus Petrus,qui cum alijs audierat, Beati eritis cum maledixe- *Matth.5.*
rint uobis homines,& perſequuti uos fuerint, & dixerint omne ma- *Exemplũ Pe-*
lum aduerſum uos:Gaudete in illa die, & exultate: quoniam merces *tri Apoſtoli*
ueſtra copioſa eſt in cœlis:contumelias ſibi illatas cum gaudio ſuſci- *in uindicta cõ*
piebat,peccata uerò,quæ in Deum committebantur, acerrime punie- *tra Ananiam*
bat, Vnde Ananiam & Zaphiram ſpiritui ſancto mentientes, mor- *& Saphiram.*
tis ſententia perculit. Sic etiam Paulus,dum à ſui contemptu, pia *Act.5.*
admonitione & multimoda commendatione ſui, Corinthios reuo- *Exemplum*
caret,magũ illum Elimam,qui credituros à fide retrahebat, cæcitate *Pauli contra*
percuſsit: ut cæteri perterriti, prædicationem eius non impedirent, *Elimam.*
ſed in Chriſtum credentes animæ cæcitatem effugerent,&c. Sed *Act.13.*
nec animas perdere uult magiſtratus, qui hæreticos ultimo ſupplicio
percellit, ſed magis Catholicorum animas ab interitu liberari, qui
ſalui eſſe non poſſunt,ſaluis hæreticis. Sed nec interim de perditione
hæreticorum gaudet, quos reuertentes mallet eſſe ſaluos, quàm in
errore ſuo perdurantes interire. Breuiter nulla ſcriptura eſt,quæ hæ
reticos,non ſolum in ſuis erroribus obduratos, ſed etiam aliorũ per-
niciem machinantes,ultimo ſupplicio prohibeat affici. Rurſus uerò
aperta ſcripturarũ teſtimonia audiuimus, quibus probatur, ultimo
etiam ſupplicio puniri poſſe,qui ueram religionem perturbant. Za-
phira & Ananias propter modicam pecuniam,à Petro morte mul-
tati ſunt:quantò magis hæretici tot animarum homicidæ,& ſacrile-
gi,& ueræ religionis peruerſores, ſi reſipiſcere contemnant, ultimo *Deut.13.*
ſupplicio percellentur? In ueteri Teſtamento legimus. Si ſurrexe-
rit in medio tui prophetes,aut qui ſomnium ſe uidiſſe dicat,& prędi-
xerit ſignum atq; portentum,& euenerit quod locutus eſt,& dixerit
tibi: Eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoramus,& ſeruia-
mus eis:non audies uerba prophetæ illius,aut ſomniatoris, quia ten-
tat uos Dominus Deus ueſter,ut palàm fiat,utrum diligatis eum, an
non, in toto corde,& in tota anima ueſtra. Propheta autem ille,
aut fictor ſomniorum, interficietur: quia locutus eſt, ut uos auer-
teret à Domino Deo ueſtro. Item propheta, qui arrogantia de- *Deut.18.*
prauatus, uoluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi

illi, ut diceret, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur. At dices, de falſis prophetis ueteris Teſtamenti hæc lex loquitur. Quin tu Cyprianum potius audi, has leges etiam ad pſeudoprophetas & ſacrilegos noui Teſtamenti extendentem. Si audieris, inquit, in una ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, inhabitare illic dicentes: Eamus & ſeruiamus dijs alienis, quos deos non nouiſti, interficiẽs necabis omnes, qui ſunt in ciuitate, cæde gladij, & incendes ciuitatem igni, & erit ſine habitaculo in æternum, non reædificabitur etiam nunc, ut auertatur Deus ab indignatione iræ ſuæ, & dabit miſericordiam tibi, & miſerebitur tui, & obſeruaueris præcepta eius. Cuius præcepti & uigoris memor Mathathias, interfecit eũ, qui ad aram ſacrificaturus acceſſerat. Quod ſi ante aduentum Chriſti circa Deum colendum, & Idola ſpernenda, hæc præcepta ſeruata ſunt: quanto magis poſt aduentũ Chriſti ſeruanda ſunt? Quã do ille ueniens non tantum uerbis nos hortatus ſit, ſed etiam factis. Hæc Cyprianus. At non inuenitur, inquiunt, exemplum in Euangelicis & Apoſtolicis literis, aliquid petitũ à regibus terræ, pro Eccleſia contra inimicos Eccleſiæ. Reſpondet Auguſtinus. Quis negat non inueniri? ſed nondum implebatur illa prophetia. Et nunc Reges intelligite: & erudimini qui iudicatis terram. Adhuc enim implebatur illud, quod in eodem Pſalmo paulò ſuperius legitur. Quare fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania. Aſtiterũt Reges terræ, & principes conuenerunt in unum. Veruntamen ſi facta præterita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorum, in Rege illo, qui appellatur Nabuchodonoſor, utrumq; tempus præfiguratum eſt, & quod ſub Apoſtolis habuit, & quod nũc habet Eccleſia. Tẽporibus itaq; Apoſtolorum & martyrum illud implebatur, quod figuratum eſt, quando Rex memoratus pios & iuſtos cogebat adorare ſimulachrum, & recuſantes mittebat in ignem, nunc illud impletũ eſt, quod paulò poſt in eodem Rege figuratũ eſt. Cum conuerſus ad adorandum Deum uerum in regno ſuo præcepit, ut quicunq; blaſphemaret Deũ Sidrac, Miſac, & Abdenago, pœnis debitis ſubiaceret. Prius ergò tempus illius Regis, ſignificabat priora tempora Regum infideliũ, quos patiebãtur Chriſtiani pro impijs: poſterius uerò tempus eiuſdem Regis, ſignificabat tempora Regũ fidelium, quos patiũtur impij pro Chriſtianis &c. Hæc Auguſtinus. Ex quibus omnibus intelligimus, leges Imperatorum etiam ultimum ſupplicium hæreticis inferẽtes, iuſtas eſſe & in ipſos optimo iure exerceri poſſe. Sed earum tamen ſeueritatem ita temperandam eſſe, ut ſi alijs pœnis mitioribus ad pœnitentiam reduci poſsint hæretici, leuitate potius quam ſeueritate coërceantur. Sin uerò obdurati in erroribus perſeuerent, periculumq; ſit, ne & alij eorum erroribus infecti pereant, aut religio Catholica in diſcrimen adducatur, Expedit, ut putrida membra penitus reſecentur,

Margin notes: c. ſi audieris 32. q. 5 — Deut. 13. — 1. Macha. 2. — Alius nũc eſt, quã olim ſub Apoſtolis fuit ſtatus Eccleſiæ. — Auguſt. Epiſtola. 48. — Pſal. 2. — Dan. 3.

reſecentur, & ultimi ſupplicij pœna è medio tollantur. Vltimum autem ſupplicium mortem interpretantur. Rurſus mortem intelligimus pœnam ignis, quam ſignificat illud Euangelicum. Si quis in me non manet, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent. Quam pœnam & conſuetudo recepit. Immò ſunt qui hanc pœnam ſola conſuetudine introductam eſſe putent, nec alio iure ſiue diuino ſiue humano probari. Quod & mihi uidetur. Neq; enim probat, quod ex Euangelio de palmite in ignem mittendo affertur. Siquidem hic locus de igne inferni perpetuo, non de pœna ignis temporali accipiendus eſt. Sed nec leges ciuiles hanc pœnam probant. Nam etſi pœnam ultimi ſupplicij, quam mortē interpretamur, in hæreticos ſtatuant: tamen hoc genus mortis uidelicet pœnam flammarū non exprimunt: Quam proculdubio legiſlatores expreſsiſſent, ſi eam in hæreticos ſancire uoluiſſent. Idq; propter atrocitatem pœnæ, quam quoties propter immanitatem delicti infligendam eſſe decernunt, candem quoq; nominatim exprimere ſolent, ut ex alijs conſtitutionibus facile colligi poteſt, quibus hæc pœna in ſpecie nominatur.

l. ultimum ſupplicium. ff. de pœnis.
Ioan. 15.
c. ad abolendā. de hæret.
ubi hoſt. Io. andr. & Abbas panor.
Sundiſſaluus in tract. de hæret. q. 15. nu. 4.
Pœna ignis in hæreticos ſola cōſuetudine ꝓbatur.
l. 2. C. de falſ. mo.
l. 3. C. de mal. & mathemat.
l. 1. de mul. quæ prop. ſer.
l. 1. §. fi. C. de rap. uirg.

De diffidatione, & banno hæreticorum, Cap. XIIII.

FRidericus Imperator perpetuæ infamiæ pœnam in hæreticos ſtatuens, ſimul etiam eos diffidat & banno Imperiali ſubijcit: Quæ quidē pœna ueteri ciuili iure incognita, longè poſt Iuſtiniani tempora, Imperio iam in Germanos tranſlato, introducta eſt. Eſt autem bannum ſententia, qua quis è Republica eijcitur, ut gaudere nō poſsit auxilio publico, nec fungi publicis officijs, nec aliquo iuris beneficio iuuari. Et habet ſimilitudinem quandam cum excommunicatione. Sicut enim per excommunicationem quis eijcitur extra cōmunionem fidelium: ita per bannum à bono publico ſeparatur. In quibuſdam tamen caſibus, bannum nō eſt ſimile excommunicationi, quia excommunicatus ab una Eccleſia, à tota Eccleſia excommunicatus uidetur: non ſic bannitus à certo loco, ab omni loco bannitus intelligitur. Præterea banna quædam capitalia ſunt, excommunicatio autem non capitalis, ſed medicinalis eſt &c. Porrò bannum quandoq; à lege infertur, quanq; ab homine: & interdum propter delictum, interdum propter contumaciam: Perſimile hoc etiam caſu excommunicationi, quæ & ipſa interdum à iure infertur, interdum ab homine, aliquando propter delictum, aliquando propter contumaciam. Nihil hic moror de banno diſputare, an deportationi, an uerò relegationi æquiparetur. Hoc certum eſt, bannum per ſe pœnam eſſe iuris ciuilis, quædam cum deportatione, quędam cum relegatione communia habentem, ut inquit Baldus. Nam ſunt

Ant. Gazarot. C. de hæret.
Bald. in l. 1. C. de hæret. inſtit.
Nicol. de mal. & Bald. in d. l. 1. C. de hære. inſtit.
In uſibus feud. hic finitur lex Corradi.
gl. in §. relegati inſt. quib. mod. ius. pat. poteſt ſol. & in l. ad cognitionem. ff. ex quibus cauſis poſſ. ea.

l.1.C.de heret. inſt.
Multiplicitas pœnarum, quas legum ſeueritas inſti-git.

multæ pœnæ, per quas leges & delinquentes coërcere, & contumaces ad obedientiam cogere intendunt: quę propter latitudinem Imperij non ſemper & ubiq; exequutioni mandari poſſunt. Ideoq; bannum earū loco inductum eſt, per quod huiuſmodi pœnæ, quantum fieri poteſt pro diuerſitate delictorum, & contumaciarum, & regionum, effectum ſortiantur. Inter has autem pœnas, quædam corpus affligunt, ut deportatio, relegatio, exilium, damnatio in opus metalli, fuſtium caſtigatio, ultimū ſupplicium: Quædam bona adimunt, quædam ciuitatem & libertatem: quædam infamiam irrogant, & hæ plærunq; comitantur eas, quæ corpori & perſonæ infliguntur.

l.1.ff.de bo dā.
l.quidam ff de pœnis.l.inter pœnas.ff.de interd. & de releg.
l.quidam ff.de pœnis.
l.capitalium & l.ueluti.ff. de pœnis l.aut damnum.ff.de pœnis.

Sic deportatio bona adimit, nam deportatorum bona publicantur. Similiter Apolides ſunt, id eſt, ciuitatem amittūt, retenta libertate, ut ea quidem, quæ iuris ciuilis ſunt retineant, & idem dicendum eſt de his, qui in opus publicum perpetuo dantur. Qui in metallum, & in metalli opus in perpetuum damnantur, libertatem amittunt, & ſerui pœnæ efficiuntur, adeo ut ſi quid eis teſtamēto datum ſit, pro non ſcripto ſit. Ad exiſtimationem pertinent, ueluti relegatio ad tempus, uel in perpetuum, uel in inſulam. Item, cum quis in opus publicum datur ad tempus, uel cum fuſtium ictui ſubijcitur. Item, flagellorum caſtigatio, uinculorum uerberatio. Item pœnæ, quæ damnum cum infamia inferunt. Item, quæ dignitatem adimunt, & certos actus interdicunt, ſicut moris eſt præſides aduocationibus interdicere, &c.

Effectus banni.

Iam igitur banno ſiue à lege, ſiue ab homine propter delictum lato. Si non eſt certus effectus declaratus à lege uel conſuetudine loci, nec in ſententia bannitionis expreſſus, ſed ſimpliciter dictum, ut ſit bannitus, qui condemnatur: tale bannum habet eum effectum, quem haberet condemnatio facta ex illo delicto de iure communi, ut ſi pœna iuris ſit deportatio, banni effectus eſt, pœna deportationis. Si

ff.de pœnis l. abſentem. §.1. ff.de interdict. & releg. l.relegat.
arg. in uſſbus. feud. hic finit. lex Corradi, et de ſtatut. & conſ. contra. li. Eccle. §. nulla. §. itē quicūq;.
Effectus banni in hæreticos lati.

autem bannum ſit latum in aliquem propter delictum, quod non habet certam pœnam à iure communi ſtatutam: effectus banni eſt ſimplex relegatio, quæ tam in præſentem proferri poteſt, quàm in abſentem, ut qui condemnatus fuerit, à bono publico eijciatur. Et ſicut excommunicatio, quæ fit propter delictum, repellit à bonis Eccleſiaſticis: ita bannitus propter delictum, ab officijs, honoribus, & dignitatibus territorij eius, qui bannum intulit, ut ſi à lege Imperiali, uel Imperatore ſit latum, his ipſis in toto Imperio: Si à lege municipali, uel à magiſtratu: in territorio eiuſdem municipij priuatus intelligatur. Iam uerò crimen hæreſis certas pœnas à lege ſtatutas habet, quarum quædam ad corporis caſtigationem, quædam ad bonorum ademptionem, quædam ad exiſtimationem pertinent, ut ſupra declaratum eſt. Ergo bannum ſiue à lege, ſiue à iudice ſimpliciter latum ſit, irrogationem earum pœnarum continet, quæ in hæreticos de iure communi ſtatutæ ſunt. Vnde lex uel iudex, qui hæreticum

ticum

tiuum bannitum eſſe definit, hoc ipſo etiam infamia eum notari, omnibus priuilegijs iuris priuari, & ab omnibus officijs pub. dignitatibus, teſtimoniorum fide, alijſq; ciuilibus actibus repelli pronunciat. Sed & bona ipſius confiſcari declarat, deniq; patriam, & in toto Imperio conuerſationem ei interdicit. Quod autem lex ſimul etiam diffidat hæreticos, hoſtes ipſos patriæ & Imperij eſſe declarat, ideoq; ab omnibus impunè tam in perſona, quàm in rebus offendi, & ut hoſtes latroneſq; occidi poſſunt, etiamſi ſint Clerici. Quod tamen in alijs excommunicatis Clericis locum non habet. Sed & deſertori æquiparatur hocmodo bānitus & diffidatus. Sicut enim deſertor eſt, qui relinquit militiam, & eſt contumax & inobediens: ita & propter hæreſim bannitus, non ſolum ciuitatem ſuam relinquit, ſed à Catholica Eccleſia deficiens, Chriſtianam deſerit militiam. Vnde etiam ut deſertor capite puniri, & ubicunq; reperitur, impune offendi poteſt. Cæterum ſiue à lege, ſiue ab homine banniatur hæreticus, non ante offendi poteſt, quam per ſententiam facti hæreticus eſſe declaretur, & ut hæreticus condemnetur: niſi factum ſit adeo notorium, ut nulla declaratione indigeat.

C. de Ep. & Cle. aut. Item nulla. C. de hæret. l. manichæos, & aut. Gazaros. l. 3. ff. ad leg. Cor. de ſica §. fi. C. quando non lic. ſin iud. l. 1. et 2. C. de cle. 2. §. certū de elect. C. de deſert. l. 2. li. 12.

Bald. in tit. hic finitur lex. c. 1

De pœna ſuſpectorum de hæreſi ſe non purgantium: relapſorum item, credentium, fautorum, & defenſorum hæreticorum, Caput XV.

SVſpecti eandem pœnam ſuſtinebunt, quam hæretici, ſi ſuam innocentiam non purgauerint. Illi quoq;, qui poſt abiurationem hæreſis, uel cum ſe proprij Antiſtitis examinatione purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſæculari iudicio ſine ulla penitus audientia relinquantur. Et hoc procedit etiam, ſi poſtea pœnitentes ad Catholicam fidem redeant. Nam etſi redeuntibus Eccleſiæ gremium non claudatur (Neq; enim Sacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ eis denegantur) tamen nihilominus curiæ ſæculari tradentur, animaduerſione debita puniendi. Credentes hæreticorum erroribus, ſimiles iudicantur hæreticis, ideoq; & pœna hæreticorum plectentur. De pœna autem credentium, receptatorum, fautorum, & defenſorum hæreticorū, ita cōſtituit Innocentius Papa III. Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorū, excōmunicationi decernimus ſubiacere: firmiter ſtatuētes, ut poſtq; quis taliū fuerit excōmunicatiōe notatus, ſi ſatisfacere contēpſerit infra annū, ex tūc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu cōſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniū admittatur, ſit etiā inteſtabilis, ut nec teſtandi liberā habeat facultatē, nec ad hæreditatis

c. ſuper eo. de hæret. lib. 6. gl. in d. c. ad abolendam.

c. pen § fi. de hæret. c. excommunicamus. §. credētes. de hære.

Verba Innocentij III. in Concilio Lateranenſi.

ſucceſsionē accedat, Nullus prterea ipſi ſuper quocunq; negocio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quod ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullā obtineat firmitatē, ne cauſæ aliquæ ad eius audientiā perferantur. Si fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur: ſi tabellio, inſtrumenta cōfecta per ipſum, nullius ſint momenti, ſed cū autore damnato damnentur: & in ſimilibus idem prçcipimus obſeruari. Si uerò Clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo maior eſt culpa, grauior exerceatur uindicta. Si qui autem tales, poſtquam ab Eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint, Excommunicationis ſententia uſq; ad ſatisfactionē idoneam percellantur. Sanè Clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus Eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant tradere ſepulturæ, nec eleemoſynas, aut oblationes eorum percipiant, alioqui ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur, abſq; indulto Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Similiter quilibet regulares, quibus etiam hoc infligatur, ut eorū priuilegia in illa diœceſi nō ſeruentur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare. Idem à beneficijs Eccleſiaſticis alijſq; publicis officijs, honoribus & dignitatibus repelluntur, ut ſupra dictum eſt. Præterea publica pœnitentia iniungitur credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus hæreticorum: quæ tamen ſemel contractam infamiam non aufert, ut quibuſdam uidetur: Quia condemnatus de publico crimine, ſemper manet infamis. Speculator putat per pœnitentiam infamiam aboleri, ſi quidē per pœnitentiā incipit eſſe quod nō fuit. Vnde non debet deſpici in eo quod fuit, ut inquit Gregorius. Præterea qui exequutionē ſibi contra eos, qui de hæreſi condemnati fuerint, faciendam ab Inquiſitoribus iniunctam facere ſeu adimplere detrectant, aut Inquiſitorum iudicium ſententiam aut proceſſum, directè uel indirectè impedire prçſumunt, aut condemnatos, quo minus puniantur, quocūq; modo liberant (quos & ipſos fautores, & defenſores appellare poſſumus) excommunicationis mucrone percutiuntur. Quam ſi per annum animo ſuſtinuerint pertinaci, ex tunc uelut hæretici cōdemnantur. Sed & ſtatuta, quibus inquiſitionis officium impeditur uel retardatur, caſſantur. Et qui ea reuocare noluerint, puniuntur: de qua re ita conſtituit Vrbanus IIII. Statutum, inquit, ciuitatis, Caſtri, uillæ & alterius loci, per quod negocium inquiſitionis hæreticæ prauitatis directè uel indirectè, ne in eo liberè procedi ualeat, contigerit impediri, uel quomodolibet retardari, nullius exiſtere firmitatis. Ipſiuſq; ciuitatis uel loci Dominum, Poteſtatem, Capitaneum, Conſules, uel Rectores: per quem uel quos eadem ciuitas, ſeu locus regitur: quocunq; nomine cenſeantur, ad ſtatutum huiuſmodi loci Diœceſano uel eius Vicario, aut Inquiſitori ſeu Inquiſitoribus labis præfatæ ſine morę diſpendio exhibendum, et ſi tale inuentum fuerit reuocandum omnino,

Pœna in mortuos in excōmunicatione defunctos.

Spec. in tit. de teſte. § Item excipiatur quod eſt infamis.

ff. de his qui not. inf. a. l. Athletas. § calumniator.

50. diſt. ferrū de reſcri. c. eā de pœnitentia diſt. 1. c. agite. c. ut inquiſitionis §. prohibemus. de hæret. lib. 6.

Vt reuocentur ſtatuta quæ Inquiſitionis proceſſum impediunt.

c. ſtatutū de hæret. lib. 6

omnino,uel ſaltem eatenus moderandum, quod per illud inquiſitionis proceſſus non impediantur,uel aliquatenus retardentur:per cenſuram Eccleſiaſticam diſcernimus compellendos.

De pœna ciuitatum & communitatum, in quibus hæreſes fouentur. Caput XVI.

Iam uerò nec ciuitates & communitates,quæ à Catholica Eccleſia deficientes,hæreticorum doctrinam & cæremonias recipiunt,hæreticis fauent,eosq; fouent & defendunt, à pœnis hæreticorum immunes ſunt.Sed eſt hic aduertendum, aliud eſſe uniuerſitatem & communitatem: aliud multitudinē,turbam, & cœtum.Nam uniuerſitas corpus eſt,quæ à præſidente & magiſtratibus legitimis regitur. Multitudo confuſa turba eſt,quæ non habet præſidem uel magiſtratus legitimos. Vnde in qualibet uniuerſitate multitudines ſunt, non in qualibet multitudine uniuerſitas,ut in collegijs illicitis, cōciliabulis hæreticorū & ſchiſmaticorum. Vtrǽq; ergò & uniuerſitates & multitudines, ut delinquere in hoc genere poſſunt:ita & iuſtum eſt, ut debita animaduerſione plectantur. Delinquit autem uniuerſitas cōmittēdo & omittendo: Committendo, ut cum ipſa cōmunitas,uel qui præſident communitati magiſtratus, iniqua & iniuſta perpetrant, aut iniuſtè & iniquè officia ſua adminiſtrant. Veluti ſi iniqua ſtatuta cōdant, Si Eccleſiaſtica officia uſurpent Laici, Si repudiatis ſacrorum Canonum ſanctionibus,& iuſtis decretis, & Eccleſiæ ordinationibus,ipſi nouas & impias cæremonias inſtituant, Si Eccleſiaſtica beneficia & officia hæreticis adminiſtranda diſpenſent &c. Et in hoc genere non peccat uniuerſitas niſi communicato conſilio,uel totius cōmunitatis, uel corū quibus Reipublicæ gubernandæ cura demandata eſt. Omittendo peccat communitas,ut ſi ipſa uel magiſtratus,ea,quæ ad iuſtum Reipublicæ regimen pertinent,omittunt. Vt cum aduerſus rebelles & contumaces non adminiſtrant iuſtitiam:innocentes & Catholicos à facinoroſis hæreticis & ſchiſmaticis nō defendunt:Item,Cum ipſa communitas magiſtratum impiè in officio uerſantem non repræhendit, nec eius factis contradicit. Et in hoc genere uniuerſitas etiam nullo conſilio communicato delinquit. Siue igitur committendo ſiue omittendo delinquat uniuerſitas,ciuiliter & criminaliter puniri poteſt.Ciuiliter ut ſi læſis ad reſarcienda & emendanda damna condemnetur. Criminaliter,ut ſi aratro ſubmittatur ciuitas, quam pœnam Carthago paſſa eſt. Item, ſi communitas ipſa Imperiali banno ſubijciatur. Eſt igitur pœna ciuitatis uel cōmunitatis, quæ hæreticorum doctrinam amplectitur,aut eorū uel perſonas uel doctrinas fouet & denfendit: ut

Differunt Vniuerſitas & Multitudo.

Peccata Vniuerſitatis circa hæreſim in committendo

gl.in l ſicut.§ quoniā primo. ff.quod cuiusq; uni. no. Domi. in c.fœlicis. de ſent.excōmuni. lib.6.

Salij.in l.1. C. de ſedi l. iubemus C. de ſacr. ſancti.Eccleſ. l.metum.§ animaduertendū ff.quod met. cauſ.

not. in c. priuilegium. de re iud. lib. 6. in gl. ord.

Eccleſiaſticũ interdictum.

l. relegatorum. §. ſolet. ff. de interd. et releg.

ut omnib. priuilegijs ciuitatũ priuetur, nec ullũ cõmertium ciuitatum habeat. Sede item & dignitate Epiſcopali priuetur. Similiter ut priuilegijs uniuerſitatũ, ſtudiorũ generalium, priuetur. Sed & Eccleſiaſtico interdicto ſubiacebit ciuitas & uniuerſitas, quæ hæretica labe fuerit infecta. Eſt autem interdictum pœna, qua certarum rerum uſus interdicitur, & eſt duplex, ciuile & Eccleſiaſticum: Ciuile, ut cum decurionib. ordine, aduocatis, aduocationibus, uel honoribus, uel ad tempus uel in perpetuum, uel certo loco, uel ſine definitione locorum interdicitur. Olim & aqua & igni interdicebatur, quæ erat maxima pœna, & proxima morti, qua olim plectebantur homines peſſimi, quãdo adhuc nefas uidebatur hominem, quantumuis malum, ultimo ſupplicio afficere. Vnde interdicto earum rerum uſu, quibus uita conſtat hominum, Nempe ignis & aquæ, perinde habebatur ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat, morte mulctatus, ut alibi tradit Lactantius. Interdictum Eccleſiaſticum, inter præcipuas Eccleſiaſticas cenſuras, una eſt, qua ſcilicet diuinis interdicitur, quæ & ipſa maxima pœna eſt, quæ ſcilicet uſu diuinorum & Sacramentorum priuat, & ut ciuile illud interdictum, corpus: ita hoc Eccleſiaſticum animam afficit, & quanto anima eſt precioſior corpore, tanto grauior eſt quæ ad animam, quàm quæ ad corpus reſpicit cenſura. Fertur autem interdictũ interdum in perſonam, interdum in locum: In perſonam, ueluti ſi uniuerſitas uel capitulum interdicatur: In locum, ueluti ſi ciuitas uel Eccleſia interdicatur, & hæc quidem inter ſe differunt. Nam interdicta uniuerſitate, Clerici ianuis apertis & pulſatis campanis, ſed excluſis excommunicatis & interdictis, alta uoce celebrare poſſunt. Sed interdicto loco, celebrare non poſſunt. Perrò interdicta uniuerſitate, non uniuerſitas ut corpus, ſed ſingulares perſonæ interdictæ uidentur, Quia materia interdicti non ad corpus ipſum, ſed ad ſingularia membra proporcionatur. Sed interdictum, propter delictum Rectorum uniuerſitatis uel cõmunitatis, in totam cõmunitatem ferri poteſt. Quo caſu & nocentes & innocentes Eccleſiastico interdicto ſubiecti ſunt, maximè ij qui præſentes fuerint, & ſcientes, & delictis Rectorum non contradixerint. Tamen uerius eſt, hoc caſu omnes ciues etiam ignorantes & innocentes interdicto ligari, ut Philippo placet. Alia pœna eſt, ut ciuitas uel communitas, quæ hæreſes fouerit uel defenderit, uel ſchiſma aduerſus Catholicam Eccleſiam nutrierit, diffidatur, & banno Imperiali percellatur. Ideoq; & illud conſequetur, ut ciuitas hoc modo bannita & diffidata, hoſtis Imperij fiat, omneſq; ciues eius, ut hoſtes impunè in perſonis & bonis offendi poſſint, ſed & expelli à principe omnes ex huiuſmodi ciuitatibus poſſint. Poſtremò ciuitas uel uniuerſitas hæreſi infecta, etiam pœna ultimo ſupplicio proporcionabili plecti poteſt: ea eſt, ut in eam aratrum inducatur de iure ciuili. Lex aũt diuina aliam

Quid eſt, interdici igni & aqua.

l. 2 inſtit. diuinarum.

c. querenti. de uerb. ſig.

Grauior pœna eſt, interdictum Eccleſiaſticum q̃ ciuile.

Archid. & Philip. in c. ſi ſententia. de ſententia ex commu. lib. 6.

Bart. in extrauag. qui ſint rebelles, in uerbo rebellando. d l. ſi uſu fructus.

aliam pœnam habet, quæ in Deuteronomio habetur. Si audieris, inquit lex, in una urbium tuarum, quam Dominus Deus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: Egreſsi ſunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores urbis tuæ, atq; dixerunt. Eamus & ſeruiamus dijs alienis, quos ignoratis: quære ſolicitè, & diligenter rei ueritate perſpecta, ſi inueneris certum eſſe quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, ſtatim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quæ in illa ſunt, uſq; ad pecora. Quicquid etiam ſupellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipſa ciuitate ſuccendes, ita ut uniuerſa conſumas Domino Deo tuo, & ſit tumulus ſempiternus. Nō ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, ut auertatur Dominus ab ira furoris ſui, & miſereatur tui, multipliceturq; te, ſicut iurauit patribus tuis, quando audieris uocem Domini Dei tui, cuſtodiens omnia præcepta eius, quę ego pręcipio tibi hodie, ut facias quod placitum eſt, in conſpectu Domini Dei tui. Atq; huius præcepti memor Mathathias interfecit eum, qui ad aram ſacrificaturus acceſſerat. Quod ſi igitur ante aduentū Chriſti, circa Deum colendum, & Idola ſpernenda, hæc præcepta ſeruata ſunt: quanto magis poſt aduentū Chriſti ſeruanda ſūt, quando ille ueniens non tantum uerbis hortatus ſit, ſed etiam factis, ut inquit Cyprianus. Ex quibus rectè concludunt Canoniſtæ, ciuitatem, in qua ſunt hæretici, totam comburi poſſe, quemadmodum & hæretici impunè occidi poſſunt. Et ſunt qui unicuiq; hoc permiſſum eſſe putent, & ab Eccleſia omnibus exterminandi hæreticos authoritatem eſſe conceſſam. Alij autem non niſi authoritate & iuſſu ſuperiorum, id fieri poſſe exiſtimant: quę ſententia certè tutior eſt, ſi non iuri conformior, ut Dominico uidetur. Omnium autem maximè neceſſarium eſt, ut non ante offendantur uniuerſitates, uel communitates hæreticæ, quam per ſententiam declaratoriam, eas huius criminis reas eſſe, fuerit declaratum. At obijciat hic quiſpiam: Vniuerſitatem neq; delinquere, neq; ob delictum puniri poſſe. Primum, quod dolum committere non poſsit, ut quæ corpus ſit, non habens intellectum, uel delinquendi uoluntatem. Deinde quod iniquum ſit, aliquibus peccantibus, eos etiam punire, qui à peccatis ſunt immunes. Reſpondeo, Et ſi non facile dolum admittant uniuerſitates, quia non facile in delictum conſentiunt omnes, idq; propter naturalem hominū ad diſſentiendum uoluntatem. Tamen non raro etiam dolo agit uniuerſitas, ſed cum difficultate, Nam & metum infert, & qui metum facit, dolo etiam tenetur, & de poſſeſsione ui deijcit, & ſi qua ſunt ſimilia, quę tum dolo facere cenſetur, cum coacta & cōmunicato conſilio facit, & adhoc dato ſigno, ut campana pulſata, uel præcone cōcilium indicente &c. Nam quod tunc conſilio facit, uel maior pars uel omnes feciſſe intelliguntur.

Deut. 13.
c. ſi audiens. 23. q. 5.

1. Machab. 2.

Domi. in c. præſidentes uerſ. quæro an tota. de hæret. lib. 6.
c. quando 23. q. 4.
Io. Iſp. archidiac. Domi. in d. c. præſidētes.
Vt præcedat ſententia declaratoria.
c. cum ſecundū leges. de hære. lib. 6.

Solutio, quod dolo tenetur uniuerſitas, dū facit communicato cōſilio.
l. item, ſi unus §. principaliter ff. de arb.
l. metū. §. animaduert. l. ſi cū exceptione §. eum ff. quod met. cauſ.

liguntur. Et adhunc modum uniuerſitas intellectum habet & uoluntatem, uidelicet corpori communitatis proportionabilem. Deinde etſi regulariter pœnæ ſuos authores tenere debeant, nec quiſquam ſine culpa puniri. Scriptum eſt enim: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Item, filius non portabit iniquitatẽ patris, & pater non portabit iniquitatẽ filij: Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum. Tamen hæc de ſpirituali pœna, quæ afficit animam, accipiẽda ſunt: Nam ſpiritualiter peccatis parentum nõ tenentur filij, nec unus alterius iniquitatem portabit. Sed nec unus propter peccatũ uel contumaciam alterius excommunicari poteſt. At corporaliter unus pro peccato alterius flagellatur. Quod & Apoſtoli indicãt, de cæco nato Chriſtum interrogantes. Rabbi, inquiunt, quis peccauit hic, aut parẽtes eius, ut cæcus naſceretur? Atq; in his etiam complectur illud, quod Dominus ad Moyſen ait: Ego ſum Dominus Deus fortis zelotes, uiſitans iniquitatem patrũ in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Turbatur nauis in qua diſcipuli ſunt, propter unius Iudæ perfidiam, & qui ſuis meritis firmi erant, tamen turbabãtur perfidia aliena, ut inquit Ambroſius. Propter peccata paucorũ, tota ciuitas Iericho ſubuerſa eſt, ipſaq; & quicquid in ea fuit anathema factũ. Ita propter peccata Pharaonis, mortuum eſt omne primogenitum in tota terra Ægyptiorum. Sic pro peccato Sodomitarum, paruuli eorum, qui propter ætatem flagitia parentum neſciebant, cœleſti igne ſunt conſumpti. Item, Pro peccato Amalechitarum, non ſolum paruuli eorum, ſed etiam bruta animalia uſq; ad mingentem ad parietem iuſſa ſunt à Domino Deo deleri. Item in nouo Teſtamento ſæpe peccatis exigentibus grauis peſtilentia deſæuijſſe legitur, quæ etiam illos inuoluit, qui peccati conſcientiam non habuerunt. Eodem modo humanæ leges, propter grauiſſima ſcelera non ſolum nocentes, ſed etiam innocentes puniunt. Grauiſsima autem ſcelera uoco, uelut crimen læſæ maieſtatis, quod non ſolum in ipſis authoribus, ſed etiam in eorum filijs, etiam innocentibus uindicatur. Item crimen hæreſis, propter quod non ſolum hæretici, ſed etiam eorum filij puniuntur: & tanto magis, quanto grauius eſt, diuinam quàm humanam maieſtatem lædere. Eodem modo uniuerſitate delinquente, ſiquidem crimen grauiſsimum ſit, cuius pœna etiam in filios redundat, ut crimen læſæ maieſtatis, & hæreſis, non ſolum regẽtes & authores delicti, ſed etiam ſingulares perſonæ, tam nocentes quàm innocentes, puniuntur. Cæterum multitudo, ut nihil aliud eſt, quàm ſingulæ perſonæ multitudinis nullum corpus repræſentans: Ita delictum multitudinis ſingulos tenet, eoſq; nocentes, non uniuerſos, neq; innocẽtes. Proinde multitudine delinquente, non uniuerſi & innocentes, ſed perpetrati delicti rei & nocentes puniuntur. Sed nec multitudo punitur, ubi per graues diſſenſionum ſciſſuras,

c. ſine culpa de reg. iur. lib. 6. l. ſancimus C. de pœnis.

Ezech. 18.

Filios pro peccatis parentũ puniri, non ſpiritualiter in anima, ſed corporaliter, ut patet per multa exẽpla.

Ioan. 9.

Exod. 20.

24. q. 1. turbatur.

Ioſue 6.

Exod. 12.

Gen. 19.

1. Reg. 15.

l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt.

l. manicheos C. de heret. Bart. in l. aut. facta §. nonnunquam ff. de pœnis. Doct. in c. dilectus, de Simonia.

Quomodo puniendum eſt delictum multitudinis.

ſciſſuras, nõ huius aut illius periculum, ſed populorum plurimorum ſtrages iacet. Nam hoc caſu detrahendum eſt ſeueritati, ut maioribus ſanandis malis charitas ſyncera ſubueniat. Nec tamen nulli punien- di ſunt multitudine peccante, quin potius ea moderatio adhibenda eſt, ut alij quidem ſeuerius coërceantur, alij uigilantius ueſtigentur, alij tractentur lenius, ſed non ſegnius doceantur. Seuerius puniendi erunt magiſtri hæreticorum. Illis enim percuſsis ſalui fiunt diſcipuli, ut inquit Hieronymus. Diligentius ueſtigabuntur, qui occultè docent hæreſes, domos penetrantes, & quod in aperto clamare metuunt in ſecreto ſeminare non quieſcunt. Sed & qui ſilent animaduertendi erũt, ſiquibus ex ſignis depræhendi poſsit uenenum, quod in pectore geſtant. Nam & ab illis periculum eſt, non ſecus quàm à fauilla aliquandiu ſub cinere latente, quæ uento aliquo agitata, tum demum in grandem & flammã & ignẽ exuſcitatur. Lenius tractandi erunt, quos deceptos aut coactos eſſe cognouerimus, & ſpes ſit, ut bonis admonitionibus ad uiam ueritatis reduci poſsint. Ac de his accipiendum eſt, quod alibi de correptione multitudinis ſcribit Auguſtinus. Non ergo, inquit, aſperè (quantum æſtimo) non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur, ſed magis docendo quàm iubendo, magis monendo quàm minando: ſic enim agendũ eſt, cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum: & ſi quid minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis cõminando uindictam futuram, Ne nos ipſi noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermone timeatur. Itaqꝫ prius monebuntur ſpirituales aut ſpiritualibus proximi, quorum authoritate & leniſsimis quidem, & inſtantiſsimis admonitionibus, cætera multitudo frangatur, hæc Auguſtinus. Sin uerò multitudo ipſa, quaſi ex authoritate errorẽ ſuum etiam per uim defendere conatur, tunc omnibus modis contra multitudinem etiam armis inſurgendum eſt, ac de eorum pertinacia iuſta uindicta ſumenda. Necꝫ enim ueritas ipſa, etiam propter quodcunqꝫ ſcandalum deſerenda eſt. Nam quæ eſt illa iuſtitiæ inimica bonitas (ut inquit Canon) palpare criminoſos, & uulnera eorum uſqꝫ in diem iudicij incurata ſeruare? Ad quem modum rectè Arcadius & Honorius Imperatores conſtituerunt, ut ſi qua iniuria ſacerdotibus & miniſtris, uel ipſi cultui diuino locoqꝫ ſacro, ab his qui in Eccleſiam irruerint, illata fuerit: talem iniuriam in ipſos quidem reos, conuictos, ſeu confeſſos, capitali ſententia uindicandam. Sin uerò multitudo uiolenta iudici præſentari non poterit, auxilio militari à præſide prouinciæ compeſcatur, ac competens uindicta tali exceſſui imponatur.

Opus eſt multa prudentia ac diligentia in puniendo multitudinis delicto.

Aug. epiſt. 105

Amos cap. 9

c. cõmeſſationes. 44. diſt.

gl. in c. cõmeſſationes.

Quãdo armis cõtra multitudinẽ agendum eſt.

extra de reg. iur. qui ſcandalizauerit.

l. ſi quis in hoc genus C. de Ep. & Cle.

50. diſt. c. ſi quis diaconus.

De hæreticis etiam poſt mortem excommunicandis, & eorum memoria condemnanda, Cap. XVII.

l.1. & 2. C. ſi reg. uel accuſ. morti fue. l. pe. ff. quæ ſententiæ ſine appel. C. de communione & c. quoniam 24. q. 2. gl. inſt. de hæret. c. d. quæ ab inteſt. § per contrarium. in uerbo memoria. tex. & gl. in l. ex iudiciorum ff. de pub. iud. Fœli. in c. à nobis el. 2. de ſent. excommuni. et in c. ſi Epiſ. de hæret.

POſtremo illud etiam ad uindictam hæreſeos pertinet, quod non ſolum uiui, ſed etiam mortui condemnantur atq; puniuntur hæretici. Nam etſi regulariter morte, eius qui cuiuſuis criminis reus poſtulatur, & crimen et pœna extinguatur: Vnde nec accuſari nec cõdemnari mortuus poteſt. Etenim defunctorum cauſa iudicio Dei reſeruanda eſt, non ab hominibus iudicanda. Tamẽ ſunt quædam crimina, quæ, propter immanitatem & atrocitatem, etiam poſt mortem humano iudicio uindicantur, ut crimen læſæ maieſtatis, repetundarum, peculatus, de reſiduis, hæreſeos, Apoſtatatus, deſertæ militiæ. Primum igitur hæretici poſt mortem excõmunicantur, ut Quinta Synodus decreuit, & uſu Romanæ Eccleſiæ, & multis ſanctorũ patrum exemplis comprobatur. Nam quibus uiuentibus non communicamus, mortuis communicare non poſſumus. Deinde memoria hęretici mortui condemnatur. De iure ciuili memoria hæretici dãnata intelligitur, Quia eius etiam poſt mortem bona fama extinguitur, & perpetua conſeruatur infamia. Quemadmodum Catholici memoria, et bona fama perpetuo celebratur. Ad quem modum Valentinianus & Martianus conſtituerunt, ut Eutichetis hæretici damnoſa memoria aboleatur. Flauiani autem Catholici Epiſcopi, ut qui Eutichetis errorem pro uiribus impugnauerat, laudabilis recordatio reuelctur. De memoria ſiquidem iuſti dicitur. In memoria ęterna erit iuſtus, et ab auditione mala non timebit. De iure autẽ Canonico, memoria hæretici damnari intelligitur, Quia eorum in oblatione altaris aliiſq; diuinis myſterijs, nulla fit recordatio, Et hæc pœna Excommunicationem eam, quæ in mortuum fertur, comitatur. Nam qui poſt mortem excommunicatus eſt, eius communio ita uitanda eſt, ut eius nulla in precibus ſacerdotis memoria fieri debet, Sed nec nomen eius recitari. Nam ueteres hunc morem habuerunt, ut omnium Catholicorũ Epiſcoporum nomina Diphticis inſcriberent, & inter diuina recitarent. Quorum ergò memoriam dammabant, eorum nomina ex Diphticis eximebant: nec eorum ullam inter diuina uel memoriam agebant, uel nomina recitabant. Ad quem modum in Aphricano Concilio conſtitutum eſt, Vt ſi quis Epiſcopus hæredes inſtituerit extraneos, à conſanguinitate ſua, uel hæreticos, etiam conſanguineos aut Paganos prætulerit, ſaltem poſt mortem ei anathema dicatur, atq; eius nomen inter ſacerdotes nullo modo recitetur. Item alius Canon. Neq; apud altare Dei merentur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros uolunt auocare. Et ideo Victor,

Non licet in precibus ſacerdotum fieri memoriã hæreticorum.

cum contra formam nuper in Concilio à ſacerdotibus datam, Gemi
num Fauſtinũ presbyterum auſus ſit tutorem cõſtituere: ob dormi-
tionem eius, apud uos non fiat oblatio, neq; aliqua deprecatio pro
nomine eius frequentetur in Eccleſia. Item de his, qui ſibi mortẽ con-
ſciſcunt ita conſtituit Bracarenſe. Placuit, ut hi qui ſibi ipſis uolunta-
riè, aut per ferrum aut per uenenũ, aut per præcipitium, aut per ſu- *C. placuit. 23.*
ſpendium, uel quolibet modo inferunt mortem: nulla prorſus pro *q. 5.*
illis in oblatione commemoratio fiat, neq; cum Pſalmis ad ſepultu-
ram eorum cadauera deducantur. Cæterum illud in quæſtionem
cadit, an hæretici poſt mortem accuſari de hæreſi poſsint, ut excom-
municentur, uel eorum memoria condemnetur. Et lex quidem ciuilis An hæreticus
ita habet. In mortem quoq; inquiſitio hæreticorum extendatur. Nam poſt mortem
ſi in criminibus maieſtatis licet memoriã accuſare defuncti, non im- accuſari poſ-
merito & hæreticus defunctus tale ſubire debet iudiciũ. Ca non ita ha ſit. *l. Manichæos*
bet. De eo qui in diuino iudicio eſt conſtitutus, nobis fas non eſt *C. de hæret.*
aliud decernere, præter id in quo eum dies ſupremus inuenit, atq; *c. nec quiſquã*
ideo niſi eius nomine refutato, cæteriſq; conſortibus huius erroris, *24. q. 2.*
cum nullo prorſus eorum participare debetis menſæ dominicæ puri-
tatẽ, quam maiores noſtri ſemper ab hæretica magnopere ſeruaue-
runt pollutione diſcretam. Quidam putant non admitti ſimplicem An ſub pœna
denunciationẽ huius criminis poſt mortẽ, ſed requiri accuſationem Talionis debe
cum inſcriptione ad pœnam talionis, id eſt, eam quam ſuſtineret hæ- at accuſari
reticus, ſi uiueret, & ita Dominico & Philippo uidetur. Alij accuſa- poſt mortem
tionem admittunt in hoc crimine poſt mortem, non quidem ut accu- hæreticus.
ſatus excommunicetur, ſed ut eius bona publicentur: Quæ ſententia
mihi uerior uidetur. Non tamen negauerim, in mortuũ hæreticum *gl. in d. c. ſanè*
ſententiam ferri poſſe, qua declaretur & defunctũ hæreticum fuiſſe, *24. q. 2*
& ut uiuo non licuit, eidem nec mortuo eſſe communicandum. Ter-
tio hæreticus poſt mortem ita condemnatur, ut bona eius publicen-
tur, etiamſi ante mortem accuſatus non fuerit. Nam & ſi pœnæ bono
rum ademptionis ex iudiciorum publicorum admiſsis, non alias ad- *l. ex iudiciorũ*
uerſus hæredes tranſeant, quàm ſi lis conteſtata & cõdemnatio fue- *ff. de accuſa.*
rit ſubſequuta: Tamen iudicia repetundarum, maieſtatis, hæreſeos,
& ſimilia, etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum eſt, adhuc exer
ceri poſſunt, ut bona eorum fiſco uendicentur. Nam qui aliquod ex *Io. de platea in*
his cauſis crimen contraxit, non poteſt ex bonis ſuis quicquam alie- *l. eorum C. de*
nare, & ita accuſatio ex his cauſis contra mortuum inſtituitur, non *iure. fiſci. li. 10*
ut puniatur mortuus. Neq; enim pœnæ (corporales mortuo infligi *c. accuſat. §.*
poſſunt, neq; in hæredem tranſeunt) ſed ut eius bona in fiſcum infe- *in eo uerò, de*
rantur, ut ſi ipſo iure confiſcata fuerint, uiuente reo, fiſcus ipſe defun- *hæret. lib. 6.*
cto ſuccedat, & bona etiam à quocunq; detentatore auocet. Erit *Bal. in l. 1. C. q*
tamen hoc caſu ſententia declaratoria facti ferenda, niſi factũ noto- *teſta. fac. poſ.*
rium fuerit, ut ſupra dictũ eſt. Sin uerò bona non ipſo iure confiſcata

 ſed

ſed eorum adminiſtratio defuncto ex die commiſsi criminis interdicta fuerit, per ſententiam confiſcentur etiam poſt mortem ferendam. Sed & qui hæreticis fauerit eoſq; defenderit, aut receptauerit, & Inquiſitoribus ſe ſub obligatione bonorū ſuorū aſtrinxerit, ad recipiendam ab eis pœnitentiā & implendam, ſed ea iniuncta nondum autem impleta deceſſerit: hæredes quidem ipſi ad exequendum huiuſmodi onus in bonis defuncti compelli poſſunt. Sed quæritur intra quantum tempus hæretici poſt mortem accuſari, & eorum bona uel ab Eccleſia uel à fiſco uendicari poſsint. Accurſius reſpondet, Accuſationem contra defunctos hæreticos intra quinquennium admitti. Quam ſententiam Bartholus quoq; approbat, quam & nos recipimus, ſi de bonis ad fiſcum Imperij delatis agatur, & ita Panormitano uidetur. Quod tamen hodie locum habere non poteſt. Nam nouiſsimo iure bona damnatorum de hæreſi non applicantur fiſco ſæculari, etiam principis non recagnoſcentis ſuperiorem, quod Feſinus multis conſtitutionibus nouis Bibliothecæ Papæ probari teſtatur. Sin uerò de bonis hæreticorum damnatorum ad fiſcum Eccleſiæ delatis agatur, accuſatio aduerſus hæreticum mortuum, intra annos quadraginta admittitur, ut bona defuncti hæretici etiam à Catholicis poſſeſſa, in fiſcum inferantur. Sin uerò bona hæreticorum, qui dum uiuerent Catholici eſſe putabantur, poſt mortem ipſorum à Catholicis, & eorum filijs uel nepotibus, aut extraneis quibuſcunq;, ſpacio quadraginta annorum fuerint bona fide poſſeſſa, non poſſunt hoc caſu ulterius ſuper huiuſmodi bonis (etiamſi ad Romanam Eccleſiam prouenire deberent) moleſtari, & ita Bonifacius Papa VIII. conſtituit. Alij præſcriptionem legalem quinquennij, ita intelligunt, ut eo tempore lapſo, defunctus de hæreſi condemnari non poſſit. Idq; in alijs etiam criminibus, quæ poſt mortem uindicantur, locum habere. Canonicam autem quadraginta annorum, de bonis tantum hæreticorum poſt eorum mortem confiſcandis, eſſe accipiendam. Sed uerior eſt prior ſententia. Nam de iure Canonico contra pœnas hæretico etiam poſt mortem imponendas (qualis eſt excommunicatio, damnatio memoriæ) nulla currit præſcriptio, & ita Felino placet.

c. accuſatus. § ſi uerò. de hæret. lib. 6.

Quæſtio de tēpore accuſādi poſt mortem.

l. 2. C. de Apoſtatis ubi Bart.

c. cum nobis, de preſcrip.

c. 2. de præſcri. lib. 6.

Ludo. Ro. ſingul. 429.

De pœna

De pœna ſchiſmaticorum, Cap. XVIII.

HActenus de pœnis hæreticorũ diximus. Reliquum eſt iam, ut de pœna ſchiſmaticorum dicamus, eorum uidelicet, qui ab obedientia ſe Romani Pontificis, aut aliorum etiam Epiſcoporum ſubtrahunt, alios ſibi Epiſcopos facientes, alia altaria erigentes. Nam eorum, qui fidei poſſeſsione à Catholica ſe ſeparant Eccleſia, quos & ipſos non ſolum ſchiſmaticos, ſed etiam hæreticos eſſe ſupra definiuimus, eadẽ pœna eſt, quæ & hæreticorum, de qua paulo ante diximus. Eſt igitur ſchiſma crimen, quod & diuinam & humanam habet uindictam. De diuina uindicta in ſchiſmaticos ita ſcribit Cyprianus. An eſſe ſibi cum Chriſto uidetur, qui aduerſus ſacerdotes Chriſti facit? qui ſe à Cleri eius uel plebis ſocietate ſecernit? Arma ille contra Eccleſiam portat, contra Dei diſpoſitionem repugnat, hoſtis altaris, aduerſus ſacrificium Chriſti rebellis, pro fide perfidus, pro religione ſacrilegus, inobſequens ſeruus, filius impius, frater inimicus: contemptis Epiſcopis, & Dei ſacerdotibus derelictis, conſtituere audet aliud altare, precem alteram illicitis uocibus facere, dominicæ hoſtiæ ueritatem per falſa ſacrificia prophanare: nec ſcire, quoniam qui contra ordinationem Dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduerſione punitur. Sic Chore & Dathan & Abiron, qui ſibi contra Moyſen & Aaron ſacerdotem ſacrificantes, licentiam uendicare conati ſunt, pœnas ſtatim pro ſuis conatibus penderunt. Terra cõpagibus ruptis, in profundum ſuum patuit, ſtantes atq; uiuentes recedentis ſoli hiatus abſorbuit. Nec tantum eos qui authores fuerãt, Dei indignãtis ira percuſsit, ſed etiam cæteros ducentos quinquaginta, participes eiuſdem furoris, & comites, qui coagulati cum ijſdem ſimul ad audaciam fuerant, exiens à Domino ignis properata ultione conſumpſit, admonens ſcilicet & oſtendens, contra Deũ fieri, quicquid improbi fuerint ad deſtruendam ordinationem Dei humana uoluntate conati. Sic & Ozias Rex, cum thuribulum ferens, & contra legẽ Dei ſacrificium ſibi uiolenter aſſumens, reſiſtente ſibi Azaria ſacerdote, obtemperare nollet & cedere, diuina indignatione confuſus, & lepræ uarietate in fronte maculatus eſt, ea parte corporis notatus, offenſo Domino, ubi deſignantur qui Dominum promerentur. Et filij Aaron, qui impoſuerunt altari ignem alienum, quem non præceperat Dominus, in conſpectu ſtatim Domini uindicantis, extincti ſunt. Quos imitantur ſcilicet atq; ſectantur, qui Dei traditione contempta, alienas doctrinas appetunt, & magiſteria humanæ inſtitutionis inducũt, quos increpat Dominus & obiurgat in Euangelio ſuo dicens: Reijcitis mandatum Dei, ut traditionem ueſtram ſtatuatis. Idem in epiſtola

Qui ſint ſchiſmatici tantũ.

Diuina uindicta in ſchiſmaticos.

Cyp. in tracta. de ſimplicitate prelatorum.

Num. 16.

2. Paralip. 26.

Leuit. 10.

Matth. 15.

Epiſt. 6. lib. 1. epiſtolarum. ad Magnũ filium. Deniq;, inquit, quàm ſit inſeparabile unitatis Sacramentum, & quàm ſine ſpe ſint, & perditionem ſibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui ſchiſma faciunt, & relicto Epiſcopo, alium ſibi foris pſeudoepiſcopum conſtituunt, declarat in libris Regnorum ſcriptura diuina: ubi à tribu Iuda & Beniamin decem tribus ſciſſæ ſunt, & relicto Rege, alterum ſibi foris inſtituerunt, & indignatus eſt (ut inquit) Dominus in omne ſemen Iſraël, & *3. Reg. 12.* dimouit eos, & dedit eos in direptionem, donec abijceret eos à facie ſua, quia diſsipatus eſt Iſraël à domo Dauid, & conſtituerunt ſibi Regem Hieroboam, filium Naboth. Indignatum eſſe Dominum dicit, & eos in perditionem dediſſe, quod ab unitate diſsipati eſſent, atq; alterum ſibi Regem conſtituiſſent. Et tanta indignatio Domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerant, ut etiam cum homo *3. Reg. 13.* Dei ad Hieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atq; ultionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, & aquam bibere uetaretur. Quod cum non cuſtodiſſet, & contra præceptum Dei prandiſſet, ſtatim diuinæ cenſura maieſtatis percuſſus eſt, ut inde regrediens, impetu ac morſu leonis in itinere necaretur. Et audet quiſquam dicere, aquam baptiſmi ſalutarem & gratiam cœleſtem, communem cum ſchiſmaticis eſſe poſſe, cum quibus nec terreſtris nec ſæcularis potus debet eſſe communis? Satiat adhuc in Euangelio ſuo Dominus & maiorem intelligentiæ lucem manifeſtat, Quod ijdem, qui ſe nunc à tribu Iuda & Beniamin ſciderant, & Hieroſolymis derelictis Samariam ſeceſſerant, inter prophanos

Schiſmatici gẽtilibus adæquantur.

& gentiles computarentur. Nam cum primum diſcipulos ſuos in miniſterium ſalutis mitteret, mandauit & dixit: In uiam nationum *Matth. 10.* ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis, ad Iudæos primum mittens, gentiles præterire iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, ubi erant ſchiſmatici, oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adæquari. Atque ex his pœnis diuinis *c. non afferamus. 24. q. 1.* planè cognoſcitur, quàm graue crimen ſit ſchiſma. Nemo enim dubitauerit, hoc ſceleratius eſſe commiſſum, quod eſt grauius uindicatum. Vnde & humanis legibus tam Canonicis & Eccleſiaſticis, quàm ciuilibus, crimen ſchiſmatis grauiſsimis pœnis tam bonorum, quàm corporis uindicatur. Ac primum quidem Canonica pœna in ſchiſmaticos conſtituta eſt, ut excommunicentur, & ſi excommunicationem contempſerint, ut etiam à ſæculari poteſtate comprimantur. De qua ita Carthaginenſe Concilium: Si quis presbyter ab Epiſcopo ſuo correctus fuerit, debet utiq; apud uicinos Epiſcopos conqueri, ut ab ipſis eius cauſa poſsit audiri, & per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari. Quod ſi non fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus, ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens, ſacrificium Deo obtulerit,

Pœnæ ſchiſmatis ex utroq; iure. *c. de liguerib. 24. q. 5 Panor. in re. de ſchiſmat. c. ſi quis preſbyter. 11. q. 3.*

Anathe-

Anathematizetur, & nihilominus locum amittat. Item, Pelagius *c. non uos. 23. q. 5.*
Papa. Malum autem ſchiſma eſſe, & per exteras etiam poteſtates *Pelagius I. ad*
huiuſmodi opprimi debere homines, & Canonicæ ſcripturæ autho- *Narſetem.*
ritas & paternarum regularum nos ueritas docet. Quiſquis ergo
Apoſtolicis diuiſus eſt Sedibus, in ſchiſmate eum eſſe non dubium
eſt, & cõtra uniuerſalem Eccleſiam altare conatur erigere. Sed quid
de talibus inſertus in Chalcedonenſi Synodo Canon cõſtituat, Glo-
ria ueſtra cõſyderet, ubi poſt alia ſic dicit. Qui à cõmunione ſeipſum
ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluerit uocanti
Epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, neq; obedire, &
primo & ſecundo uocanti, hunc omnino damnari: necunquam uel
orationem mereri, nec recipere eum poſſe honorẽ. Si enim perman-
ſerit, turbas faciens, & ſeditiones Eccleſiæ, per exteram poteſtatem
tanquàm ſeditioſum comprimi. Idem, Regulæ patrum hoc ſpeciali- *c. de liguribus*
ter conſtituerunt, ut ſi qua Eccleſiaſtici officij perſona, cui ſubiectus *23. q. 5.*
reſtiterit, uel ſeorſum collegerit, aut aliud altare erexerit, ſeu ſchiſma
fecerit, iſte excommunicetur atque damnetur. Quòd ſi fortè & hoc
contempſerit, & permanſerit, diuiſiones & ſchiſmata faciendo, per
poteſtates publicas opprimatur. Et poſt pauca addit, Quod ad pœ-
nas ciuiles pertinet, mille alia exempla & conſtitutiones eſſe, quibus
euidenter agnoſcatur, ut facientes ſciſſuras in ſua Eccleſia, non ſo-
lum exilijs, ſed etiam proſcriptione rerum & dura cuſtodia, per
publicas poteſtates debeant coërceri. Abbas putat Schiſmaticos ipſo *Abbas in reg.*
iure eſſe excommunicatos. Alia pœna ſchiſmaticorum eſt, quod or- *de ſchiſmat.*
dinationes ab ipſis, & ijs qui ab eis ordinati ſunt factæ, irritæ ſunt & *per c. licet de elect.*
inanes. Item, Qui dignitates Eccleſiaſticas ſeu beneficia ab eis accepe- *c. 1. & 2. de*
rint, careant impetratis. Alienationes quoq; per eos factæ de rebus *ſchiſmat.*
Eccleſiaſticis, omni carent firmitate, & res alienatæ ſine onere ad Ec-
ſias reuerti debent. Qui uerò à Romana Eccleſia & illius præſide *c. unica. de*
Romano Pontifice, defecerint, & contra eoſdem rebelles extite- *ſchiſmat. lib. 6.*
rint, omnibus honoribus, beneficijs, officijs, dignitatibus, & præla-
turis perpetuò priuantur, & inhabiles ad habenda redduntur, data
poteſtate omnibus fidelibus eos capiendi. Bona eorum mobilia & Schiſmaticorũ bona con-
immobilia iura & iurisdictiones publicantur, quæ ne redeuntes qui- fiſcantur.
dem recuperant, ſed & nati & poſteri eorum puniuntur. Nam &
eorum bona publicantur, & confiſcantur, ipſiq; poſteri, per ma-
ſculinam & fœmininam lineam deſtendentes, indigni redduntur
ad quælibet beneficia, officia & miniſteria Eccleſiaſtica, in Roma-
na quidem Curia perpetuò, in alijs autem Eccleſijs, uſque ad Quar-
tam generationem. Similiter eorum Receptatores, fautores, & de- *24. q. 1. c.*
fenſores excommunicantur, omnibusq; beneficijs, officijs, honore, *dicimus.*
& ſtatu Eccleſiaſticis, priuantur. Poſtremò inuenimus in tali facino-
re non ſolum duces & authores, ſed etiã participes pœnis deſtinari,

niſi à communione malorum ſe ſeparauerint, præcipiente Domino per Moyſen & dicente, Separamini à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere de omnibus, quę ſunt eorum, ne ſimul pereatis in peccatis eorum. Et quod comminatus per Moyſen Dominus fuerat, impleuit, ut quiſquis, qui ſe à Chore, Dathan, & Abyron non ſeparaſſet, pœnas ſtatim pro impia communione perſolueret. Quo exemplo oſtenditur, & probatur, obnoxios omnes culpæ & pœnæ futuros, qui ſe ſchiſmaticis contra præpoſitos & ſacerdotes irreligioſa temeritate miſcuerint, ſicut etiam per Oſee prophetam ſpiritus ſanctus teſtatur, & dicit: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, & omnes qui manducãt ea contaminabuntur, docens & oſtendens, omnes omnino cum authoribus ſuis ſupplicio coniungi, qui fuerũt eorum peccatis contaminati. Quæ ergo apud eos merita eſſe circa Deum poſſunt, quibus ſupplicia diuinitus irrogantur?

Num. 16.

Participes ſchiſmatis eadẽ pœna percelluntur.

Oſee 9.

De circumſtantijs quibuſdam, crimen hæreſis & ſchiſmatis aggrauantibus, & earum pœnam augentibus.
Caput XIX.

Hactenus de pœnis dictum eſt, quæ propter crimen hæreſis & ſchiſmatis inferuntur. Supereſt, ut de circumſtantijs quibuſdam horum criminum dicamus: propter quas & ipſa pœna, uel durior, uel remiſsior in hæreticum, & ſchiſmaticum conſtituitur. Porrò circumſtantię hæreſis & ſchiſmatis (ut aliorũ criminum) ſunt, cauſa, perſona, qualitas, quantitas, locus, tempus, & euentus. Primum igitur propter cauſam grauior eſt hæreſis: Veluti ſi quis hæreſim fingat, doceat, ſequatur, uel defendat, ut aliorum honori & authoritati detrahat. Cuiuſmodi fuit hæreſis Arrij, quam nõ alia ratione confinxit, quàm ut Alexandri (quem Pontificatus gubernacula ſuſcepiſſe dolebat) famæ derogaret. Aut ſi quis propter diuitias acquirendas, & auaritia ductus, aliena & praua dogmata ſequatur. Quod Paulum Samoſatenũ feciſſe legimus: qui cum egens eſſet & pauperrimus, necullam quæſtus occaſionem haberet, falſa quędam dogmata conſtruxit, ac per huiuſmodi occaſionem Eccleſiarũ bona per fraudem diripuit, fratres concuſsit. Quem & hodie plærię imitantur, qui per occaſionẽ hæreſum, omnia Eccleſiarũ & monaſteriorum bona deprædantur, exiſtimãtes, ſecundũ quod ſcriptũ eſt, quæſtum eſſe pietatẽ. Alij nouas hæreſes, uel inſtituunt, uel ab alijs introductas amplectũtur, ut per eas nouã religionẽ inſtituãt, uel Reip. ſtatũ in aliam & nouã formã conuertant. Quò ſanè ſtudio Machumetica perfidia primũ cœpta, & tandem etiã, optatũ finẽ ſortita eſt. Atq; utinã non ſint, noſtris etiã tẽporibus, qui ob eam tantũ cauſam nouas

L. aut facta ff. de pœnis.
Circũſtantię.
Exempla hiſtoriarum.
De Arrio.
Trip. li. 1. c. 13.
De Paulo Samoſateno.
Euſeb. lib. 7. cap. 26.
1. Timo. 6.
De Mahume.

nouas doctrinas ſequantur, ut hac occaſione Epiſcoporũ authoritate
calcata & ſuppreſſa, et forma ueteris Reip. immutata, ipſi ſoli & libe-
rè & pro ſuo arbitrio dominari poſsint. Perſona dupliciter ſpectatũ, *In Aut. ut de-*
eius qui hęreſim cõfingit, & eius qui durius aliquid aut iniquius pro- *funct. ſeu. fun.*
pter hæreſim patitur. Itaq; grauius plectũtur ex eadẽ hæreſi, Epiſcopi *coll. 5.*
& ſacerdotes, quam Laici. A quibus enim plura exiguntur, grauius *l. presbyteri.*
ſi ea non pręſtiterint, puniuntur. Quemadmodum delicta quædam *C. de Epiſ. & Cler.*
Pagano leuiorem, militi grauiorem pœnam irrogant. Sed & ætatis *l. quidam ff. de pœnis.*
ratio in hoc crimine habetuȓ: minus enim puniuntur Iuuenes, quàm *Paganus pro*
qui ſunt ætatis prouectioris. Nam fragile eſt & infirmum huiuſmo- *ruſtico aut pri*
di ætatis conſilium, et hæreticorum captionibus facile expoſitum. Ac *uato homine*
generaliter, ut prudentia & conſilium perſonæ crimen aggrauat: ſic *hic accipitur, dictus a pago.*
ſimplicitas et conſilĳ imbecillitas excuſat: Immò nec hęretici cenſendi
ſunt, quicũq; falſis hæreticorum perſuaſionibus capti, aut ita à pueri-
tia inſtituti erant, & errorẽ ueluti cum lacte matris hauſerunt: Parati
tamen, reperta & cognita ueritate corrigi, & errorem relinquere, ut
alibi teſtatur Auguſtinus his uerbis. Qui ſententiam ſuam, inquit,
quãuis falſam atq; peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendũt, *Epiſtol. 162. et*
præſertim quam nõ audacia ſuæ præſumptionis pepererint, ſed à ſe- *ſicut. 24. q. 1.*
ductis atq; in errorem lapſis parentibus acceperint: quærunt autem
cauta ſolicitudine ueritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequa-
quam ſunt inter hæreticos deputandi. Sexus item ad perſonam refer-
tur, Sed propter quem nec accuſatio crimini tribuitur, nec pœna re-
mittitur. Et ſi enim in multis iuris articulis fœminis propper ſexus *l. 2. ff. ad Senatus conſul.*
fragilitatẽ ſuccurratur: tamẽ nullum beneficiũ eſt, quod mulierum
calliditati & fraudibus opituletur, aut impunitatem criminum pro-
mittat. Ideo ut propter adulterium, ueneficium, abactionem partus,
& ſimilia: ita & propter hæreſim mulieres pœnis iuris obnoxiæ ſunt.
Quanquam miſeratione nonnunquam ſicut ætatis, ita & ſexus, iu-
dex ad mitiorem pœnam inclinatur. Iam & propter perſonam eius,
qui grauius aliquid ab hæretico patitur, ueluti qui ab eo uel decipi- *arg. l. auxilium*
tur, uel ui compellitur pœna augetur: Ita grauius puniuntur hæreſiar- *§. in delictis*
chæ tanquam authores hæreſum, quàm qui ab eis fuerint decepti. *ff. de minorib.*
Quemadmodũ grauius delinquit, qui ſeruũ dolo corrumpit, quàm
qui ab eo deterior factus peccauerit, & improbe aliquid fecerit. *ff. de ſeruo cor*
Quod ſi igitur ſeruum corrumpere etiã is intelligitur, qui ſeruo per- *rup. l. 1.*
ſuadet, ut iniuriam faceret, uel furtum, uel fugeret, uel errori, uel ma-
lis artibus eſſet deditus, uel ſeditioſus, ut inquit Vlpianus Iurecon-
ſultus: Quanto magis corruptor alieni ſerui dicetur, qui Chriſtiano
perſuadet, ut à uera & Catholica fide deficiat, et eam fidem ſoluat, qua
ſe Chriſto & Domino ſuo in ſacro lauacro deuinxit? Itẽ, ut falſa do-
gmata aſſerat, atq; tueatur: ut erroribus & falſis doctrinis ſit deditus.
Itẽ, ut non ſolum Eccleſię miniſtris ſummam inferat iniuriam. Item,

ut Eccleſiaſtica diſciplina contempta, & omni confuſo & diſsipato ordine, pacem & tranquillitatem in ſancta Dei Eccleſia perturbet. Proindè prudẽter diuiniſsimus Leo Papa primus, ad Anatholium

Epiſtola 44. Conſtantinopolitanum Patriarcham ſcribens, pulchrè & cauſam & pœnam authorum & defenſorum hæreſum, & eorum, qui per eos uel metu uicti, uel falſis perſuaſionib. decepti ſunt, diſcernit: Hos ſatisfactione præmiſſa, ſtatim ad communionem Catholicę Eccleſiæ recipiendos eſſe permittens: Illos uerò etiam reſipiſcentes, ſedi Apoſtolicæ reſeruandos eſſe præcipiens. Hanc, inquit, regulam mementote ſeruandam, ut quicunque in illa Synodo (de Epheſina ſecunda lo-

Exempla grauioris & leuioris culpę in Epheſina Synodo ſecunda. quitur) quæ nomen Synodi non habere potuit, nec habere meretur, & in qua maleuolentiam ſuam Dioſcorus, imperitiam autem Iuuenalis oſtendit, dolent ſe metu uictos, & terrore ſuperatos, ad conſenſum ſceleſtiſsimi iudicij potuiſſe cõpelli, & cõmunionẽ Catholicam obtinere deſiderãt, ſatisfactioni eorũ pax fraterna pręſtetur &c. De his autem, qui in hac cauſa grauius peccauere, & ob hoc ſuperiorem ſibi locum in eadem infœlici Synodo uendicarunt, ut humilium fratrum ſimplicitatem arrogantiæ ſuę præiudicijs aggrauarent, ſi fortè reſipiſcunt, & à facti ſui defenſione ceſſantes, in condemnationem proprij conuertuntur erroris: horum ſi ſatisfactio talis accedit, quæ non refutãda uideatur, maturioribus Apoſtolicæ ſedis conſilijs reſeruetur, ut examinatis omnibus atque perpenſis, de ipſis eorumque

Qualitas & Quantitas. actionibus quid conſtitui debeat æſtimetur. Qualitas & quantitas crimen aggrauãt, & pœnam augent. Veluti ſi quis coactis cœtibus, hæreſim doceat, & ſimpliciores aut tenuiores per uim compellat, ſi ſolus hæreſim docuerit, uel cum altero, uel cũ pluribus. Item, ſi unum uel plures errores confiteatur. Item, propter locum & tempus

Locus & Tẽpus. grauius delinquunt, ut qui in templis & ſacris locis Catholicam fidem prophanant. Qui quod in aperto clamare metuunt, in ſecreto

2 Thimo. 3. ſeminant, priuatas domos penetrantes. De quibus Apoſtolus. Ex his ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam ueritatis peruenientes. Item, qui imagines ex templis delent, ſtatuas deſtruunt & eijciunt. Item, qui ſacris diebus in Eccleſias irruentes, diuina officia interturbant. Propter euentũ hæreſis & ſchiſma grauiora ſunt: Quia ex falſis doctrinis, non ſolum rudes animæ decipiuntur, ſed etiam ad ſeditiones, ſacrilegia, ſtupra, aliaque atrociora crimina incitantur. Vnde et propter talem euentum, authores hæreſum & ſchiſmatum, non ſolum pœnas in hæreticos & ſchiſmaticos ſtatutas, ſed etiam ſeditioſorum & ſacrilegorum ſuſtinebunt.

De

De criminibus hæreſi & ſchiſmati adiunctis, & pœnis eorum. Caput XX.

HÆreſibus & ſchiſmatibus quædã ita adiuncta ſunt, ut inter ea perpetua quædam & indiſſolubilis cognatio eſſe uideatur. Cuiuſmodi ſunt blaſphemia, ſacrilegia, contemptus & deprauatio legum, tam diuinarum, quàm humanarũ. Calumnia iuſtorum, præſertim eorum, quos impijs eorum conatibus reſiſtere ſuſpicãtur: Quæ tametſi ab hæreſi & ſchiſmate diuerſa ſunt, quia tamen hæc illis adiuncta ſunt, æquum eſt ut in irrogatione pœnarum utrorumq́ etiam ratio habeatur, & pro qualitate & conditione criminum, pœna in delinquentes ſtatuatur. Primum igitur de pœna blaſphemiæ dicendũ eſt. Blaſphemia maledictio eſt, Ea ut uarijs modis admittitur, ita uarijs etiam modis punitur. Blaſphemia fit, cum Deo diuinus honor detrahitur, cum per nomen eius in uanum iuratur, cum falſa dogmata de Deo prædicantur, cum uerbum Dei falſis expoſitionibus, falſis tranſlationibus, falſis additionibus & detractionibus deprauatur: cum poteſtas Eccleſiæ à Chriſto data uel cõtemnitur, uel labefactatur, aut prorſus negatur & extinguitur. Siquidem uiolatores ſacrorũ Canonum, à ſpiritu ſancto (inſtinctu cuius & dono dicati ſunt) damnantur: Quin blaſphemare ſpiritum ſanctum non incongrue uidentur, qui contra eoſdem non neceſsitate cõpulſi, ſed temere aliquid & proterue aut loquuntur aut agũt, aut facere uolentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio, manifeſtè unum genus eſt blaſphemantium ſpiritum ſanctum, ut inquit Damaſus Papa. Et ad eundem modum blaſphemantur amici Dei, qui in Chriſto defuncti ſunt, & in electorum numerum aſciti ſunt ſancti, cum iniuria illis infertur, honor qui eis debetur detrahitur, corũ cultus & ueneratio turbatur, imagines & ſtatuæ deſtruuntur, memoria aboletur. Quemadmodum igitur blaſphemia diuerſis modis & Deo & ſanctis eius infertur: ſic & pœnæ diuerſæ ſunt, quæ in blaſphemos conſtituuntur. Ac primum quidem tanta eſt huius criminis atrocitas, ut nec à Deo inultũ relinquatur. Quippe propter quod, & famem, & peſtem, & terræ motus, & alias plagas in nos immittere ſolet, ut inquit Iuſtinianus Imperator. Sed & pœnæ Canonicæ, & ciuiles in blaſphemos conſtitutæ ſunt. Nam in eos, qui linguam ſuam contra Deum, Virginem Matrem, aut alios ſanctos, in blaſphemiam publicè relaxare præſumpſerint, olim pœna Canonica erat, ut Laici excommunicarentur, Clerici deponerentur. Huic deinde alia pœna ſucceſsit, ut ſcilicet Laici ſeptem diebus dominicis præ foribus Eccleſiæ in conſpectu populi recumbentes, ultimo illorum dierum dominico, neq; pallio neq; calciamentis induti, ſed cor-

Multa crimina hæreſi adiuncta.

l. non omnes ff. de re militari.

Pœna blaſphemiæ quæ uarijs fit modis.

c. uiolatores, 25. q. 1.

Blaſphemia multiplex in ſanctos.

in aut. ut non luxur. contra. nat. §. præterea, col. 6.

Pœnæ Canonicæ in blaſphemos.

c. ſi quis. 22. q. 1.

c. 2. de maledi.

rigijs circa collum ligati, ſedentes, non antea Eccleſiam ingredi permitterentur, quàm ſex ferijs in pane & aqua ieiunaſſent, ſimul atque pauperes aliquos ſingulis dictorũ dierum refeciſſent. Ciuilis autem pœna eſt, ut uel corporali pœna etiam ultimi ſupplicij, uel mulcta pecuniaria plectantur. Qui autem diuinum honorem Deo ſubtrahunt, & in creaturas transferunt, dæmonibus ſacrificantes, uel illicita & execrabili conſultatione futura ſciſcitantes, aut uanę ſpem promiſsionis accipientes, gladio ultore puniuntur. Qui autem iniuriam Dei, aut ſanctorum imaginibus inferunt, eas ipſas uel percutientes, uel in terram proſternentes, aut alio irreuerenti auſu tractantes, ſpiritualiter & Canonicè ita plectuntur, ut niſi pœniteant & ſatisfaciant, loci ſui dignitate & honore priuentur. Temporaliter aũt ultimo ſupplicio, & pœna legis Corneliæ de ſicarijs afficiuntur. Aliud crimen adiunctum hæreſi & ſchiſmati eſt ſacrilegium. Id perpetratur, quoties uel perſonis uel locis ſacris iniuria irrogatur, aut Eccleſiaſtica bona prophanantur. Ac primum quidem, ut uarij ſunt gradus & dignitates perſonarum ſacrarum, ita uariæ quoque pœnæ ſunt ſacrilegij, quod in perſonas Eccleſiaſticas perpetratur. Siquidẽ alia pœna in eos ſtatuta eſt, qui hoſtilem & ſacrilegam manũ in ſanctæ Ro. Eccleſiæ Cardinales iniecerint, alia in uiolatores Epiſcoporum, alia in eos qui ſacerdotes & Clericos uiolenter inuadunt, alia in raptores ſacrarum uirginũ. Nam qui Cardinalem hoſtiliter inſequutus fuerit, uel percuſſerit, aut ceperit, uel ſocius fuerit faciẽtis, aut fieri mandauerit, uel factum ratum habuerit, aut cõſilium dederit, uel fauorem, aut poſtea receptauerit, uel defenderit ſcienter eundem, præterquàm quod excommunicationem ipſo iure incurrit, non ab alio, quàm à Romano Pontifice (excepto tamen mortis articulo) abſoluendus, etiam ſicut reus criminis lęſę maieſtatis perpetuo fit infamis, ſimiliter inteſtabilis, ut nec teſtamenti factionem habeat ipſe, nec cuiquàm ſuccedat. Sed & cuncta ipſius ædificia in ruinam dantur, & bona fiſco inferuntur. Ad hæc nemo ei debita reddit, ipſe in iudicio omnibus reſpondere compellitur: omnibus feudis, alijsque beneficijs, ſi quæ habet, priuatur. Quæ pœna etiam in filios & nepotes eorum extenditur, qui & ipſi beneficijs ipſo iure priuantur, nec ad aliquam dignitatẽ aut honorẽ peruenire, aut officium publicũ adipiſci poſſunt, ſed nec poſtulandi, aut teſtimonij dicendi facultatẽ habent. Nec multo minorẽ pœnã ſuſtinebunt, qui tale aliquid in Epiſcopum perpetrauerint. Nam & ipſi primum anathematis mucrone percutiuntur. Deinde omnibus beneficijs tam ſpiritualibus quàm temporalibus, quæ ab ea Eccleſia, cuius Epiſcopum offenderunt, tenent, priuantur: cui pœnę & eorum filij uſque ad generationẽ ſecundã obnoxij erũt. Nam & ipſi inhabiles ad beneficia eiuſdem diœceſis redduntur locis omnibus & ciuitatib. in quibus huiuſmodi delicta perpetrãtur, Eccleſiaſtico

d. c. 2. de maledicis.

Hipp. in l. ex ſenatuſcõſulto. ff. ad l. cor. de ſica.

l. 1. & 2. C. de paga.

Pœnæ in uiolatores imaginum.

c. 2. § ceterũ. de off. ord. li. 6

Ang. & Hippol. in d. l. ex ſenatuſcõſulto. ff. ad leg. cor. de ſica.

Sacrilegia in perſonas ſacras cõmiſſa.

c. fœlicis. de pœnis. lib. 6.

Cle. 1. de pœnis

Eccleſiaſtico interdicto ſubiectis. Veterum quoq; Canonum authoritate, eorundem bona, Eccleſiæ offenſi Epiſcopi iuri perpetuo traduntur. Sic & qui manus ſacrilegas in presbyterum quencunq; inferiorum graduum iniicere præſumpſerint, Canonicæ pœnitentiæ, depoſitioni, excommunicationi, aliiſq; Eccleſiaſticis pœnis ſubiacebunt. Et has quidem pœnas ſacri Canones uiolatoribus Cardinalium, Pontificum, & ſacerdotũ irrogant: quibus, ciuilibus pœnis, quæ in homicidas & uiolatores, ſacrilegos ſacerdotum ſtatutæ ſunt, minimè derogatur. Si quis autem ſacratiſsimas uirgines uel rapuerit uel etiam iungendi cauſa matrimonii in eas aliquid attentare auſus fuerit, ultimo ſupplicio feriendus eſt. De his uerò, qui locis ſacris aut diuino cultui, & miniſtris Eccleſiæ iniuriam inferũt, ita conſtituerunt Arcadius & Honorius. Si quis in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in Eccleſias Catholicas irruens, ſacerdotibus & miniſtris, uel in ipſo cultu locoq; aliquid importet iniuriæ, quod geritur à prouinciæ Rectoribus animaduertatur. Atq; ita prouinciæ moderator, ſacerdotum, & Catholicæ Eccleſiæ miniſtrorum, loci quoq; ipſius, & diuini cultus iniuriam, capitali in conuictos ſeu confeſſos reos ſententia nouerit uindicandam. Nec expectet, ut Epiſcopus iniuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit: ſitq; cunctis laudabile, factas atroces ſacerdotibus aut miniſtris iniurias, ueluti crimen publicum, perſequi, ac de talibus reis ultionem mereri.

c. ſi. quis deinceps. 17. q. 4.

l. ſi quis ne dicã C. de Epiſ. & Cler.

l. ſi quis in hoc genus C. de Epiſ. & Cleri.

Quod ſi multitudo uiolenta, à ciuilis apparitoris exequutione, & adminiculo ordinum & ordinatorum poſſeſſorumuè non poterit flagitari, quod ſe armis aut locorũ difficultate tueatur, Præſides prouinciarum, etiam militari auxilio per præſentes literas appetito, competentẽ uindictam tali exceſſui imponere non morentur. Qui autem Eccleſias incendio deuaſtauerint, ſecundum Canones anathematis uinculo ipſo iure innodentur. Secundũ leges uerò generaliter incendiarii capite puniuntur. Alibi tamen de incendiariis Vlpianus Iureconſultus ita diſtinguit. Vt qui data opera in ciuitate incendium fecerint, ſiquidem humiliori loco nati ſunt, beſtiis ſubiiciantur: ſi in aliquo gradu exiſtentes id fecerint, capite puniantur, aut in inſulam deportentur, alibi uincti uerberati, igni necari iubentur. Res ſacræ ſunt, quæ ritè per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, ut ædes ſacræ, & dona quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt. Harum duo ſunt genera. Nam quædã publicæ ſunt, quædam priuatæ: Publicæ, quæ à Pontificibus conſecratæ ſunt: Priuatæ, quæ ſacerdotibus & miniſtris Eccleſiarum dantur. Quales ſunt decimæ, primitiæ, oblationes fidelium, cenſus & prædia Eccleſiis pro ſuſtentatione miniſtrorum Eccleſiarum à fidelibus relicta, aut à Pontificibus deputata. Harum igitur omnium illicitæ uſurpationes, rectè ſacrilegia appellantur. Ita ſacrilegium perpetrant, qui domum Dei uiolauerint, & aliqua ſine licen-

Pœna in multitudinem uiolentam.

l. capitalium §. incendiarii ff. de pœnis

l. ſi ff. de incẽd. rui. naufrag.

l. qui ædes ff. de incend. rui. naufrag. d. l. capitalium.

Bar. in l. 1 ff. de off. præfect. uigil.

Inſti. de rerum diuiſ. § ſacræ res.

tia eius, cui commiſſa eſt, inde abſtulerint. Item, qui monaſteria, &
loca Deo dedicata, & Eccleſias infringunt, & depoſita uel alia quæli-
bet inde abſtrahunt. Et generaliter ſacrilegium eſt, quoties quis ſa-
crum uiolat, uel auferendo ſacrum de ſacro, uel ſacrum de nõ ſacro,
uel non ſacrum de ſacro. Domum autem Dei ſiue Eccleſiam accipi-
c. ſicut & d. q. ſequẽs. 17. q. 4 mus, non ſolum ædificium ipſum, ſed etiam ſpacium quadraginta
paſſuum Eccleſiaſticorum, ſi maior Eccleſia fuerit: ſin uerò minores
Eccleſiæ, triginta, qui in circuitu Eccleſiæ ſunt: & domos, quæ intra
prædictos paſſus collocantur. Nam qui confinia eorum confringere
tentauerit, aut perſonã hominis uel bona eius inde ſubtraxerit, pro
ſacrilego habetur. Itẽ, ſacrilegi ſunt, qui prędia diuinis uſib. tradita,
c. prædia 12. q. 2 humanis uſibus applicat, & Deo cui tradita ſunt ſubtrahũt, ut ſibi in-
c. nulli 12 q. 2. ſeruiant. Præterea ſacrilegi ſunt, qui opes ſuas, quas uel ipſi uel maio-
Leui. 27 res eorum, ſemel Eccleſiis donauerunt, reuocant. Nam omne, quod
Domino cõſecratur, ſiue fuerit homo, ſiue animal, ſiue ager, uel quic-
quid ſemel fuerit conſecratũ, ſanctum ſanctorũ erit Domino, & ad
ius pertinet ſacerdotum. Ergò qui a Domino & Eccleſia cui compe-
tunt auferunt, uaſtant, inuadũt, uel eripiunt, ut ſacrilegi iudicantur.
c. ſunt qui, 17. q. 4. De quibus rectè Ambroſius. Sunt, inquit, qui opes ſuas tumultuario
mentis impulſu, non iudicio perpetuo, ubi Eccleſię cõtulerint, poſtea
reuocãdas putauerũt, quibus nec prima merces grata eſt nec ſecũda:
Quia nec prima iudiciũ habuit, et ſecunda habuit ſacrilegiũ. Conciliũ
Varenſe, necatores egentium, & infideles appellat, qui in hoc genere
Eccleſias defraudãt. Qui oblationes, inquit, defunctorũ retinent, &
Eccleſijs tradere demorantur, ut infideles ab Eccleſia ſunt abijciendi.
Quia uſq; ad exinanitionem fidei peruenire certum eſt, hanc pietatis
diuinę exacerbationẽ: quia & fideles de corpore recedentes uotorum
plenitudine, et pauperes conſolatu alimonię, & neceſſaria ſuſtẽtatio-
ne fraudãtur. Hi ergò tales quaſi egentium necatores, nec credẽtes
c. indigne 12 q. 2. c. in Canonib. 16. q. 1. iudiciũ Dei habẽdi ſunt. Itẽ Conciliũ Agathẽſe. Clerici uel ſęculares,
qui oblationes parentũ, aut donatas, aut teſtamẽto relictas, retinere
perſtiterint, aut id quod ipſi donauerint Eccleſijs uel monaſterijs, cre
diderint auferendũ, ſicut Sancta Synodus conſtituit, uelut necatores
pauperũ, quo uſq; reddant, ab Eccleſijs excludantur. Maximè uerò
ſacrilegi ſunt, & quidem omniũ peſsimi, qui res immobiles Catholi-
In aut. de Eccleſi tit. §. iubemus. corum principũ, liberalitate ſacroſanctis Eccleſijs collatas, ab ijſdem
auferunt. Nam ſi tales res ita apud Eccleſias cuſtodiendæ ſunt, ut ab
ijſdem nullo modo alienari poſsint: quãto grauius eſt, eas ipſas per
ſacrilegium ab Eccleſijs auferri: præcipuè ſi in hæreticos aut ſchiſma-
Infamia c. attẽdendũ. 17. q. 4. ticos transferãtur. Porrò huius generis ſacrilegiũ de iure Canonico,
uarias pœnas habet, excommunicationẽ, infamiam, carcerem, exiliũ,
mulctam pecuniarum. De Excommunicatione, hi & ſimiles extant
Canones. Si quis domum Dei uiolauerit, & aliqua ſine licẽtia illius,

cui

cui commiſſa eſſe dinoſcitur, inde abſtulerit, donec in conuētu admo
nitus ſatisfaciat, ſciat ſe communione priuatū: ſi uerò poſt ſecundam
& tertiam conuentionē, coram Epiſcopo ſatisfacere detrectauerit,
ſacrilegij periculo ab omnibus obnoxius teneatur, ita ut ſecundum 2. Theſſ. 3.
Apoſtolum nemini fideliū miſceatur. Item, Omnes Eccleſię raptores c. omnes. 17. q.
eiusdemq́ facultatū alienatores, à limine matris Eccleſiæ anathema- 4.
tizantur, & Apoſtolica authoritate pelluntur, damnātur, atq́ ſacri-
legi eſſe iudicātur. Itē, Si quis oblata Deo dederit alteri uel acceperit, c. in Car ...
preter Epiſcopi uel eius cōſenſum †, qui ab eo inſtitutus eſt, ad diſpen 16. q. 1.
ſandum miſericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit, anathe- †. conſi
ma ſit. Itē, Qui res Eccleſiæ iuſſu & largitione principum, uel quorun-
dam potentum, aut quadam inuaſione, uel Tyrannica poteſtate te-
nuerint, & filijs uel hæredibus ſuis (ut à quibuſdam iam factū audi-
uimus) quaſi hæreditarias reliquerint, niſi citò res Dei, admoniti à
Pōtifice, agnita ueritate reddiderint, perpetuo anathemate feriātur.
Item, ualde iniquum eſt, & ingens ſacrilegium, ut quæcunq́ uel pro c. indigne. 12. q.
remedio peccatorum, uel pro ſalute ac requie animarū ſuarum, unuſ- 2.
quiſq́ uenerabili Eccleſiæ reliquerit, ab his quibus maximè ſeruare
conuēit, id eſt Chriſtianis, et Deum timentibus hominibus, in aliud
transferri uel conuerti permittatur. Propterea qui hæc non prouide-
rit, & aliter quàm ſcriptum eſt, prædia Eccleſię tradita petierit, uel ac-
ceperit, aut poſſederit, niſi ſe cito correxerit (quo iratus Deus animas
percutit) anathemate feriatur: ſitq́ accipienti, uel donanti uel poſſi-
denti anathema, & inſtitutæ pœnæ cōtubernium aſsiduum, nec ali-
quo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, & religioſis anima-
bus ad ſubſtantiam pauperū derelicta, cōtra fas, ſine aliqua pietatis
conſyderatione, diſpergit. De infamia, carcere, & exilio, ita cōſtituit
Vrbanus Papa. Attendendū eſt omnibus, ne prædia uſibus ſecreto- c. attendendum
rum cœleſtium dedicata, à quibuſdam irruentibus uexentur. Quod 17. q. 4.
ſi quis fecerit, poſt debitæ ultionis acrimoniam, quę erga ſacrilegos
iure promēda eſt, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur,
aut exilio perpetuæ deportationis ſeruetur. Ad pœnam pecuniarum
pertinēt, hi & ſimiles Canones. Pecunia Eccleſiaſtica furto & rapina c. pecunia c.
ſubtracta, reddatur in quadruplū. Itē, Si qui monaſteria et loca Deo quiſquis 17. q. 4.
dedicata, & Eccleſias infringunt, & depoſita uel alia quęlibet exinde
abſtrahunt, damnum nouies componant & immunitatē tripliciter,
& uelut ſacrilegi Canonicè ſubiugentur. Item, Si quis Eccleſiaſticas c. in legibus 12.
oblationes, & quod Deo conſecratum eſt rapuerit, uel conſenſerit q. 2.
facientibus, ut ſacrilegus dijudicetur, & damnetur, in quadruplum
reſtituat, & Canonicè pœniteat. De iure ciuili, qui publica ſacra com- l. ſacrilegi. ff.
pilauerint capite puniuntur, aut qui priuata ſacra, uel qui ędiculas in- ad leg. Iul. pec
cuſtoditas tentauerint, amplius quàm fures, & minus quàm ſacrile- cul.
gi merentur. Alia pœna eſt, quam in ſacrilegos conſtituit Fridericus

Dd ij Imperator

auth. Item nulla communitas C. de Ep. et Cleri. ubi l. ead. et Saly.

Imperator, cuius extat talis conſtitutio. Nulla communitas uel perſona publica uel priuata collectas, uel exactiones, angarias uel perangarias Eccleſijs, uel alijs pijs locis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponāt aut inuadere Eccleſiaſtica bona præſumant. Quod ſi fecerint, & requiſiti ab Eccleſia uel Imperio, emendare cōtempſerint, triplū refundant, & nihilominus banno Imperiali ſubiaceant, quod abſq; ſatiſfactione debita nullatenus remittatur. Aliud crimen hæreſi & ſchiſmati adiunctū, eſt calumnia legū, legislatorū, & eorum omniū, qui Catholicā fidem tenentes, hæreticis & ſchiſmaticis, & eorū doctrinis falſis aduerſantur. Quod et ipſum pœnas habet, tam à ſacris Canonibus, q̄ à legibus ciuilibus cōſtitutas. Primū igitur qui leges calumniantur tam ſacras quam prophanas, ſiquidē ea quæ à ſacris Concilijs ſunt, rurſus in diſputationē reuocant, & tanq; iniuſtè decreta refellunt: ſi Clerici fuerint, à conſortio Clericorū remouebuntur: ſi uerò militia præditi fuerint, cingulo ſpoliabuntur. Cæteri huius criminis rei, ſiquidem liberi ſint, ab urbibus pulſi etiam competentibus ſupplicijs ſubiugantur: ſi uerò ſerui, ſeueriſsimis animaduerſionibus ſubiigantur. Qui autem ueteres, & authoritate ſanctæ Eccleſiæ, aut Catholicorum principum, pro temporum, locorum, & perſonarū abrogatas leges, rurſus ipſi propria temeritate reuocant, & pro legibus citāt, tanquàm qui nullo authore habito, falſis conſtitutionibus utuntur, tanquàm falſarij puniuntur. Quorum pœna olim erat, aquæ & ignis interdictio, hodie uerò deportatio: & ſi ſeruus fuerit, qui admiſit, ultimum ſupplicium. Eadem pœna tenentur, qui falſis interpretationibus, leges dolo malo corrumpunt. Cuiuſmodi ſunt, qui ſacram ſcripturam ueteris & noui Teſtamenti, ſacros Canones, & ſanctorum patrum ſcripta, de una lingua in aliam falſo transferunt, uel his ipſis aliquid addunt aut detrahunt. Si enim falſi pœna tenentur, qui edicta publicè propoſita, dolo malo corrūpunt: quanto grauius puniendi ſunt, qui diuina mandata ſpiritu ſancto authore ſcripta, atq; omnibus fidelibus propoſita, ſacrilega mente deprauant, atq; corrumpunt? Sic & qui uerba ſacrarum ſcripturarum & legum captant, & ſecundum propriam ingenij uirtutem uel intelligentiam ea legentes uel docentes, in alium ſenſum quàm ſpiritus ueritatis flagitat, detorquent: ſiquidem id dolo faciunt, ut hæretici, & rei criminis falſi plectuntur. Qui autem legumlatores ipſos & ſacrarum legum iuſtos interpretes, aut quoſcunq; alios Catholicos, calumniantur, pro diuerſitate criminum, qui calumniam patiuntur, diuerſæ etiam pœnæ in ipſos calumniatores ſtatuuntur. Qui in iudicio per accuſationem falſa crimina innocentibus intendunt, eadem pœna plectuntur, qua accuſati, ſi de intentatis criminibus fuiſſent conuicti. Cum enim iniquum ſit, ut impunita maneat mentiendi licentia, rectè conſtitutū eſt, ut calumniantes ad uindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij.

l. nemo C. de ſũ ma trin. & fid. Cath.

l. 1 § fi. & l. fi. ff. de falſ. C. de iuſt. Cod. con. firm. l. 1. § falſi

l. pe. ff. ad exhi be.

l. 2. § pe. ff ad SC. Tertull.

Bal. l. in l benigni... de legib.

c. relatu. 37. diſt. c. hæreſis, 24. q. 3.

ſupplicij. Sed & infamis fit huiuſmodi calumniator. Qui enim non
probaſſe crimen, quod intendit, probatur, ſi calumniæ condemnetur,
exiſtimationis patitur detrimentum. De his autem qui falſis teſti
monijs, quæ & ipſa calumnia eſt, innocentum famam lædunt, aut
corporis mortis'ue periculum ipſis inferre conantur, Ita habet lex
Deuteronomij. Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quicquid il- *Deut.19.*
lud peccati & facinoris fuerit: ſed in ore duorũ aut trium teſtium ſta-
bit omne uerbum. Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accu-
ſans eum prçuaricationis, ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt, ante do-
minum in conſpectu ſacerdotum & iudicum, qui fuerint in diebus il-
lis, cumq́ diligentiſsimè perſcrutantes inuenerint, falſum teſtem di-
xiſſe contra fratrem ſuum mendacium: reddent ei ſicut fratri ſuo fa-
cere cogitauit, & auferes malum de medio tui: ut audientes cæteri ti-
morem habeant, & nequaquam audeant talia facere. Non miſere-
beris eius, ſed animã pro anima, oculum pro oculo, dentẽ pro den-
te, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Lex autem ciuilis coſ-
dem, pœna legis Corneliæ de ſicarijs perſtringit. Qui hominis ne- *l.1. § preterea ff. ad leg. Cor.*
candi cauſa, inquit lex, falſum teſtimonium dolo malo dixerit, quo *&. ſi. Cor.*
quis publico iudicio rei capitalis damnaretur, quiue pecuniam acce- *Bald. in. c. 1.*
perit, ut publica lege reus fieret, lege Cornelia de ſicarijs tenetur. De *uerſ. item quod falſo*
his uero qui detractionibus innocentibus infamiæ notam inurere *col. 9. de pace*
conantur, ita habet Canon. Deteriores ſunt, qui uitam moresq́ bo- *tenenda.*
norum corrũpunt, his, qui ſubſtantias aliorum prædiaq́ diripiunt. *c. ex merito 6. q. 1.*
Caueat itaq́ unuſquiſq́, ne aut linguam aut aures habeat prurien- *Pſal. 49.*
tes, id eſt, ne aut ipſe alijs detrahat, aut alios detrahentes audiat. Se-
dens (inquit propheta) aduerſus fratrem tuum loquebaris detra-
hendo, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Parcant
ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantq́ ſermones ſuos, Quia cun-
cta, quæ de alijs loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. Officium ſin-
gulorum ſit, non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam, nec
quid in cuiuſq́ domo agatur, alia domus unquam per alios nouerit.
Habent autem & ſuam pœnam detractores. Nam de iure Cano-
num ſunt infames, & ab Eccleſia extorres. Et ſi Clerici fuerint, degra
dantur, nec unquam abſq́ ſatisfactione ad officium reuocantur. Si-
militer læſis famam, quam eis detrahendo abſtulerunt, uel reuocan-
do, uel alijs legitimis modis reſtituere tenentur, ut Theologis placet.
Sed & corporali, aut alia grauiori pœna coercentur. Nam ſerui fla-
gellis cæduntur, liberi humilioris loci fuſtibus ſubijciuntur: Cæteri
autem uel exilio temporali uel interdictione rei certæ plectuntur.

Qui autem librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſerit, com *l.1. C. de ſam. libe.*
poſuerit, ædiderit, dolo'ue malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiam *l. lex Cornelia. § ſi quis*
ſi alterius nomine ædiderit uel ſine nomine. Similiter qui talem libel- *librum ff. de iniurijs.*
lum domi, ſiue in publico ſiue in quocunq́ loco ignarus repererit, &

Dd iij non

non corruperit,ſed uim carũ doloſè manifeſtauerit:Item qui emendum,uendendumq́ue tale aliquid curauerint, ſecundũ leges infames, & inteſtabiles fiunt, & ultimo ſupplicio afficiuntur. De iure autem Canonico,& qui confinxerint, & qui inuenerint, & non corruperint famoſa ſcripta,flagellantur,& anathematis mucrone percutiuntur.Poſſent & alia crimina enumerari, quæ hæreſim & ſchiſma comitari ſolent,ut homicidia,proditiones,cõcuſsiones, ambitus, adulteria,ſtupra,inceſtus,& ſimilia:Quorum pœnæ,quia omnibus notæ ſunt,ſuperfluum fuerit hoc loco omnes enumerare.

DE HAERETICIS ET SCHISMATICIS LIBER SEXTVS, QVI EST DE CAVTIONIBVS, QVIBVS PROVIDETVR, NE HÆREſes & ſchiſmata uel noua oriantur, & ſubnaſcentia inualeſcant,uel ſemel extincta renaſcantur.

De purgandis diœceſibus & prouincijs, per Epiſcopos & poteſtates ſæculares, ab impietate hæreticorum & ſchiſmaticorum, Caput I.

Vt occaſiones hæreſum deuitentur.

HActenus oſtendi,quibus modis hæreſes & ſchiſmata comprimenda ſint & extirpãda. Deinceps de cautionibus dicemus, quibus prouidetur, ne uel noua oriantur,uel ſubnaſcentia inualeſcant, uel extincta reuiuiſcant, uel nata propagentur & latius diffundantur. Porrò omnis cautio,qua hæreſes & ſchiſmata euitantur, in eo conſiſtit, ut occaſiones hæreſum & ſchiſmatum uel naſcendorũ uel propagandorum declinentur.Quales ſunt hæreticorum cõmunio, collegia,conuenticula,ſcholæ,prædicatio & doctrina, libri falſi ab hæreticis uel cõpoſiti,uel deprauati,& ſimiles. Etenim ut his rebus conceſsis,hæreſes & ſchiſmata facile & naſcuntur, & nata propagantur,& conſeruantur:ita prohibitis & amputatis huiuſmodi occaſionibus,aut ſuboriri non poſſunt,aut nata protinus extinguũtur. Prima igitur cautio eſt,ut ſingulis annis diœceſes ab Archiepiſcopis & Epiſcopis uiſitentur,hæreſes diligenter inueſtigentur:& ſi qui reperti fuerint huius criminis rei,iuſtis pœnis percellantur. De qua re extat

Vt uiſitentur diœceſes quot annis per Epiſcopos.

tat Canon Innocentij talis. Adijcimus inſuper, ut quilibet Archiepiſcopus uel Epiſcopus, per ſe aut per Archidiaconum ſuum, aut alias honeſtas idoneasq́ perſonas, bis aut ſaltē ſemel in anno, propriam Parochiam, in qua fama fuerit hęreticos habitare, circumeant, & ibi tres aut plures boni teſtimonij uiros, uel etiam (ſi expedire uidebitur) totam uiciniam iurare compellat, quod ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, uel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à cōmuni conuerſatione fidelium, uita & moribus diſsidentes, eos Epiſcopo ſtudeant indicare. Ipſe autem Epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos, qui niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint, uel ſi poſt purgationem exhibitam, in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, Canonicè puniantur. Si qui uerò ex eis, iuramenti religionem obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare forte noluerint, ex hoc ipſi tanquàm hæretici reputētur. Volumus igitur & mandamus, & in uirtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda, Epiſcopi per diœceſes ſuas diligēter inuigilent, ſi Canonicam udint fugere ultionē. Si quis enim Epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, uel remiſſus, cum id certis indicijs apparuerit, & ab Epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui uelit & poſsit hæreticam confundere prauitatem. Deinde officium principum & poteſtatum ſæcularium erit, ut & ipſi hæreticos ubicunq́ repertos, de terris & ditionibus ſuis expellant, ut idem Innocentius Papa conſtituit. Et Fridericus quoq́ Imperator lege lata confirmat, Quemadmodum recitatum eſt ſupra. Item Lucius Papa III. Statuimus inſuper, inquit, ut Comites, Rectores & Conſules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commonitionem Epiſcoporum, præſtito corporaliter iuramento promittant, quòd fideliter & efficaciter, cum ab eis fuerint requiſiti, Eccleſiam contra hæreticos & eorū complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium & poſſe ſuum. Si uerò id obſeruare noluerint, honore, quem obtinent, ſpolientur, & ad alios nullatenus aſſumantur, eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipſorum interdicto Eccleſiæ ſupponendis. Ciuitas autem, quæ his inſtitutis duxerit reſiſtendum, uel contra commonitionem Epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & Epiſcopali ſe nouerit dignitate priuandam. Si qui uerò fuerint, qui à lege diœceſanæ iurisdictionis exempti, ſoli ſubiaceant ſedis Apoſtolicæ poteſtati, nihilominus in his, quæ ſunt contra hæreticos inſtituta, Epiſcoporum ſubeant iudicium, & eis in hac parte tanquàm à ſede Apoſtolica delegatis, non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegijs, obſequantur. Sed & renouandum erit iuſiurandum, quod olim præſtabat, quicunq́ ad adminiſtrationem publicam Imperij aſſumendus erat, non ſolum ſe religionem & fidem Catholicæ Eccleſiæ ſeruaturum,

c. excommunicamus. 1. §. adijcimus. de heret.

c. excommunicamus 1. §. moneantur. de heret.

conſtit. ſi uero C. de heret.

c. ad abolendā. de heret.

Vt iuramentum præſtent corporaliter locorū Rectores, ad iuuandum Eccleſiā contra hæreticos.

In aut. iuſiurādū quod præſt. ab his, in princip. col. 2.

uaturum, nec ei aduerſaturum, ſed etiam Catholicæ fidei aduerſarios hæreticos pro uiribus perſequuturũ. Erat autem iuriſiurandi formã talis. Iuro ego per Deum omnipotentem, & filium eius unigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & ſpiritum ſanctum: & per ſanctam glorioſam Dei genitricem, et ſemper uirginem Mariam, & per quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo, et ſanctos archangelos, Michaëlem et Gabrielem, puram conſcientiam, germanumq́ ſeruitium me ſeruaturũ, ſacratiſsimis dominis noſtris Iuſtiniano et Theodoræ coniugi eius, occaſione traditæ mihi ab eorum pietate adminiſtrationis, et omnem laborem ac ſudorem cum fauore, ſine dolo & ſine arte quacunq; ſuſcipio, in cõmiſſa mihi adminiſtratione ab eis, de eorum Imperio atq; Republica, & communicator ſum ſanctiſsimæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & nullo modo uel tempore aduerſabor ei, nec alium quencunq; permitto, quantum poſsibilitatem habeo. Demum iuramentum his uerbis concluditur. Si uerò nõ hęc omnia ita ſeruauero, recipiam hic & in futuro ſæculo, in terribili iudicio magni Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſtri, & habeam partem cum Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain: inſuper & pœnis, quæ lege eorum pietatis cõtinentur, ero ſubiectus. Sed & quo magis in hac re magiſtratus Catholici, quæ ſunt officij ſui, aduerſus hęreticos & ſchiſmaticos exercere poſsint, hæretici prodendi ab omnibus erunt, & Eccleſiaſtico magiſtratui indicandi, ut diuiniſsimus Leo de Manichæis loquens, admonet his uerbis. Illud quoq; dilectiſsimi obſecrans moneo, ut ſi cui ueſtrum innotuerit ubi habitent, ubi doceant, quos frequentent, & in quorũ ſocietate requieſcant, noſtræ ſolicitudini fideliter indicetis. Quia parum prodeſt unicuiq;, quod protegente Spiritu Sancto ab iſtis ipſe non capitur, ſi cum alios capi intelligit, non mouetur. Contra communes hoſtes pro ſalute communi, unà communis debet eſſe uigilantia, ne de alicuius membri uulnere, etiam alia poſsint membra corrumpi. Et qui tales non prodendos putant, in iudicio Chriſti inueniantur rei de ſilentio, etiam ſi nõ contaminãtur aſſenſu. Aſſumite igitur religioſę ſollicitudinis Zelum, & contra ſæuiſsimos hoſtes animarum, omnium fidelium cura conſurgat. Ideoq; enim miſericors Deus, quandam nobis partem prodidit hominũ noxiorum, ut manifeſtato periculo excitaretur diligentia cautionis. Non ſufficiat quod actum eſt, ſed eadem inquiſitio perſeueret, quę hoc auxiliante Deo conſequetur, ut nõ ſolum qui recti ſunt, incolumes perſeuerent: ſed etiam multi, qui diabolica ſeductione decepti ſunt, ab errore reuocentur.

Forma iuramenti, quod adminiſtratores Reipub. præſtare debeat.

Leo ſermone 5. de ieiunio decimi menſis.

Religioſa ſolicitudo contra hæreticos.

De

De communione hæreticorum uitanda Cap. II.

COmmunio hæreticorum duabus ex cauſis Catholicis in-
terdicitur. Prima, quia hæretici ab Eccleſia abſciſsi ſunt, *Ne Catholici communicẽt cum hæreticis*
cum quibus neq; Eccleſia, neq; qui ſunt in Eccleſia Catho-
lici, quicquam commune habere poſſunt. Quę enim par
ticipatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? *1. Cor. 6.*
quæ conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?
præterea quomodo in una domo conuenire poſſunt, fide et moribus
diuerſi, animiſq; diſſentientes? At Eccleſia hoſpitium unanimitatis
eſt (ut inquit Cyprianus) quam deſignat & denunciat Spiritus San- *Eccleſia hoſpitium unanimitatis.*
ctus in Pſalmo, dicẽs. Deus qui inhabitare facit unanimes in domo,
In domo dei unanimes habitãt: Concordes et ſimplices perſeuerant.
Idcirco in columba uenit ſpiritus ſanctus, ſimplex animal, & lætum, *Cyp. de ſimp. prelat.*
non felle amarum, non morſibus ſæuum, non unguium laceratione
uiolentum, hoſpitia humana deligere, unius domus conſortiũ noſſe,
cum generãt ſimul filios ædere, cum cõmeant uolatibus inuicẽ cohe-
rere, communi conuerſatione uitam ſuam degere, oris oſculo concor
diam pacis agnoſcere, legem circa omnia unanimitatis implere, hæc
eſt in Eccleſia noſcenda ſimplicitas, hæc eſt charitas obtinenda, ut co-
lumbas dilectio fraternitatis imitetur, ut manſuetudo & lenitas a-
gnis & ouibus æquetur, ac tales quidem inter ſe debent eſſe Catho-
lici. His quid diſsimilius quam hæretici? quos Chriſtus lupos: pro- *Hæretici lupis uulpibus, coruis, & miluis aſsimulantur.*
phetæ uulpes, coruos, miluos, appellant. Animalia ſanè rapacia, ſub-
dola, & ad diſcordiam magis, quam ad unitatem nata. Quibus cer-
tècum illa Catholica ſimplicitate nihil prorſus conuenit, ideoq; neq;
in Eccleſia & in domo unanimitatis, cum Catholicis eſſe poſſunt.
Quin gratulandum etiam eſt (inquit Cyprianus) cum tales de Eccle
ſia ſeparantur, ne columbas, ne oues Chriſti, ſæua ſua & uenenata
contagione prædentur: Cohærere & coniungi non poteſt amari-
tudo cum dulcedine, caligo cũ lumine, pluuia cum ſerenitate, pugna
cum pace, cum fœcũditate ſterilitas, cum fontibus ſiccitas, cum tran-
quillitate tempeſtas. Nemo æſtimet, bonos de Eccleſia poſſe diſcede-
re. Triticum non rapit uentus, nec arborem ſolida radice fundatam,
procella ſubuertit: inanes paleę tempeſtate iactantur, inualidæ arbo-
res turbinis incurſione euertuntur. Hos execratur et percutit Ioannes
Apoſtolus, dicens. Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis, ſi *1. Ioan. 2.*
enim eſſent ex nobis, manſiſſent nobiſcum. Sed & nobiſcum ma-
nentes, tanto magis uitandi ſunt, quanto ſub ſpecie amicitiæ magis *Hæretici occulti magis uitandi.*
nocere poſſunt. Cum enim corpore nobiſcum eſſe uidentur, mente
contra nos ſunt. Plerumq; autem nequiores ſunt hoſtes domeſtici
his qui foris ſunt, & euidenter inimici, hij enim per amicitiarum ſpe-
ciem, quæ inimica ſunt gerunt, & Eccleſiam diſpergunt, & uaſtant.

Altera

Altera cauſa eſt, quia Catholici communicantes cum hæreticis, corũ ſe peccatis inuoluũt. Recedite (inquit Dominus per Moyſem) à tabernaculis hominum impiorũ, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum. Et Paulus Apoſtolus, hęreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio cõdemnatus. Item Ioannes Apoſtolus: Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, cõmunicat operibus eius malignis. Item Chriſtus apud Matthæum. Quicunq; non recipit uos, neq; audierit ſermones ueſtros, exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus ueſtris. Tertia cauſa eſt, ne communicantes cum hæreticis eorum contagio inficiantur: qua ratione etiam à ciuitatibus expelluntur hæretici: Immò ſolum Romanum eis interdicitur, nec uſq; loci aliquid relinquitur, ne & elementis ipſis iniuria fiat. Ita & in cæteris rebus, propter declinandam contagionem malis uel morbis uel uitijs infecti, ab aliorum hominum communione excluduntur. Sic iudex iniquum aſſeſſorem à iudicio expellit. Sic lenones à ciuitatibus expelluntur, tanquàm peſtiferi, & cõmunes caſtitatis uaſtatores. Sic lepra infecti, à conſortio hominum ſeparantur, ne alij ex morbi contagione lædantur. Quemadmodum & in ueteri Teſtamento legitur, quod Maria ſoror Aaron prophetiſſa, lepra percuſſa, à Domino iuſſa fuerit, ſeptem diebus extra caſtra ęgredi, donec mundaretur: Et leproſus iuſſus exire ciuitatem, etiam ſuburbium exire iuſſus intelligitur, Quia non locus, ſed conſortium hominum, propter uitandam cõtagionem interdictum ei cenſetur, ut Baldo placuit. Sic uocatis ad ordinationem teſtamenti, propter unum morboſum, cæteri metu contagionis, nec dum perfecto teſtamento, abire poſſunt. Sic immedicabile uulnus, enſe reſcindendum, ne pars ſyncera trahatur. Porrò communio hęreticorum in his ferè rebus conſiſtit, in ſermonibus, in colloquijs, in participatione Sacramentorum, in conuentibus, in conuictu, in coniunctionibus, amicitijs, & affinitatibus, in commercijs & contractibus, & ſi qua ſunt his ſimilia: Quæ certè omnia præcepto continentur, quo Catholici uitare hæreticos iubentur, ut ſanctorum patrum & Conciliorum teſtimonijs, atq; definitionibus comprobatur. Beatus Cyprianus ad Cornelium Papam, de fratribus ab hæreticis deceptis ſcribens. Et quanquàm, inquit, ſciam frater chariſsime, pro mutua dilectione, quam debemus & exhibemus inuicem, nobis florentiſsimo illic Clero tecum præcedenti, & ſanctiſsimæ atq; ampliſsimæ plebi legere te literas noſtras: tamen nunc admoneo & peto, ut quod aliàs ſponte atq; honorificè facis, etiam petente me facias, ut hac epiſtola mea lecta, ſi quid illi contagiũ uenenati ſermonis & peſtiferæ ſeminationis irrepſerit

Num. 16.
Tit. 3.
2. Ioan. 1.
Matth. 10.
l. Arriani C. de heret.
In aut. iuriur. quod preſtatur coll. 2. In aut. de lenonibus. §. ſancimus col. 2. c. 1. de coniug. leproſ.
Num. 12.
Bald. in c. ſignificauit, de reſcript. And. Barba. in apoſtil. ad Bald in l. nullus. C de ſum. tri. & fid. Cath.
L. caſus maior. C. de teſta. Vide Iacob. Rebuf. in l. ſi qua C. de ſpecta. lib. 11.
Lib. 1. epiſt. 3.

irrepſerit, id omne à fratrum auribus ac pectoribus exuatur, & bo-
norum integra, atq; ſyncera dilectio ab omnibus hæreticæ detra-
ctionis ſordibus repurgetur. Hactenus in hac epiſtola ad Corne-
lium Papã ſcribit Cyprianus, quomodo hæretici falſa reuerſione &
pœnitentiæ ſimulatione circumuenire, & in hæreſim ſuã trahere co-
nabantur Catholicos, ſi à Papa incaute, per falſas literas abſq; uera
pœnitentia reciperẽtur in cõmunionem. Quę igitur in eadẽ epiſtola
ſequũtur, ad uitandam hęreticorũ cõmunionem pertinent. Decli-
nent aũt, inquit, de cętero fortiter, & euitẽt dilectiſſimi fratres noſtri
uerba & colloquia eorum, quorũ ſermo ut Cancer ſerpit, ſicut Apo-
ſtolus ait. Corrũpunt ingenia bona, cõfabulationes peſſimæ. Et ite- 2. Timo. 2
rum, hęreticũ poſt unã & ſecundam correptionẽ deuita, ſciens, quia 1. Cor. 15.
peruerſus eſt huiuſmodi, et peccat, et eſt à ſemetipſo damnatus. Et per Tit. 3. Prouerb. 15.
Salomonem ſpiritus ſactus loquitur. Peruerſus, inquit, in ore ſuo
portat perditionem, & in labijs ſuis ignem condit. Item denuo mo- Eccleſiaſti. 28.
net, dicens: Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam. Prouerb. 17.
Et iterum, Malus obaudit linguæ iniquorum, iuſtus autem non in-
tendit labijs mendacibus. Idem, in alia quadam epiſtola. Si quis, c. ſi quis 1. q. 1.
inquit, de Eccleſia hæretica præſumptione exierit, à ſemetipſo dam-
natus eſt. Cum huiuſmodi, ſecundũ Apoſtolum, ne cibum quidem
ſumere debemus. Declaratur hoc in libris Regum, ubi cum homo 1. Cor 5.
Dei ad Ieroboam miſſus eſſet, ut ei peccata ſua exprobraret, atq; ul- 3. Reg. 13.
tionem ſuam futurã prædiceret: panem apud illum edere, & aquam
bibere prohibitus eſt, quod cũ non cuſtodiſſet, diuina ſententia inde
rediens, morſu leonis in itinere interijt. Et paulò poſt. Si qui Eccle-
ſiam uiolant, Ethnici & publicani habẽtur: Multo magis rebelles &
hoſtes, falſa altaria, et illicita ſacerdotia, ſacrificia ſacrilega, et omnia
adulterina fingentes, inter Ethnicos & publicanos neceſſe eſt ut cõ-
putentur: quos omnes conſtat a charitate & unitate Eccleſiæ Catho-
licæ receſsiſſe. Et iterum, Quare qui hæreticis & ſchiſmaticis patroci-
nantur, cenſura diuina, in eorum probãtur facinore, & pœnis, non
ſolum duces & authores, ſed etiam participes deſtinari, niſi ſe a com
munione malorum ſeparauerint, præcipiente Domino per Moyſen
Separamini à tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum: et no- Num. 16
lite tangere de omnibus, quæ ſunt in eis, ne ſimul pereatis in peccatis
eorũ. Et quod cõminatus Dominus per Moyſen fuerat, impleuit, ut
quiſquis ſe à Chore & Dathan et Abyron nõ ſeparaſſet, pœnas ſta-
tim pro impia cõmunione ſolueret. Sic etiã per Oſee prophetã ſpiri- Oſee 9.
tus ſanctus teſtatur, dicens. Sacrificia eorũ tanquam panis luctus, o-
mnes qui manducãt ea, contaminabũtur: docẽs ſcilicet & oſtendens,
& omnes omnino cum authoribus & fautoribus ſupplicio coniun-
gi, qui fuerant peccato eorũ cõtaminati. Idem in libro de ſimplicita-
te Prælatorũ, de ſermonibus hæreticorum non audiendis, loquens,

Hic

Hij ſunt, inquit, qui ſe ultro apud temerarios conuenas, ſine diuina diſpoſitione præficiunt, qui ſe præpoſitos ſine ulla ordinationis lege cōſtituunt, qui nemine Epiſcopatū dante, Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt, Quos deſignat in Pſalmis ſpiritus ſanctus, ſedentes in peſtilentiæ Cathedra, peſtes & lues fidei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ ueritatis artifices, uenena lethalia linguis peſtiferis euomentes. Quorum ſermo ut Cancer ſerpit, quorum tactus pectorib. & cordibus ſingulorum mortale uirus infundit. Contra eiuſmodi damat Dominus, Ab his refrenat & reuocat errantem plebem ſuā, dicens: Nolite audire ſermones pſeudoprophetarum, quia uiſiones cordis eorum fruſtrantur eos: loquuntur, ſed non ab ore Domini. Dicunt eis, qui abijciunt uerbum Dei, pax erit uobis, et omnibus ambulātibus in uoluntatibus ſuis: omnis qui ambulat in errore cordis ſui, non uenient ſuper eum mala: non loquutus ſum eis, et ipſi prophetauerunt. Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & audiſſent uerba mea, et ſic docuiſſent populum meum: conuertiſſent eos à malis cogitationibus eorum. Hos eoſdem denuo Dominus deſignat & denotat dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & effoderunt ſibi lacus detritos, qui non poſſunt aquam portare. Et Ambroſius eadem de re ad Gratianum Auguſtum ſcribens. Hæreſis (inquit) ueluti quædam monſtruoſi Scylla porteti, in uarias formas diſtincta perfidię. Velut ſupernè uacuum Chriſtianæ ſectæ nomen obtendit: ſed quos in illo ſuę impietatis freto, miſeros inter naufragia fidei repererit fluctuantes, beluinis ſuccincta prodigijs, tetri dogmatis dente dilacerat. Cuius ſpeluncam ſancte Imperator, ut ferunt, naturæ cæcis latebris inhorrentē, omnemq́ eius uiciniam ceruleis canibus inter perfidiæ ſaxa reſonantem, clauſa quodammodo præterire aure debemus. Scriptum eſt enim, Sepi aures tuas ſpinis. Et alibi: Videte canes, uidete malos operarios. Et uerum hæreticum poſt primam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt: & delinquit, cum ſit proprio iudicio damnatus. Itaq; tanquàm boni gubernatores, quo tutius prætermeare poſsimus, fidei uela tendamus, ſcripturarumq́ relegamus ordinem. Hæc Ambroſius. His conſentit quod de uitandis hæreticorum colloquijs, ſcribit Leo Papa. Diabolus, inquit, quos apertis & cruentis perſequutionibus impugnare non ſinitur, ſub falſa Chriſtiani nominis profeſsione corrumpit, habens hęreticos huic operi ſeruientes, quos à Catholica fide deuios, ſibiq́ ſubiectos, militare in caſtris ſuis ſub diuerſis erroribus fecit, & ſicut decipiendis primis hominibus, miniſterium ſibi ſerpentis aſſumpſit, ita horum linguas ad ſeducendos Rectorum animos, ueneno ſuæ falſitatis armauit, ſed ijs inſidijs, dilectiſsimi, paſtorali ſolicitudine, in quantum Dominus auxiliatur occurrimus, & ne quid de ſancto grege pereat, præcauentes paternis uos denuntiationibus admonemus.

Pſal.1. Hiere.23. Hiere.2 Lib.1.c.4. Ecclesiaſt.28. Phil.1. Ad Tit.3. Leo ſermone 5.

admonemus, Vt labia iniqua & linguã doloſam, à quibus animam
ſuam propheta liberari poſtulat, declinetis, quoniam ſermo eorum, *Pſalm. 119.*
ſicut ait B. Apoſtolus, ſerpit ut Cancer, humiliter irrepunt, blande *2. Timo. 2.*
capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. Veniunt enim, ſicut Ser- *Matth. 7.*
uator prædixit, ſub ueſtitu ouium, intus autem ſunt lupi rapaces, quia
non poſſent ueras et ſimplices oues fallere, niſi Chriſti nomine tege-
rent rabiem beſtialem. In ijs aũt omnibus operatur, qui cum ſit uerę
illuminationis inimicus, in lucis ſe angelum transfigurat. Huius arte *2. Corinth. 11.*
Baſilides, huius Martion callet ingenio, hoc duce agit Sabellius, hoc
pręcipitatur rectore Photinus, huius poteſtati famulatur Arrius, hu-
ius ſpiritui ſeruit Eunomius. Tota deniq; beſtiarum taliũ cohors, hoc
præſide ab unitate Eccleſiæ diſceſsit, hoc magiſtro à ueritate deſciuit.
Sed audiamus iam, quid deuitanda hęreticorum communione, tam Communio
in ſacris quam prophanis rebus, ſacroſancta Concilia definiuerũt. Hæreticorum
Laodicenſe ſtatuit, Non concedendum hæreticis ingreſſum domus per Concilia
Dei, in hęreſi permanentib. niſi uerbi Dei audiẽdi cauſa ingrediãtur, prohibita. *c. 6.*
Carthaginenſe quartum: Epiſcopus, inquit, nullũ prohibeat ingredi *c. 84.*
Eccleſiã, et audire uerbum Dei, ſiue gentilẽ ſiue hæreticũ, ſiue Iudæũ,
uſq; ad Miſſam Catechumenorum. Idem Laodicenſe. Non oportet *c. 32.*
hæreticorũ benedictiones accipere, quia maledictiones magis ſunt,
quàm benedictiones. Idem, Non cõcedendum in cœmiteria, uel quę *c. 9.*
martyria hæreticorum dicuntur, Catholicos orationis gratia & pe- Ne Catholici
tendæ curationis intrare: ſed & qui ierint, ſi ſunt fideles, incommu- orent cum hæ
nicabiles factos, ad pœnitentiam uſq; ad aliquod tempus redigi: pœ reticis.
nitentes autẽ eos, & erraſſe ſe confitentes, ſuſcipi cõuenit. Idem, Non *c. 33.*
oportet cum hæreticis orare. Item, Carthaginenſe quartum, Cum *c. 72.*
hæreticis nec orandum, nec pſallendum. Itẽ Laodicenſe, Non opor *c. 37.*
tet à Iudęis uel hæreticis, quę mittuntur, munera feſtiua ſuſcipere, nec
cum eis feſta celebrare. Itẽ Eutichianus Papa. Siquis Epiſcopus aut *11. q. 3. c. ſi quis*
Abbas presbytero aut Monacho ſuo iuſſerit Miſſas pro hæreticis *Epiſcopus.*
cantare, non licet. Non enim expedit eis obedire. De nuptijs hæreti- *c. 16.*
corum uitandis, ita conſtituit Elibertinum Concilium. Hęreticis qui Ne cum hęre-
errãt ab Eccleſia Catholica, nec ipſis Catholicas dandas puellas. Sed ticis iungãtur
neq; Iudęis neq; + hęreticis dari placuit, eò quod nulla poſsit eſſe ſo- connubia. *forte + Ethni-*
cietas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, ab *cis.*
ſtinere per quinquenniũ placet. Item Agathenſe. Quoniã non opor- *c. 67.*
tet, cum omnibus hæreticis miſcere connubia, & uel filios uel filias
dare, ſed potius accipere, ſi tamen profitentur Chriſtianos futuros *c. 31. Agath.*
eſſe ſe & Catholicos. Idem Laodicenſe. Non oportet eos qui ad Ec- *c. 10.*
cleſiam pertinent indifferentes, eos filios proprios hæreticorum nu-
ptijs ſociare. Item Charthaginenſe Tertium. Item placuit, ut filij uel fi- *c. 12.*
liæ Epiſcoporum, uel quorumlibet Clericorum, gentilibus uel hære-
ticis aut ſchiſmaticis matrimonio non iungantur. Item mulier con-

trahens matrimonium cum hæretico punitur, ut fautrix hæreticorum.

c. decreuit ubi Philipp. de heret. lib. 6. c. 70.

De conuiuijs hæreticorum uitandis, ita conſtituit Carthaginenſe quartum. Clericus hæreticorum aut ſchiſmatitorum tam conuiuia, quam ſodalitates euitet æqualiter. Sed & eorum conuentus uitabunt.

Ne Catholici intrent conuiuia & conuentus hæreticorum.

Nam eorum cœtus non Eccleſia, ſed Concilia diaboli appellanda ſunt, ut idem Concilium definiuit. Maximè autem hæreticorum Concilia fugient, dicente pſalmo, Non ſedi cum Concilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

Pſal. 25.

24. q. 3 C. cum quib.

Neq; enim Eccleſiaſtici moris eſt (ut inquit Gelaſius Papa) cum his, qui pollutam habent cõmunionem, permixtumq; cum perfidis miſceri Concilium. Ac proinde neq; diſputandum erit cum hæreticis, ut idem Gelaſius teſtatur. Canonum, inquit, magiſtris atq; cuſtodibus nullum nobis fas eſt, inire certamen cum hominibus communionis alienæ. Sed de hac re fuſius à nobis ſupra diſputatum eſt.

Supra lib. 3. c. 12. & 13.

De hæreticis etiam conſanguineis, non inſtimendis hæredibus à Catholicis, ita definiuit Concilium Aphricanum. Item conſtitutum eſt, ut ſi quis Epiſcopus hæredes extraneos à conſanguinitate ſua, uel hæreticos etiam conſanguineos, aut Paganos, Eccleſiæ prætulerit, ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur, atq; eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur. Nec excuſari poſſit, ſi inteſtatus defecerit, qui utiq; debuit factus Epiſcopus, rei ſuæ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni, nequaquam differe: Alimenta tamen parentibus etiam hæreticis iure naturæ præſtanda ſunt: immò & Catholicis extraneis præferendi ſunt, ut alibi Canoniſtæ diſputant.

Panor. in c. ſi quis, de hæret.

Trip. c. 24.

Nec literas dent aut recipiant ab inuicem.

Sed nec literas ad hæreticos dare, nec rurſus ab eis recipere debent Catholici, ut patres Catholici Sardicenſis Concilij, ad uniuerſos Epiſcopos ſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſcribunt. His ergò nullum communicare denunciate, nulla enim cõmunio luci ad tenebras. Hos pellite procul ab omnibus, nulla enim concordia Chriſto ad Belial. Seruate uos fratres chariſſimi, ut neq; ſcribatis eis, neq; eorum ſcripta ſuſcipiatis. Cæterum in his omnibus, caſum neceſſitatis excipio. Etenim cogente neceſſitate, nihil uetat, quin Catholici cum hæreticis communicare poſſint.

Lib. 3. Trip. c. 11.

Sic ante Conſtantini magni tempora, Catholici & hæretici in ijſdem Eccleſijs conueniebant, ſimul Miſſas celebrantes, quia propter communes perſequutiones, quas ſub Paganis patiebantur, non dabatur Catholicis hæreticos examinare, & à ſe ſeparare, ut Sozomenus in tripartita refert. Et hoc caſu ſatis eſt, ſi Catholici erroribus hæreticorum non conſentiant. Nam & tunc recedere ab ipſis, & eorum communionem uitare intelliguntur, utcunq; corporaliter cum ipſis commorantes.

c. ita planè c. à malis c. recedite 23. q. 4.

Tum demum enim cum malis ſociamur, ſi mali aliquid cum eis committimus, aut committentibus fauemus. Tunc recedimus ab ipſis, eximus inde, & immundũ nõ tangimus, ſi corde his quæ mala ſunt non cõſentimus.

Etſi

Etſi ratio conſeruandæ pacis admittat, corripiendi etiam à nobis ſunt mali, & coram omnibus peccantes arguendi, ut cæteri timeant. His enim duobus modis non maculant nos mali, ſed & ipſis non conſentiamus nec faucamus, et ſalua unitatis diſciplina, moneamus, redarguamus, corripiamus, non uoce tantum, ſed & literis, ut Auguſtinus ad Glorium Eleuſium & Fœlicem ſcribit. Dixit quidem, inquit, Apoſtolus Paulus, hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt huiuſmodi, & peccat, & eſt à ſemetipſo damnatus. Sed qui ſententiam ſuam, quamuis falſam atq; peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia præſumptionis ſuæ pepererunt, ſed à ſeductis atq; in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſolicitudine ueritatem, corrigi parati, cum inuenerint: nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi. Tales ergò uos niſi eſſe crederem, nullas fortaſſe uobis literas mitterem. Quanquam & ipſum hæreticum, quamlibet odioſa ſuperbia tumidum, & pertinacia malæ contentionis inſanum, ſicut uitandum monemus, ne infirmos & paruulos fallat: ita non abnuimus, quibuscunq; modis poſsimus corrigendum. Vnde factum eſt, ut etiam ad nonnullos Donatiſtarum primarios ſcriberemus, non communicatorias literas, quas iam olim propter ſuam peruerſitatem ab unitate Catholica, quæ toto orbe diffuſa eſt, non accipiunt, ſed tales priuatas, qualibus nobis uti etiam ad Paganos licet, quas illi etſi aliquando legerunt, reſpondere tamen eis ſiue noluerunt, ſiue (ut magis creditur) nequiuerunt. Vbi nobis ſatis uiſum eſt, impleuiſſe nos officium charitatis, quam non ſolum noſtris, ſed etiam omnibus nos debere, ſpiritus ſanctus docet, qui nobis ait per Apoſtolum. Vos autem Dominus multiplicet & abundare faciat in charitate in inuicem, & in omnes. Monet etiam alio loco, in modeſtia corripiendos diuerſa ſentientes. Ne fortè, inquit, det Deus illis pœnitentiam ad cognoſcendam ueritatem, & reſipiſcant de Diaboli laqueis, captiuati ab ipſo in ipſius uoluntatem. Hæc Auguſtinus.

[Margin: 2. Theſſ. 3. — Epiſtola. 16r. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. — Tit. 3. — Officium charitatis ad omnes. — 1. Theſſ. 3. — 2. Thimo. 2.]

De interdictis collegijs, & conuenticulis hæreticorum, Caput III.

COllegia, ſocietates, ſiue corpora, omnia interdicta ſunt, quæ non reperiuntur à Iure uel naturali & gentium, uel poſitiuo approbata. Nam paucis admodum in cauſis huiuſmodi corpora conceſſa ſunt. Iure igitur gentium approbata eſt illa hominum ſocietas, & uitæ quaſi communitas, ad quam nati ſumus, ut inquit Cicero, ex qua prodeunt primum coniugia, & ſocietates domeſticæ. Deinde affinitates, uicinitates, ciuitates

[Margin: l. 1. ff. quod cuiuſq; uniuerſ. nomine. — Iure gentium conceſſa, inter homines ſocietas.]

regna, Imperia, & poſtremo totius generis humani nexus & con-
iunctio. Quæ omnia de ipſa hominum collectione, & quaſi aduna-
tione accipienda ſunt. Nam hæc à iure gentium profiſcuntur. Cæte-
rum quod huiuſmodi collectiones, urbes, ciuitates, caſtra, uillæ ap-
pellantur: id à iure ciuili introductũ eſt. Iure poſitiuo Canonico ap-
probantur collegia, quæ religionis cauſa inſtituuntur, ut collegia
ſacerdotum, Clericorum, monachorum, & ſimilia. Iure ciuili appro-
bantur ſcholæ, & collegia ſtudiorum generalium, artium mechani-
carum. Veluti piſtorum, ſutorum, negociatorum, nauicularioru,
& ſimilium. Quæ omnia, quoniam iuſtis ex cauſis tum inſtituta, tum
iure & legibus confirmata ſunt. Nempe, ut his ipſis religio, pietas,
iuſtitia, prudentia, temperantia, modeſtia, & cæteræ uirtutes colan-
tur, adeóq; iura illius, quam dixi ſocietatis & communitatis humanæ
cuſtodiantur, rectè & ipſa iuſta & licita appellantur. Quibus autem
permiſſum eſt, corpus habere collegij, ſiue cuiuſcũq; alterius ſocieta-
tis, eorum nomine proprium eſt, ad exemplum Reipublicæ habere
res communes, arcam communem, & actorem ſiue ſyndicum, per
quem tanquam in Republica, quod communiter agi fieriq; opor-
teat, agatur & fiat. Contra uerò, illicita ſunt omnia collegia, ſocieta-
tes, & corpora, quæ uel prohibentibus legibus uel nullo iure appro-
bante coëunt. Qualia olim Romæ fuerunt ſodalitia, id eſt, Concio-
nes, quæ fiebant ad corrumpenda ſuffragia popularia, quæ lege Li-
cinia ſublata fuerunt. Eiuſdem generis ſunt & corpora, & ſocietates
eorũ, qui Monopolia exercent, qui ſcilicet illicitis cõuentionibus ha-
bitis coniurant, aut paciſcuntur, ut ſpecies diuerſorũ corporũ nego-
ciationis, nõ minoris, quam inter ſe ſtatuerunt, uenundentur. Item,
omnia cõuenticula, quæ collecta multitudine, ſine ſuperioris authori-
tate colligũtur. Item, confœderationes principũ, uel ciuitatũ ſiue con-
ſenſu principis contractæ. Itẽ, quæcunq; priuatorũ ſectæ, & congre-
gationes, iniuſſu magiſtratus factę. Maximè uerò illicita ſunt con
uenticula, & ſocietates, quæ ſub prætextu religionis ad euertendã re-
ligionẽ & fidem coëunt. Cuiuſmodi ſunt conuenticula hæreticorũ &
ſchiſmaticorũ, qui ſub prætextu religionis cõuenientes nõ id agunt,
ut religionẽ colant, atq; tueantur, ueramq; fidem profiteãtur, ſed ut
euerſa Catholica fide, & errores ſuos confirment, & in ĝ plurimos
diffundãt. Sanè huiuſmodi cõuenticula, omniũ periculoſiſsima ſunt,
& pernicioſiſsima: quippe ad ſeditiones cõcitandas omniũ maximè
oportuna, quæ & maximum fomentum præſtant hæſeribus, uel ex-
citandis, uel cõfirmandis, uel latius diſſeminãdis, atq; propagandis.
Proinde prudenter ueteres, etiam gentiles, poſitis legibus cauerunt,
ne ſub prætextu religionis, illicitos conuentus agere liceret, ſub præ-
textu religionis (inquit Vlpianus Iureconſultus) uel ſub ſpecie ſoluen-
di uoti cœtus illicitos, nec à ueteranis tentari oportet. Iuſtinianus
Imperator

Bar. in l. fi. ff. de coll. illici. et in l. 2 ff. de uer. ſig.

Bald. in aut. habita. C. ne fil. pro patr. uot. in l. fi. C. de iuris. omnium iud.

Cicero in oratione pro Planco.

l. 1. C. de Monopol.

l. denunciamus C. de his qui ad Eccleſ. confug.

Conuenticula hæreticorum omnium perniciosiſsima.

l. ſub prætextu ff. de extraord. cri.

Imperator conſtituit, Ne cuiquam occaſione religionum hæreſumq; In aut. de mãd.
liceat prouincias commouere. Atq; hac ratione legibus ciuilibus ſan princip. § neq;
citum eſt, ut hæreticorũ turbæ, ab illicitis congregationibus arcean- occaſione
tur, nullas Eccleſias, nulla oratoria habeant, nulla ſacra peragãt, nul- Trip. li. 3. c. 9.
la Cõcilia celebrẽt, ut ſupra à nobis demõſtratũ eſt. Deniq; Iuſtinia- Trip. lib. 9. c. 29.
nus Imperator, conſtitutionem de interdictis collegijs hæreticorum In aut. de inter
promulgauit, qua non ſolum conuentus hæreticorum prohibet, ſed dict. colleg. heret.
omnem etiam hæreticis diffundendi errores ſuos occaſionem, am-
putandam innuit. Verba conſtitutionis ita ſe habent. Plurimũ eſſe
& maximum bonum omnibus hominibus, credimus, ueræ & im-
maculatæ fidei Chriſtianorum rectam confeſsionem, ut per omnia
hæc roboretur, & omnis orbis terrarum ſanctiſsimi ſacerdotes ad
concordiam copulentur, & conſonè immaculatam Chriſtianorum
confeſsionem prædicent, & omnem occaſionem, quæ ab hæreticis
inuenitur, auferãt. Quod oſtenditur & ex diuerſis cõſcriptis à nobis
libris, & edictis. Sed quoniam hæretici, neq; Dei cogitant timorem,
neq; interminatas talibus pœnas, ex legũ ſeueritate conſyderantes, Contra hæreticos uerba Imp. Iuſt.
diaboli opus implent: & quoſdam ſimplicium ſeducentes, ſanctæ fi-
dei Catholicę & Apoſtolicę Eccleſiæ adulteras collectas, & adultera
baptiſmata latenter faciunt, pietatis exiſtimauimus, per præſens no-
ſtrum edictum monere eos, qui tales ſunt, quatenus & recedant ab
hæretica uæſania, & nec aliorum animas per ſimplicitatem perdant,
ſed magis concurrant ad ſanctam Dei Eccleſiã, in qua recta prædi-
cantur dogmata, & omnes hæreſes cũ principibus ſuis anathemati-
zantur. Noſſe enim uolumus omnes, quia ſi de cætero aliqui inueniã-
tur, aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectio-
nem, nequaquã omnino eos ferimus, ſed domos quidẽ, ubi aliquid
delinquitur, ſanctæ aſsignamus Eccleſiæ. His autem qui colligunt,
aut apud ſe colliguntur, ex conſtitutionibus pœnas inferri omnibus
modis iubemus.

De officio & miniſterio docendi & prædicandi rectè in Eccleſia
ordinando, atq; dignis committendo, omnium autem ma-
ximè hæreticis & ſchiſmaticis interdicendo.
Caput IIII.

DOcendi & prædicandi munus, & miniſterium, in
primis neceſſarium eſt in Eccleſia, ipſa ſiquidem fi- Verbum Dei
des ex auditu eſt, auditus autem per uerbum Dei. neceſſario prædicatur in Ec
Porrò auditus non eſt ſine prædicatione. Verbum cleſia.
igitur Dei, quod eſt omni homini Chriſtiano ne- Rom. 10.
ceſſarium: immò ſine quo uiuere non poteſt homo Lucæ 4.
Chriſtianus, dicente Domino, Non in pane ſolo uiuit homo, ſed in Deut. 8.

Et in omni

omni uerbo Dei. Veruntamen ne paſsim & ſine diſcrimine offi-
cium prędicandi & docendi, ſibi in Eccleſia, uſurparent omnes, Apo-
ſtolorum temporibus uaria in Eccleſia, & inter hęc etiam doctorum
& paſtorum, officia inſtituta ſunt, dicente Apoſtolo ad Romanos.
Rom. 12. Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem mem-
bra non eundem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in
Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Habentes autem do-
nationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis, differẽtes: ſiue pro-
phetiam, ſecundum rationem fidei: ſiue miniſterium, in miniſtran-
1. Cor. 12. do: ſiue qui docet, in doctrina. Item ad Corinthios: Vos autem eſtis
corpus Chriſti, & membra de membro, & quoſdam quidem poſuit
Deus in Eccleſia, primò Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio do-
ctores, deinde uirtutes, exinde gratias curationum, opitulationes,
gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum.
Vt nemo doceat aut prædicet niſi ſit miſſus. Cum igitur inter præcipua Eccleſiæ officia, doctores numerentur:
quorum utiq; partes ſunt, docere & prædicare uerbum Dei, meritò
illud, ſicut & alia, nemo niſi miſſus & ordinatus uſurpare debet, eo-
Rom. 10. dem Apoſtolo dicente. Quomodo credent ei, quem non audiue-
runt? quomodo aũt audient ſine prædicante? quomodo uero præ-
dicabunt, niſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt. Quàm ſpecioſi ſunt pe-
Eſai. 52 des Euangelizantium bona, &c. & ueritas ipſa præcipit Apoſtolis.
Matth. 9. Rogate dominum meſsis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.
Lucæ 10. De his igitur qui non ſunt miſsi, ita ſcribit Innocentius Papa III.
c. excommunicamus §. quia uerò, de heret. Quia uerò nonnulli ſub ſpecie pietatis, uirtutẽ eius, iuxta quod Apo-
ſtolus ait, abnegantes, authoritatem ſibi uendicant prædicandi: cum
2. Timo. 3. idem Apoſtolus dicat, Quomodo prædicabunt, niſi mittantur om-
nes qui prohibiti uel non miſsi, præter authoritatem ab Apoſtolica
ſede, uel Catholico Epiſcopo loci, ſuſceptũ, publicè uel priuatim præ-
dicationis officium uſurpare præſumpſerint, excommunicationis
uinculo innodentur, & niſi quam citius reſipuerint, alia competenti
pœna plectãtur. Item renouandum erit, quod Gregorius Papa IX.
c. ſicut de her. ad Archiepiſcopum Mediolanenſem ſcribit. Cum nonnulli, inquit,
Ne Laici prædicent. Laici prædicare præſumant, & uerendũ his exiſtat, ne uitia ſub ſpe-
cie uirtutum ſubintrent: Nos attendentes, quod doctorum ordo
eſt in Eccleſia Dei quaſi præcipuus, mandamus quatenus, cum alios
Dominus Apoſtolos dederit, alios prophetas, alios uerò doctores:
interdicas Laicis uniuerſis, cuiuſcunq; ordinis cenſeantur, uſurpare
officium prædicandi. Item Concilium Carthaginenſe quartum. La-
icus præſentibus Clericis, niſi ipſis rogantibus docere non audeat.
Item mulier quamuis docta & ſancta, uiros in conuẽtu docere non
Ne Mulieres prædicent. præſumat. Item Concilium Cæſarauguſtanum. Mulieres omnes,
Eccleſiæ Catholicæ fideles, à uirorum alienorum lectione & cœtibus
ſeparentur, nec ad ipſas legentes, alij ſtudio uel docendi uel diſcendi
conueniant

conueniant. Quoniam & hoc Apoſtolus iubet, Ab uniuerſis Epiſcopis dictum eſt, anathema futuros, qui hanc Concilij ſententiam non obſeruauerint. Sed nec omnes idonei ſunt, ut mittantur, etiam Clerici. Primùm enim ſacerdotes eſſe debent, qui mittuntur, ut Leo Papa I. ad Maximū Antiochénum Epiſcopum ſcribit. Illud quoq;, inquit, dilectionem tuam cōuenit præcauere, ut præter eos, qui ſunt Domini ſacerdotes, nullus ſibi ius docendi & prædicandi audeat uendicare, ſiue ſit ille monachus, ſiue Laicus, qui alicuius ſcientiæ nomine glorіatur. Quia etſi optandum eſt, ut omnes Eccleſiæ filij, quæ recta & ſana ſunt ſapiant, non tamen permittendū eſt, ut quiſquam extra ſacerdotalem ordinem conſtitutus, gradum ſibi prædicatoris aſſumat. Cum in Eccleſia Dei omnia ordinata eſſe conueniat, ut in uno Chriſti corpore, & excellentiora membra officiū ſuū impleant, & inferiora ſuperioribus non reſultent. Item Vaſenſe Concilium. Hoc etiam pro ædificatione omnium Eccleſiarū, & pro utilitate totius populi nobis placuit, ut nō ſolum in ciuitatibus, ſed etiā in omnibus Parochijs, uerbum faciendi daremus presbyteris poteſtatem: ita ut ſi presbyter, aliqua infirmitate prohibente, per ſeipſum non potuerit prædicare, ſanctorum patrum homeliæ à diaconibus recitentur. Si enim digni ſunt diaconi, quæ Chriſtus in Euangelio locutus eſt legere, quare indigni iudicentur, ſanctorū patrū expoſitiones publicè recitare? Deinde eruditus & doctus eſſe debet, qui mittitur, & irrepræhenſibilis, & talis, cuius uita doctrinæ reſpōdeat, ut ædificare poſſit, & fidei doctrina & morū diſciplina, ut bene decreuit Toletanum Concilium. Ignorantia, inquit, mater cunctorū errorū, maximè in ſacerdotibus Dei euitanda eſt, qui docēdi officium in populo ſuſceperunt. Sacerdotes legere ſanctas admonentur ſcripturas, Paulo Apoſtolo dicente ad Timotheū. Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ, & ſemper permane in his. Sciant ergo ſacerdotes ſanctas ſcripturas, & Canones, & omne opus eorū in prædicatione & doctrina conſiſtat, atq; ædificēt cunctos, tam fidei ſcientia, quàm operū diſciplina. Sic quòd Dominus propheta m non prius miſit, q; ſuper pedes ſtaret, de uita prædicatoris intelligendū eſt. Sta, inquit, ſuper pedes, & loquar tecū. Deinde ſtanti dicit, Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſraël, ad gentes Apoſtatrices, quæ receſſerunt à me. Stare dicuntur, qui in bonis operibus erecti ambulant: Iacere, qui peccatorum mole deprimuntur. Adhuc igitur in infirmitatis confuſione iacentibus, præberi non debet authoritas prædicationis, ſed cum iam in bono opere ſurgimus, Et cum iam rectè ſtare cœperimus, dignum eſt, ut ad lucrandos alios in prædicationē mitti debeamus. Ideo autem iacenti non præcipitur, ut ad prædicationem pergat, ne infirmus quiſq;, hoc quod uerbo ædificare poteſt, opere deſtruat. Vnde rectè quoq; Pſalmiſta. Eduxit me de laqueo miſeriæ & luto

1. Corin. 14. & 1. Tim. 2.
Vt idonei ſint, qui mittuntur ad prædicandum.
epiſt. 60.
Vt ſacerdotes ſint, qui prædicant.
Diaconis quoq; prædicare licet, presbytero infirmo.
Qualis debet eſſe prædicator.
1. Timoth. 4.
Ezech. 2
Qui dicuntur Stare, & qui Iacere.
Greg. in Ezech. lib. 1. omelia 9.
Pſal. 39.

fecis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos, & immiſit in os meũ canticũ nouũ, hymnũ Deo noſtro. Prius enim de luto prauitatis educitur, ut eius pedes per fidem in petra ſolidentur. Sed quia rectam fidem, recta ſubſequi debet operatio, greſſus eius directi ſunt, ut poſt directionem greſſuũ, id eſt, poſt perfectionem boni operis, in ore acciperet etiam nouum canticum prædicationis. Sic idem propheta poſt adulterium & homicidium, priuſquàm docendi munus aggrederetur, mundari ſe à peccatis orauit. Aſperges

Pſal. 50. me, inquit, hyſſopo & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Nec ſua puritate cõtentus eſt, ſed infert, Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Poſt omnia ſubiungit. Docebo iniquos uias tuas, &c. Sed & uerax eſſe debet Catholicus prædicator, ut non aniles fabulas, ſed uerbum Dei prædicet, nec uſquàm à ſanctarum ſcripturarum & Eccleſiæ traditionibus deflectat, nec alium ſenſum ſcripturarum, quàm quem ſpiritus Eccleſiæ ſuæ reuelauit, ſequatur. Nulla enim ratione tolerandum eſt, (ut inquit Leo Papa I.) ut qui prædicandæ fidei ſuſcepit officium, is contra Euangelium Chriſti, contra Apoſtolicam doctrinam, contra uniuerſalis Eccleſiæ ſymbolum, audeat diſputare. Quales illic erunt diſcipuli, ubi tales erunt magiſtri? &c. Vbicunq; talis emerſerit prædicator, mox ſupprimendus eſt: fruſtra utuntur Catholico nomine, qui iſtis impietatibus non reſiſtunt, qui poſſunt hæc credere, qui poſſunt hæc patienter audire, &c. Præterea gratiam docendi debet habere doctor & prædicator, Quia, ut ait Hieronymus, innocentis abſq; ſermone conuerſatio, exemplo prodeſt tantum, ſilentio nocet. Nam latratu canum, & baculo paſtorum lupi ſunt arcendi. Iam & illud in prædicatore exigit Beatus Gregorius, ut ſit uerax, cautus, modeſtus, impauidus, ut neq; hæreticorum, neq; aliorum minas & rabiem timeat, quod elegantiſsimè in paſtorali ſuo declarat. Sit Rector diſcretus in ſilentio, utilis & cautus in uerbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam ſicut incauta loquutio, in errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe nanq; Rectores improuidi, humanam amittere gratiã formidantes, loqui liberè recta pertimeſcunt, & iuxta ueritatis uocem, nequaquam gregis cuſtodię paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum uice deſeruiunt, quia ueniente lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondũt. Hinc nanq; eos per Prophetam Dominus increpat, dicens in Eſaia: Canes muti non ualentes latrare. Hinc rurſus Dominus dicit in Ezechiele. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neq; poſuiſtis uos murum pro domo Iſraël, ut ſtaretis in prælio in die Domini. Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis, uoce libera huiuſmodi poteſtatibus contraire: Et in die Domini prælio ſtare, eſt prauis decertationibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere.

[Margin notes: Quale debet in Eccleſia prædicare. — Epiſt. 91. c. 17. — Gratia docendi in prædicatore. — Greg. in Paſtorali. parte 2. cap. 4. 43. diſt. c. ſit rector. — Indiſcretum ſilentium prædicatoris. — Ioan. 10. — Eſa. 56. — Ezech. 13.]

Paſtorem

Paſtorem enim rectè timuiſſe dicere, quid eſt aliud, quàm tacendo terga præbuiſſe? qui nimirum, ſi pro grege ſe obijcit, murum pro domo Iſraël hoſtibus opponit. Hinc rurſus delinquenti populo dicitur, in Hieremia. Prophetę tui uiderũt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam prouocarent. Prophetæ quidem in ſacro eloquio, nonnunquam doctores uocantur, qui dum fugitiua eſſe præſentia indicãt, quę futura ſunt manifeſtant: quos diuinus ſermo falſa uidere redarguit, quia dũ culpas corripere metuunt, incaſſum delinquentibus, promiſſa ſecuritate, blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, qui ab increpationis uoce conticeſcunt. Clauis quippe apertionis, eſt ſermo correctionis, quę increpando culpam detegit, quã ſæpe neſcit ipſe etiam qui perpetrauit. Hinc etiã Paulus ait ad Titum: Vt potens ſis in doctrina ſana exhortari, & eos qui contradicunt arguere. Hinc per Malachiam dicitur. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Hinc per Eſaiam Dominus monet, dicens. Clama ne ceſſes, quaſi tuba ex alta uocem tuam. Præconis quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit, ut ante aduentũ iudicis, qui terribiliter ſequetur, ipſe ſcilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergò ſi prædicationis eſt neſcius, quam tibi clamoris uocem daturus eſt præco mutus? Hinc eſt enim quod in actibus Apoſtolorum legitur. Super paſtores primos in linguarũ ſpecie ſpiritus ſanctus inſedit, quia nimirum quos repleuerit, de ſe protinus loquentes facit. Hinc Moyſi præcipitur in Exodo. Vt tabernaculum ſacerdos ingrediens, Tintinnabulis ambiatur, ut uidelicet prædicatoris uocem habeat, ne superni inſpectoris iudicium ex ſilentio offendatur. Scriptum quippe eſt, ut audiatur ſonitus, quando ingreditur & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & nõ moriatur. Sacerdos nanque ingrediens uel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur: quia iram contra ſe occulti iudicis erigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Apertè autem Tintinnabula ueſtimentis illius deſcribuntur inſerta: ueſtimenta enim ſacerdotis, quid aliud quàm recta opera debemus accipere? propheta teſtante in Pſalmo cxxxi. Sacerdotes tui induantur iuſtitia. Veſtimentis itaque illius tintinnabula inhærent, ſi uitæ uiam cum linguæ ſonitu, ipſa quoque opera ſacerdotis clament. Sed cum Rector ſe ad loquendum præparat, ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur, attendat: ne ſi inordinate ad loquendũ rapitur, erroris uulnere corda audientium feriantur, & cum fortaſſe ſapientem ſe uideri deſiderat, uirtutis compagẽ inſipienter abſcindat. Hinc nanque ueritas dicit in Marco. Salem in uobis & pacem habete inter uos: per ſalem quippe uerbi ſapientia deſignatur. Qui ergò loqui ſapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium unitas confundatur,

Doctores aliquãdo prophetæ dicuntur.

Threno. 2.

Clauis apertionis ſermo correctionis.

Tit. 1.

Malach. 2.

Eſai. 58.

Præconis officium ſuſcipit Prædicator.

Act. 2.

Exod. 28.

Quid Tintinnabula in ueſte Aaron deſignant.

Marci 9.

Rom. 12. tur. Hinc Paulus ait ad Romanos. Non plus ſapere quam oportet
Exo. 28. ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Hinc in Exodo in ſacerdotis ue-
Quid ſignificant mala punica tintinnabulis adiũcta. ſte iuxta diuinam uocem, tintinnabulis mala punica coniunguntur.
Nam ſicut malo punico uno exterius cortice, multa interius grana
muniuntur: ſic innumeros ſanctæ Eccleſiæ populos, unitas fidei con
tegit, quos intus diuerſitas meritorum tenet. Ne igitur Rector incau-
tus ad loquendum proruat, hoc quod iam præmiſimus, per ſemet-
Mar. 9. ipſum ueritas diſcipulis clamat in Marco. Habete ſalem in uobis, &
pacem inter uos: ac ſi figurate per habitũ ſacerdotis dicat, mala pu-
nica tintinnabulis iungite, ut per omne quod dicitis, unitatem fidei
Fugienda loquacitas. cauta obſeruatione teneatis. Prouidendum quoq; eſt ſolicita in-
tentione Rectoribus, ut ab eis non ſolum praua nullo modo, ſed nec
recta quidem nimie & inordinate proferãtur. Quia ſæpe dictorum
uirtus perditur, cum apud corda audientiũ loquacitas incauta, opor-
tunitate leuigatur, & autorem ſuum hęc eadem loquacitas inquinat,
quæ ſeruire auditoribus ad uſum profectus ignorat. Vnde benè
Leuit. 15. per Moyſen dicitur in Leuitico. Vir qui fluxum ſeminis patitur, im-
Vir qui fluxũ ſeminis patitur. mundus erit: in mente quippe audientium ſemen futuræ cogitatio-
nis eſt: audita æqualitas locutionis. Quia dum per aurem ſermo con-
Semini uerbius Paulus dictus eſt. cipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huiuſmodi ſa-
pientibus, in Actibus Apoſtolorũ, prædicator egregius ſeminiuer-
Act. 17. bius eſt uocatus. Qui uerò fluxum ſeminis ſuſtinet, immundus aſſeri-
tur. Quia multiloquio ſubditus, ex eo ſeſe inquinat. Quod ſi ordina-
tè promeret, prolem rectæ cogitationis ædere in audientium corde
potuiſſet, dumq; incautus per loquacitatem defluit, non ad uſum ge-
neris, ſed ad immundiciam ſemen fundit. Vnde Paulus quoq;, cum
diſcipulum de inſtantia prædicationis ammoneret, dixit ad Timo-
2. Tim. 4. theum epiſtola 2. Teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu, qui iudica-
turus eſt uiuos & mortuos, & per aduentum ipſius, & regnum eius:
prædica uerbũ, inſta oportunè, & importunè: Dicturus importunè
præmiſit oportunè, quia ſcilicet apud auditoris mentem ipſe ſua uti-
Doctum, non doctiſsimum requirit prædicandi officium. litate ſe deſtruit, ſi habere importunitas oportunitatem neſcit. Neq;
tamen ſummam doctrinam in prædicatore exigimus: doctum uolu-
mus, non doctiſsimum requirimus, Idiotam & indoctum repelli-
mus. Doctum autem uocamus in diuinis ſcripturis, & in ſacris Ca-
nonibus, ita exercitatum, ut plebem ſibi ſubditam, quatenus ad ſalu-
tem neceſſarium eſt, uerbum Dei & diſciplinam Eccleſiaſticam doce-
re, & Sacramentis diuinis & Eccleſiaſticis paſcere poſsit, etiamſi ru-
dioribus id uerbis, & parum compta, modo non ſordida oratione
Quo affectu eſſe debent auditores. c. ſedulo 58. diſt. faciat. Quin & auditores ita affecti eſſe debent, ut alibi docet Au-
guſtinus, ut malint ueriores, quàm diſertiores ſermones audire: ſicut
malle debent prudentiores, quàm formoſiores habere amicos. No-
uerunt enim non eſſe uoces ad aures Dei niſi animi affectum. Sed
nec

nec ſi indoctus fuerit, aut malus ſacerdos, palàm ab auditoribus re-
præhendi debet, quod hodie à multis fieri ſolet: ſed quod, ne fiat,
regula etiam Eccleſiaſtica prohibet. Nam ut Innocentius Papa de-
finit. Licèt (inquit) ſcientia in primis neceſſaria ſit ſacerdotibus ad
doctrinam, iuxta illud uerbum propheticũ: Labia ſacerdotis cuſto-
diunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius. Non tamen eſt ſim-
plicibus ſacerdotibus & ſcholaſticis detrahendum, cum in eis ſacer-
dotale officium debeat honorari. Propter quod Dominus in lege
præcepit: Dijs non detrahetis, ſacerdotes intelligens, qui propter
excellentiam ordinis, & officij dignitatem, Deorum nomine nun-
cupantur. Nec quiſquam ſuæ præſumptionis audaciam illo de-
fendat exemplo, quod aſina repræhendiſſe legitur prophetam, uel
quod Dominus ait, Quis ex uobis arguet me de peccato. Cum aliud
ſit fratrem in ſe occulte peccantem corripere: Quod quiſq; tenetur
efficere, ſecundum regulam Euangelicam. In quo caſu ſanè poteſt in-
telligi, quod Balaam fuit correptus ab aſina: & aliud eſt fratrem ſu-
um delinquentem repræhendere manifeſtè, quod utiq; nulli licet,
ſecundum Euangelicam ueritatem. Nam qui etiam dicit fratri, fa-
tue, reus erit gehennæ ignis. Rurſus aliud eſt, quod Prælatus ſponte
de ſua innocentia, ſubditorum ſe accuſationi ſupponit, in quo caſu
præmiſſum Domini uerbum debet intelligi: & aliud eſt, quod ſub-
ditus non tam animo repræhendendi, quam detrahendi, exurgit te-
merarius in prælatum, cum ei potius incumbat neceſsitas obſequen-
di. Quod ſi forte neceſsitas poſtularet, ut ſacerdos tanquam in-
utilis & indignus, à cura gregis debeat remoueri: agendũ eſt ordi-
natè apud Epiſcopum, ad cuius officium tam inſtitutio quàm deſti-
tutio ſacerdotum noſcitur pertinere. Quanquàm etiam ſacerdotem
tam ab alienis, quàm à ſuis criminibus oportet eſſe alienum, tamen
ſi aliorſum ſe habuerit, non ideo uerba ſuæ prædicationis debent
contemni. Vt enim lixiuium per cinerem humidum fluens, lauat, &
non lauatur: ita bona doctrina per malum doctorem animas cre-
dentium lauat à ſordibus peccatorum, ut ait Hieronymus. Sed
nec repellet quenquàm à ſua prædicatione Catholicus prædicator,
ſed omnibus liberum acceſſum permittet, etiam Iudæis, paganis, &
hæreticis, ut in Concilio Carthaginenſi quarto conſtitutum eſt. Sed
ita tamen, ſi ſpes ſit, ut conuerti poſsint: ſin uerò animo ſubſannan-
di uerbum ueritatis ingrediantur, procul repellendi ſunt. Ideoq; ſo-
licitus eſſe debet, ut primùm ſciat, quis qualiſuè ſit, cui immortalitatis
uerba credenda ſunt, ne margarita ante porcos proijciatur. Poſtre-
mò ordo quoq; in docendo & prædicãdo ſeruari debet. Neq; enim
ſatis eſt, ut quod uerum eſt doceatur & prædicetur, ſed omnia etiam
eo tradenda & exponenda ſunt ordine, ut nihil importunè, nihil
nõ ſuo loco & tempore dicatur, Ideoq; ut ueteris & noui Teſtamẽti

Ne palam repræhendatur ſacerdos ab auditoribus.
c. Cũ ex iniũcto. de heret.
Malach. 2.
Exod. 22.
Num. 22.
Ioh. 8.
Matth. 18.
Matth. 5.
Ad quem ſpectat, remouere inutilẽ aut indignum ſacerdotem.
c. Epiſcopus de conſecr. diſt. 1.
Matth. 7.

lectiones per circulum totius anni, in certa tempora diſtributa ſunt: ita conueniens eſt, ut ijſdem quoq; temporibus, eædem ſcripturæ ad populum prędicentur: ſcilicet, ut hoc modo non ſolum, quid uno quoq; tempore geſtum, ſed etiam quid faciendum fugiendumq́; ſit, ſcriptura duce demonſtretur. Atq; hac ſane ratione inſtitutum eſt, Ordo in feſtiuitatibus. ut ſingularum actionum Chriſti hiſtoria Euangelica, una cum oraculis propheticis & Apoſtolicis, ad eandem rem pertinentibus, ſingulis feſtiuitatibus dominicis legantur & prædicentur. Veluti quod in feſto Natiuitatis dominicæ, in ſeptuageſima, & quadrageſima hiſtoria actuum & prædicationum, quæ paſsionem Chriſti præceſſerunt: In die uerò Paſchæ, & ſequentibus diebus quinquaginta, uſq; ad Pentecoſten hiſtoria earum rerum, quæ ad reſurrectionē, aſcenſionem dominicam, & miſsionem ſpiritus ſancti, aliaq́; quæ intra eos dies, quibus poſt reſurrectionem in terris uerſatus eſt, pertinent: & eodem modo reliquis temporibus hiſtoria aliarum rerum, quæ ad legationem Chriſti, qua à patre in carnem miſſus, pro ſalute hu- c.6. mani generis in terris functus eſt, legitur & prædicatur. Eodem reſpexit Concilium Toletanum quartum, quod de prædicanda paſſione dominica, in die paraſceues in hunc modum ſtatuit, Comperimus, quod per nonnullas Eccleſias in die ſextæ feriæ paſsionis Domini, clauſis Baſilicarum foribus, non celebratur officium, nec paſſio Domini populis prædicatur, dum idem ſaluator noſter Apoſtolis ſuis præcepit, dicens. Paſsionem & mortem, & reſurrectionem meã omnibus prædicare. Ideoq; oportet eodem die myſterium crucis, quod ipſe Dominus cunctis annunciandum uoluit, prædicari, atq; indulgentiam criminum clara uoce omnem populum præſtolari, ut pœnitentiæ compunctione mundati, uenerabile feſtum dominicæ reſurrectionis, remiſsis iniquitatibus, ſuſcipere mereãtur, corporiſq́; eius & ſanguinis Sacramentum mundi à peccato ſumamus.

Homeliæ doctorũ ad meliorem uitam inſtitutæ. Nil prohibet tamen interim eum, qui docendi & prædicãdi munere fungitur, alias quoq; ſcripturas interpretari, & ad populũ prædicare, ſed eas maximè, quæ ad ædificationē fidei, & melioris uitæ inſtitutionem pertinere uidebuntur. Quomodo ſancti patres uniuerſam ferè ſcripturam interpretati ſunt, & populo prædicauerunt, id quod uariæ eorum homeliæ, in uniuerſos prope ſacrorum bibliorum li- c.13. bros ueteris & noui Teſtamenti, teſtantur. Concilium Agathenſe conſtituit, ut Symbolum ab omnibus Eccleſijs una die, id eſt, ante octo dies dominicæ reſurrectionis, publicè in Eccleſia competentibus prædicetur.

De

De ſcholis hæreticorum deſtruendis, & Catholicorum reſtaurandis, Cap. V.

Ratio uocabulorum.

SChola locus eſt, in quo iuuentus in diſciplinis exercetur, à σχολάζω dicta, quod eſt uaco, quod omiſſis cæteris omnibus rebus, iuuentus diſciplinis ſtudeat, eadem ſtudium appellatur. Qui diſciplinas docent à monendo & monſtrando magiſtri: qui diſcunt diſcipuli à diſcendo, ſicut & artes à diſcendo diſciplinæ appellantur.

l. quibus ff. de uerb. ſig.

Scholarum uaria ſunt genera, quemadmodum & diſciplinarum. Diſciplinæ quædam literarum ſunt, quædam operum. Diſciplinæ literarum, aliæ ſacræ ſunt, ut Theologia, ius ſacrorum Canonum: aliæ prophanæ, ut artes liberales, philoſophia, ius ciuile, medicina. Inter diſciplinas autem illiteratas, præcipuum locũ ſortitur militaris: à qua literariæ diſciplinæ, et ritus quoſdam & nomina acceperũt, ueluti quod diſcipuli ſub præceptoribus, ut milites ſub magiſtris militum, militare dicuntur: & condiſcipuli commilitones uocantur, & rudiores in literis tyrones, à docendo diſcendoq; abſoluti ueterani, & ſtudium ipſum literarum literata militia appellatur.

Similitudo inter diſciplinã militarem & literarum ſtudium.

Et ad eundem modum ſcholas, in literarias & militares diuidimus, & literarias rurſus in ſacras & prophanas. Sacrã ſcholam ueteres Eccleſiaſticam appellarunt, ea eſt, in qua diuinæ ſcripturæ & ſacri Canones docentur. Militarium ſcholarum multa genera ius ciuile enumerat. Cuiuſmodi ferè ſunt ſchola agentium in rebus, ſchola ſilentiariorum, ſchola equitum, & ſimiles. Qui ſcholas regunt magiſtri, comites, præpoſiti, tribuni ſcholarum appellantur. Nos de literarijs tantum ſcholis hic agimus, quę ſingulæ ſingula nomina ſortiuntur, ſiue ſacræ ſiue prophanæ. Sic ſcholam Theologorum dicimus, ſcholam Canoniſtarum, ſcholam Legiſtarũ, ſcholam Medicorum, ſcholam Philoſophorum: quarum maximus uſus apud Græcos fuit, & tot ferè fuerunt, quot philoſophorum ſectæ, ut ſchola Platonis, ſchola Epicuri, ſchola Academicorũ, ſchola Stoicorum, ſchola Peripateticorum, &c. Quæ autem has omnes complectitur, & uelut in unum cogens omnes, omnium diſciplinarum circulum abſoluit, Gymnaſium: à noſtris etiam ſtudium generale, ſiue uniuerſitas ſtudij generalis appellatur. Ius ciuile ſtudia liberalia appellat, ea ratione, ut opinor, quod in his diſciplinæ liberales doceantur.

C. de comit. cõſiſt. l. fi. lib. 12. C. de agẽtib. in rebus. l. fi. eo. libro. l. ne ad diuerſa C. de ſilẽtarijs. C. de domeſticis. l. fi. l. 1. C. de priuileg. ſchol. li. 12. l. 1. C. de off. mag. l. prepoſitos. C. de comit. & tribus ſchol. lib. 12. c. de ſtud. li. urb. Ro. & conſtãt. in Regula.

Liberales diſciplinas appellamus, quæ homine libero dignæ ſunt, quales ſunt artes, quas liberales uocant. Imperator Theodoſius his commemorat reliquas partes philoſophię, & iuriſprudentiam. Auguſtinus eas diſciplinas liberales eſſe definit, quæ homine Chriſtiano dignæ ſunt, id eſt, quæ Chriſtum docent, & ad cognitionem ueritatis Catholicæ perducunt. Soli enim Chriſtiani uerè liberi ſunt, quos

Auguſt. Epiſt. 131.

Ioan. 8. ſcilicet Chriſtus liberos facit, ut ſcriptum eſt. Si uos filius liberauerit,
tunc uere liberi eritis. Vnde & diſciplinæ liberales ſunt, quæ profeſ-
ſioni hominis Chriſtiani conueniunt: quales ſunt omnes diſciplinæ,
quæ ad pietatem pertinent, uel quauis ratione conducere poſſunt, ut
L. 1. C qui ex. ſcientia diuinarum ſcripturarum, ſacrorum Canonum, ſcientia iu-
ſe excuſ, lib. 10 ris ciuilis, (quam ipſi etiam iureconſulti inter artes liberales connu-
ubi 10. de plat. merant) philoſophia, hiſtoriæ, & aliæ artes, quibus uelut inſtrumen
tis quibuſdam, facilius ad ſcientiã pietatis peruenimus, ut ſupra de-
Diſciplinæ il- monſtrauimus. Aliæ uerò diſciplinæ, quæ ſtudijs pietatis aduer-
liberales & ſantur, non diſciplinæ liberales, ſed ſeruiles potius corruptelę appel-
ſeruiles. landæ ſunt. Ideóq; procul à ſtudijs liberalibus, id eſt, ſcholis pietatis
abijciendæ: cuiuſmodi ſunt artes magicæ, diuinationes, hæreſes, &
ſimiles, his connumerantur philoſophorũ garrulæ argutiæ, eorum
Rom. 1. uidelicet, qui uel Deum prorſus non cognouerunt, uel cum cogno-
uiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, ſed eua-
nuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum:
qui dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, &c. Et mutauerũt glo-
riam incorrupti Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis homi-
nis & uolucrum, atq; quadrupedum, & ſerpentum, &c. Horũ enim
uanitates, & inſaniæ mendaces, uentoſæ nugæ, & ſuperbus error,
epiſt. 11. minimè liberales diſciplinæ nominantur, &c. Vt ibidem dicit Au-
Artes libera- guſtinus. Addo hic unũ, inter diſciplinas liberales quaſdam alia-
les quædam rum uelut inſtrumenta & claues eſſe, ut quibus commodius ad co-
ſunt miniſtræ gnitionem aliarũ peruenitur, & expeditius uſus explicatur, ut Gram-
aliarum, ut
Grammati- matica, Dialectica, Rhetorica, quæ ad ſermonem magis, quam res
ca, Rhetori- reſpiciunt. Cicero Dialecticam & Rhetoricam miniſtras & comites
ca, Dialecti-
ca.
Lib. Partitio- ſapientiæ appellat. Sunt autem, inquit, aliæ quaſi miniſtrę comitesq́;
num. ſapientiæ, quarum altera, quę ſint in diſputando uera atq; falſa, qui-
Oratoria eſt buſq; poſitis quid ſequatur diſtinguit & iudicat: quæ uirtus omnis
eloquens ſa- in ratione ſcientiaq́; diſputandi ſita eſt. Altera autem oratoria, Nihil
pientia. enim aliud eſt eloquentia, niſi copioſè loquens ſapientia, quæ ex co-
dem hauſta genere, qua illa, quæ in diſputando uberior eſt atq; la-
tior, & ad motus animorum uulgiq́; ſenſus accommodatior. Et de
Lib. 5. Tuſc. Dialectica idem Cicero. Sequitur tertia, quæ per omnes partes ſa-
quæſt. pientiæ manat, & funditur, quæ rem diffinit, genera diſpergit, ſe-
quentia adiungit, perfecta concludit, uera & falſa dijudicat, differen-
di ratio & ſcientia, &c. Atq; horum uſus communis eſt ad omnes di-
ſciplinas, tam bonas, quàm malas: In bonis quidem utilis, in malis
§. hæc autem aũt adulterinus, et pernicioſiſsimus. Studia generalia olim in Im-
tria, in procem. perio duo tantum erant, unum Romæ, alterum Conſtantinopoli.
digeſt. Tertium in Berythenſium Metropoli. Neq; enim hoc priuilegium
Generalia ſtu aliis locis ab Imperatoribus conceſſum fuerat. Deinde autem & in
dia. alijs ciuitatibus inſtitui cœperunt, quorum hodie multa celeberrima
habet

habet Italia, multa Francia, multa etiam habet Germania: præclara quidem ante annos haud ita multos, ſed quorum aliqua hodie, non ſolum ipſa ab hæreſibus infecta, ſed etiam noua quædam ijſdem erroribus obnoxia pepererunt. Sed nec hodie ſtudia aliqua generalia eſſe poſſunt, niſi quæ authoritate Romani Pontificis & Imperatoris inſtituta fuerint. Siquidem publicè profitendi ac docendi diſciplinas authoritas, maximè quæ ſunt profundioris ſcientiæ & diſciplinæ, ut Theologiæ, & iuris prudentiæ, à ſolo Romano Pontifice & Imperatore tribuitur: à quibus & profeſſores & auditores, eorũq; collegia, & uniuerſitates, quo ſecurius & maiore cum fructu & commoditate uacare profeſsioni, & ſtudijs honeſtarum diſciplinarum poſsint, neceſſarijs quoq; priuilegijs inſigniuntur atq; cõmuniuntur. Quemadmodum hoc multis legibus, & principum conſtitutionibus cauetur, de quibus alias pluribus. Qui autem docendi facultatem propria authoritate uſurpauerint, ubicunq; fuerint, dignis pœnis repellendi erunt, nedum non iuuandi profeſſorum priuilegijs.

C. de profeß. et med. l. medicos. l. ſi duos. l. ſecundum & reprobari. ff. de excuſ. tutorũ.

Aliæ ſunt ſcholæ particulares, quas unaquæq; ciuitas ſibi conſtituit: quales olim erant, in quibus Grammatica, Rhetorica, Sophiſtica, ars numerandi, menſurandi, & ſimiles docebãtur: quarum & ipſarum magiſtri quidã immunes erant, quidam non erant. Erat etiam certus numerus eorum, qui immunitatem habebant, ſuper quem numerum nulli immunitas præſtabatur.

d. §. hæc aũt tria. d. l. ſi duos. ff. de excuſ. tutorum.

Sed & ſacris Canonibus ſancitum eſt, in Eccleſia etiam ſcholas inſtituendas eſſe: In Cathedralibus quidem, ut in his Clerici, & alij pauperes Grãmaticam doceantur. In Metropoli autem, ut ſacerdotes & alij in diuinis ſcripturis erudiantur. Et ne penuria eorum ſit, qui Theologiam docent, ſtatutum eſt, ut ab Eccleſijs aliqui ad ſtudia ſacrarum literarum deſtinentur, ut hoc modo ſuccreſcente copia doctorũ in Eccleſia ſint, qui alios quoq; erudire, in eadem ſcientia poſsint.

c. ſuper ſpecula. de magiſt.

Ad idem pertinet Canon Eugenij. De quibuſdam, inquit, locis (ut ad nos refertur) neq; magiſtros, neq; curam inueniri pro ſtudio literarũ. Idcirco ab uniuerſis Epiſcopis ſubiectis plebibus, & alijs locis, in quibus neceſsitas occurrerit, omnino cura & diligentia habeatur, ut magiſtri & doctores conſtituantur, qui ſtudia literarum, liberaliumq; artium dogmata aſsiduè doceant. Quia in his maximè diuina manifeſtantur atq; declarantur mandata.

c. de quibuſdam 37. diſt.

Sanè propter hanc cauſam, in Metropolitanis Cathedralibus, & collegiatis Eccleſijs, ſcholaſticorũ officium inſtitutum eſt, qui curam habeant regendarum ſcholarum: ut his ipſis idonei magiſtri præficiantur, & nec magiſtri, nec diſcipuli grauentur, quo minus illi liberè docere, hij uerò ſtudijs incumbere poſsint.

Scholaſticorũ officium.

Vnde & in ijſdem ſacris Canonibus conſtitutum eſt, ne pro docendi officio quicquàm à quoquam exigatur, nec erogare aliquid pro doctrina diſcipuli cogantur. Scholaſticus uerò, aliàſue quibus ſcho-

c. 1. de magiſtris.

c. 2. de mag ſtr.

larum cura commiſſa eſt, magiſtros ſcholis præficere negligentibus,
Epiſcopo incumbit eam negligentaim, tales deligendo, emendare.

c. quãto de magiſtris.

Sed & illud cõſtitutum eſt, ut quicunq; uiri idonei, & literati uoluerint
regere ſtudia literarum, ſine moleſtia & exactione qualibet
ſcholas regere permittantur. Eccleſiaſticæ ſcholæ maximè olim in

Scholæ olim florentiſsimę in Monaſterijs.

monaſterijs floruerunt. Id quod libri in omni diſciplinarum genere
optimi, & eorum multi etiam à monachis compoſiti, in bibliothecis
quorundam monaſteriorũ Germaniæ, maximè ordinis ſancti Benedicti
(Quales fuerunt apud ſanctum Gallum, Hirſaugiæ, Fuldæ,
& in alijs quibuſdam monaſterijs) teſtantur. Fuerunt et celeberrima
ſtudia diuinarum literarum in monaſterijs Ægypti, quorum morem
elegantiſsimè alibi deſcribit Hieronymus. Ac ſcholæ quidem
particulares ſeminaria quædam ſunt ſtudiorum generalium: quippe
in quibus prima rudimenta diſcuntur, quibus iuuentus ad capiendas
profundiores diſciplinas inſtruitur, ac præpararur. Harũ multę

Malus olim docendi modus.

olim in Germania fuerunt, & eædem frequentiſsimę, in quibus magnis
quidem laboribus ſudarunt, & magiſtri docendo, & diſcipuli
diſcendo: ſed cum profectu non admodum magno, ipſis uidelicet

Apinæ nuces ſunt, quę cutẽ uerius quam putamen habent.

magiſtris neſcio quibus apinis & tricis inconditorum quorundam
uerſiculorum in Grammatica, & inſulſorum copulatorũ in Dialectica,
optima etiam ingenia remorantibus, impeditis. Acceſsit & magna
confuſio ſtudiorum, & imperitia bonarum literarum. Siquidem
ueri ac recepti latinæ linguę authores, illis prorſus incogniti fuerunt,
& ſi quos fortè adoleſcentibus prælegerunt, bone Deus, quæ
ſomnia finxerunt? quas tenebras illis offuderunt? ipſi uelut cæci in tenebris,
id eſt, in profundiſsima ignorantia bonarum literarum, &

Barbaries olim etiam in ſtudijs uniuerſalibus.

& in obſcuriſsima barbarie palpitantes. Ac pari barbarie multo
tempore in ſtudijs uniuerſalibus, Theologia, iuriſprudentia, medicina,
& philoſophia, aliæq; maiores diſciplinæ traditæ fuerũt, ſed non
ignorantia pari. Fuerunt enim profeſſores harum ſcientiarum

Docti in rerũ cognitione.

doctiſsimi, & ſi res ipſas ſpectes, nihilo etiam ueteribus indoctiores.
Nam res ipſas tanto ingenij acumine, tantaq; diligentia tractarunt,
ut nihil in his ignoraſſe, nihil neglexiſſe uideantur. Nihil interim de
uerbis ſolliciti, memores eius, quod de ſcientijs dici ſolet.

Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Sed & eam interim cautionem adhibuerunt, ut nihil falſum, nihil
adulterinum in his ſcientijs uſquã ſubrepere paterentur: ſed protinus
ſi quid tale ſuccreſcere uiderent, diligentis examinis falce ſuccideren,
& reſecarent, & incorruptas tam nobiles diſciplinas cuſtodirent.
Proinde certas metas præſcripſerũt, intra quas philoſophorum
profeſsio, Dialecticorum, & Rhetorũ doctrina exercerentur, nec latius
uagari permitterentur: ſcientes, quantam calamitatem honeſtioribus
ſtudijs eſſet illatura, ſi in alienas & adulterinas diſciplinas illis
euagari

euagari concederetur. Quod & ueteres ſæpe ſunt experti, quando philoſophi, Dialectici, Rhetores, & hæretici, uerborum maximè certaminibus, Catholicorũ dogmatum ueritatem euertere conati ſunt. Sed quos Catholici ſemper uirtute diuina magis, quàm uerborum arte (quam tamen & ipſam non ignorarunt) uicerunt. Et noſtris temporibus uidemus hæreticos ijſdem ferè artibus, & ſuos errores ſtabilire & confirmare, & ſcientiam pietatis euertere, idq; eo magis, quod nõ ſolum in concionibus publicis, & interpretationibus ſcripturarum, falſa ratiocinantur & Rhetoricantur, ſed etiam in ſcholis & præceptionibus diſciplinarum liberalium, auditorum animis errores ſuos uelut in lacte infundunt. Sic in Dialecticis & Rhetoricis bona quidem præcepta tradunt, ſed quæ paradigmatis declarant & explicant, non bonis ſed falſis, & erroneis, & ex hæreſibus ſuis depromptis. Sic docentes definire, diuidere, argumẽtari; exempla definitionum, diuiſionum, & argumentationum hæretica ingerunt: ſicut declamare docentes, argumenta declamationum ſuggerunt hæretica, & eadem iuuẽtuti ueluti indubitata principia diuinarum ſcripturarum proponũt. Sic in Ethicis, Polyticis, Oeconomicis, earundem diſciplinarum principijs, errores ſuos confirmãt, quibus aſſuefacta iuuentus, ægrè poſtea dediſcit, quod à primis ferè cunabulis rudis adhuc didicit, & quaſi cũ lacte hauſit, & imbibit. Nam, ut ille ait:

Lib. 2. Trip. c. 3. & 4.

Deprauata inſtitutio hodie in ſcholis hæreticorum.

Bona artium præcepta, hæretici exemplis polluunt.

Iuuẽtutis corruptores per hæreticorum argumenta.

Quo ſemel eſt imbuta, recens ſeruabit odorem Teſta diu. — *Horatius.*

Hanc igitur piam ueterum prouidentiam & cautionem, cum neglige̋tius aliquot annis cuſtodiuerint tum Epiſcopi, tum gymnaſiorum præſides, permittentes paſsim in ſcholis doceri, nõ ſolum adulterinas diſciplinas, ſed etiam omnia adoleſcẽtiæ ſtudia, ſub prætextu liberalium diſciplinarum, ad uſum impietatis conuerti: factum eſt, ut omnes propè Germaniæ ſcholæ, hodie uarijs hæreſibus infectæ atq; corruptæ ſint: & quæ antea ſtudia pietatis fuerunt, hodie hæreticorum conuenticula ſint, ſynagogæ diaboli, ex quibus uelut ex Barathro impij, & uix extinguibiles errores in uniuerſum propè orbem deriuantur. Proinde ad tollenda, & in poſterũ cauenda huiuſmodi mala in Eccleſia, ſumma cura prouidendum erit, ut non ſolũ hæreſes & hæretici damnentur, ſed etiam ipſarũ hæreſum ſeminaria, hæreticorum uidelicet ſcholæ deſtruantur, & ſtudia Catholicorum reſtaurentur & reformentur. Scholæ hæreticorũ his ferè rebus deſtruuntur, ſi magiſtri hæreticorũ è medio tollantur, ſi diſcentibus acceſſus ad eorum ſcholas interdicatur: loca in quibus docere conſueuerunt, Eccleſiaſticis uſibus uendicẽtur. Magiſtri è medio tolluntur, publica de ipſis ſumpta uindicta. Ea eſt ultimũ ſupplicium, quo ſcilicet coërcentur hæretici, qui illicita docere tentauerint, ut Valentinianus & Martianus conſtituerunt. Diſcentes ab auditorijs hæreticorũ, pœna pecuniaria repellentur, hanc decem librarum auri, in eos conſtituit

Vnde factum eſt, quod hodie hæreſibus infectæ ſunt ſcholæ.

Quomodo deſtruuntur ſublatis e medio magiſtris.

L. quicunq;. C. de heret.

d. l. quicunq;. §. eos uero. C. de heret.

Argumētum a pœnis, de falſa moneta.

Martianus Imperator. Generaliter domus, in quibus hæretici congregationes & conuenticula celebrarunt, uel fiſco uel Eccleſijs uendicantur, ut ſupra dictū eſt, maximè uero in quibus errores & hæreſes ſuas docuerunt. Quod ſi enim domus uel fundus, in quibus moneta falſa cuditur, fiſco uendicatur, niſi dominus domus ſcelus, ut primum reperit perpetratū, prodiderit, aut niſi longiſsimè ab ea domo uel poſſeſsione abfuerit: Similiter ſerui, incolę, uel coloni eius qui longiſsimè abfuit, qui ad hoc miniſteriū præbuerit, cum eo qui fecit, ſupplicio capitali plectuntur: & ſi domus pupillorū fuerit, tutores ſi in proximo fuerint, eam pœnā expectant, ut de rebus eorum tantum fiſco inferatur, quantū à pupillo fuerat inferendum. Quanto magis domus & fundi, in quibus diuina ſcriptura (uera Chriſti & fidei noſtræ moneta) corrumpitur & falſatur, Eccleſijs uendicabuntur, corruptores & falſatores ipſi & miniſtri eorū ultimo ſupplicio afficientur? Si qua igitur ſtudia generalia, legitima authoritate inſtituta, ſed ab hæreticis nunc occupata fuerint, ea eiectis hæreticis, in priſtinum uſum & honorē reducentur: ſi qua aūt ſiue generalia ſiue particularia ſtudia de nouo ab hęreticis erecta, & priuilegijs per uim uel dolos ab Imperatore impetratis munita fuerint, ea, caſſatis priuilegijs, & ſublatis è medio profeſſoribus hæreticis, atq; eiectis diſcipulis, prorſus in nihilum redigētur, ut ſcilicet hoc modo ueſtigijs eorū deletis, ſimul etiam eorū memoria aboleatur. Nam & legibus ciuilibus ſancitum eſt, ut ſcholæ, in quibus adulterinæ doctrinæ docentur, nec ulla priuilegia ſcholarum habeant, nec tolerentur, ſed extinguātur, eorumq; profeſſores extra urbes, in quibus docuerint, exterminentur, & loca ipſa Eccleſijs uel fiſco uendicentur. Quod & Iuſtinianus Imperator, tum alibi pulchrè definit, tum in ea etiam cōſtitutione, quam aduerſus Antymū hæreticum, & eius ſectatores promulgauit, his uerbis exprimit. Interdicimus aūt & omnibus, conantibus Catholicam Dei Eccleſiam diuellere, ſiue ſecūdum Neſtorij hæretici doctrinam, ſiue ſecundum inſenſatam Eutichis traditionem, ſiue ſecundum blaſphemiam Seueri, qui & ſimilia illis intellexit, aut eorū qui illos ſequuntur, ſeditionē immittere ſanctis Eccleſijs, & loqui aliquid de fide. Sed ſancimus, quemlibet talium ſilentium ducere, & non conuocare aliquos ad ſe, neq; accedentes recipere, aut parabaptizare audere, aut ſacram cōmunionem ſordidare, & ipſam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere, ſiue in hac noſtra regia ſiue in alia, ſed omne ſupportare periculum, ſi quid tale faciet. Interdicimus etiam omnibus iſtos ſuſcipere. Abijci ergo ipſos ſancimus de ciuitatibus ab ipſis concitatis, ſcientes ultra pœnas iam contentas in noſtris diuinis conſtitutionibus, quæ in domos ipſas, in quibus tale quid fit, & campos ex quibus nutrimenta præbentur, ſanctiſsimis Eccleſijs aſsignant: & à poſsidentibus auferunt, & quia detrimenti cauſa

l. 1. C. de falſa monet.

Scriptura ſacra fidei noſtræ moneta eſt.

Noua ab hæreticis erecta ſtudia in nihilum redigi debent.

§. hec aūt tria, in proœ. dige.

Exemplum Iuſt. Imp. contra Antymū & alios hære.

Hec conſtitutio eſt in Actis Quinte ſynodi Act. 1.

cauſa ſit ſimplicioribus, ſub ſanctiſsimis uerò & Orthodoxis Eccleſijs, hæc iuſtè ducunt eſſe. Scholæ Catholicorũ ita reſtaurandę erunt.

Qnomodo Cathol. corũ ſcholæ reſtaurari poterunt. Iuramentum profeſſorum.

Primum uendicatis ædificijs & domibus ab hæreticis occupatis, & in priorem uſum reſtitutis, profeſſores omnium diſciplinarum, pro more unius cuiuſq; ſcholę, deligentur Catholici: qui iureiurãdo promittent omnes & ſinguli, ſe Catholicã fidem, eam quam ſancta Romana & Catholica & Apoſtolica Eccleſia tenet, ſeruaturos eſſe, nec docturos nec lecturos, aut diſputãdo affirmaturos, quod ab eadem Catholica fide ratione quacunq; ſit alienum, ſed nec permiſſuros ſe, quantum in ipſis erit, ut quiſquàm tale aliquid in ſchola ſua, uel priuatim uel publicè doceat, profiteatur, aut quæcunq; legendo, docendo, aut diſputando affirmet, atq; defendat.

Cauendũ ab adulterinis diſciplinis.

Deinde ſtatuta lege cauebitur, ne quiſquàm profeſſorum cuiuſcunq; diſciplinæ uel facultatis, quancunq; adulterinam diſciplinam (quales ſunt artes magicæ, diuinationes, ſuperſtitiones, doctrinæ damnatorum hæreticorum, & ſimiles) profiteatur: nec Grãmatica, Dialectica, Rhetorica, alijsq; diſciplinis liberalibus ad confirmandas falſas doctrinas abutatur. Tertio, lege cauebitur, ut diſcipuli, ſi qui fortè diſcẽdi ſtudio falſarum doctrinarum profeſſores, uel publicè uel priuatim acceſſerint, pro arbitrio eorum, quibus moderandæ ſcholæ cura cõmiſſa eſt, pro qualitate perſonæ & delicti, pœna grauiore uel remiſsiore plectantur.

Vetus conſuetudo in ſcholis particularibus.

In particularibus uerò ſcholis, ueterũ conſuetudo ſeruanda erit, ut in Eccleſijs & ciuitatibus ſcholis præficiantur Magiſtri Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ periti: qui pueros rectè ſcribendi loquendiq;, ratiocinandi item & declamandi, tum artem tum uſum ex ueteribus & receptis authoribus docere poſsint.

Quĩ authores ſint, in ſcholis prælegendi.

Sed & tales authores uolumus, quibus & linguæ diſertiores, & mores honeſti reddantur, non quibus corrumpantur. Quales inter oratores eſt Cicero, inter Poëtas Virgilius: quem Auguſtinus ideo pueris legendum exiſtimat.

Aug. lib. 1. de ciuit. Dei, c. 3.

Quia poëta magnus ſit, omniumq; præclariſsimus atq; optimus, & ſi qui ſunt ſimiles: laſciuiores autem uitandos eſſe putamus, ut Ouidium, Propertium, Tibullum, Martialem. Cæterum quibus modis docendi ſint pueri, induſtriæ præceptorum relinquendum erit, qui ex Quintiliano & alijs facile, quod ad inſtitutionem puerorum pertinet, cognoſcent. Nec permittendum erit, ut pręceptiones falſarum & adulterinarum diſciplinarum exemplis declarent: aut quicquàm, quo uerus harum artium uſus inuertatur, doceant atq; profiteantur. Epiſcopi item, & ſcholaſtici Eccleſiarum, in his omnibus ſuum officium facient, & ſcholis rectè inſtitutis, magiſtri ſcholarum iuſtis ſalarijs conducti, officio docendi commodè fungi: pueri uerò tam Clerici, quàm Laici, gratis literarum ſtudijs incumbere poſsint.

De libris hæreticorum comburendis, & eorundem uſu Catholicis interdicendo, deq́ reſtaurandis reſtituendiſq́ libris authenticis, hæreticorum fraudibus deprauatis & corruptis, Cap. VI.

Libri lectiõis improbatę tolli debent.

SVblatis hæreticorum ſcholis proximum erit, ut eorum tam nomina, quam libri è ſcholis Catholicorum, atque omni uſu & commercio humano tollantur. Quemadmodum enim mala medicamenta & uenena, ita etiam libri improbatæ lectionis, ab omni hominum uſu remoueri debent: illa, quia corpora inficiunt: hij, quia animas corrumpunt. Propter quod & iureconſultis placuit, ut libri adulterini, uelut magici & ſimiles, in iudiciũ familiæ hercifcundæ deducti à iudice, non quidem diuidantur, ſed protinus corrũpantur. Maximè uero id obſeruarunt Romani, ut libros qui religioni aduerſarentur, cremarẽt. Qua ratione repertis olim ſub Ianiculo in agro L. Petilij ſcribæ libris, ſeptem quidem latinis de iure Pontificum, & totidem græcis, de diſciplina ſapientiæ: latinos quidẽ magna diligentia aſſeruandos curarunt. Græcos aũt, quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur, Petilius Prætor urbanus, ex authoritate ſenatus, per uictimarios (facto igne) in conſpectu populi cremauit. Eandem quoq́ curam alij gentiles ad conſeruandas ſuas, quantumlibet falſas, religiones egerũt. Sic quia Prothagoras de dijs ſcribere ſic exorſus erat, an dij ſint ſtatuere quidem nequeo, libri eius publicè ſunt Athenis combuſti. Ipſe autem, ut impius, ciuitate pulſus. Quanto magis ad conſeruandã uerã & Catholicam religionẽ ea cura ad hibẽda eſt, ne quicquam eorum aſſeruetur, quo animi hominum à uera fide, & Dei cultu auocentur. Quo ſane ſtudio, & fidei zelo, Romani principes conſtituerũt, libros improbatæ fidei in conſpectu Epiſcopi comburẽdos eſſe. De qua re talis extat lex Honorij & Theodoſij, in Mathematicos illos diuinatores & eorum libros lata. Mathematicos, ſi non ſunt parati, codicibus erroris proprij ſub oculis Epiſcoporũ incendio concrematis, Catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem præteritum redituri, non ſolum ab urbe Roma, ſed etiã ab omnibus ciuitatibus depelli decernimus. Qui ſi hoc non fecerint, & cõtra Clementiæ noſtræ ſaluberrimum conſtitutum in ciuitatibus fuerint depræhenſi, uel ſecreta erroris ſui & profeſsionis inſinuauerint, deportationis pœnam excipiant. Sic olim qui ſe falſam religionem repudiare confitebantur, primum omnium id, combuſtis eiuſdem religionis libris, teſtabantur. Quomodo in actis Apoſtolicis multi credentium, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros & combuſſerunt. Sic & hæretici ad unitatẽ Eccleſiæ Catholicę reuertentes,

L. cętere ff. fa. hercifc.

Val. lib. 1. c. 1.

Mos antiquus Ro. de cremandis libris religioni cõtrarijs

Libri Prothagoræ Athenis combuſti.

M. Cicero lib. 1. de nat. deorũ.

Lex de comburendis libris in publico.

l. Mathematicos, C. de Ep. aud.

Act. 19.

reuertentes, non prius recipiebantur, quam libros errorum ſuorum prius concremaſſent: alioqui ſi id facere detrectabant, tanquam non uerè reſipiſcentes condemnabantur, ut Zozomenus de Marcello Ancirae Epiſcopo in tripartita narrat. *Trip.li.3.c.9.* Atque eadem ſanè ratione ſacris conſtitutionibus ſancitum eſt, ut haereticorũ tam nomina quam libri, ab omni prorſus uſu & commercio hominũ, remoueantur, & neque Catholicorum nomen uſque habeant haeretici, neque à quoquam eorum libri legantur, aut poſsideantur, ſed penitus corrũpantur. Condemnatis enim haereticis, ſimul etiam eorum doctrina & libri condemnati intelliguntur. *c.fraternitatis, extra de haere.* Ac primum quidem de nominibus Arrianorum, & eorum libris comburendis extat epiſtola Conſtantini Magni, ad Epiſcopos & populũ talis: *Epiſtola Conſtantini Magni cõtra Arrium.* Malignos & impios Arrius imitatus, dignum eſt, ut illorum quoque ſuſcipiat ultionem. *Socrates in tripart. li.2.c.15* Sicut ergò Porphyrius, diuinae pietatis inimicus, iniqua uolumina contra pietatem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem, & talem, per quam in poſterum eſſet opprobrium, & plurima compleretur infamia: & nunc placuit Arrium, & ſectatores eius, uocari Porphyrianos, ut quorum mores imitati ſunt, eorum uocabulo perfruantur. Super hoc autem, ſi qua conſcriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur: ut non ſolum praua eius doctrina depereat, ſed neque ulla eius poſsint remanere commenta. Hoc etiam praecepto. Si quis conſcriptiones Arrij celaſſe comperitur, et non repentè proferens igne conſumpſerit, mortis ſupplicio ſubiacebit. Mox enim ut in hoc fuerit captus, capitalem ſuſcipiet ultionẽ, Deus uos cuſtodiat. Ad eundem modum de Neſtorio, & eius ſectatoribus et libris, Theodoſius et Valentinianus conſtituerũt. *l.damnato C. de haeret.* Damnato portentuoſae ſuperſtitionis authore Neſtorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Chriſtianorum appellatione abutatur. *Huius legis meminit Liberatus in breuiario c.10. in princi.* Sed quemadmodum Arriani ab Ario lege diuae memoriae Conſtanitni, ob ſimilitudinem impietatis Porphyriani à Porphyrio nuncupantur: ſic ubique participes nephariae ſectae, Neſtorij Neſtoriani uocentur, ut cuius ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, eius uocabulum iure uideantur eſſe ſortiti. Nec uerò impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorij, aduerſus uenerabilem Orthodoxorũ ſectam, decretaque ſanctiſsimi coetus Antiſtitum Epheſi habiti, ſcriptas habere, aut legere, aut deſcribere audeat quiſquam, quos diligenti requiri ſtudio, ac publicè comburi decernimus, ita ut nemo in religionis diſputatione, aliquam ſupradicti nominis faciat mentionem. De Eutiche autem, et eius ſectatoribus et libris, ita conſtituerunt Valentinianus & Martianus. Nulli Eutichianiſtae, aut Apollinariſtae, cõtra Chalcedonenſem uenerabilem Synodum liceat aliquid uel dictare, uel ſcribere, uel aedere, atque emittere, aut aliorum dicta uel ſcripta ſuper eadem re proferre. *l.quicunque §. nulli. & § omnes C.de haere.* Nemo huiuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare.

Quod

Ac ueruſtiſsimum quidem hunc in Eccleſia morem eſſe, ut damnatis hæreſibus, ſimul etiam eorum ſcripta corrumpantur. Argumento eſt, quod de tot hæreſibus, quarum aliquæ longo etiam tempore in Eccleſia durarunt, nulli libri uſquam extant, & multorum dogmata prorſus etiam incognita eſſent, niſi eorum memoria ſcriptis ſanctorum patrum, ea ipſa confutantium, conſeruata fuiſſet. Paucorũ quorundam ſcripta, quæ centum iam annos latuerunt, poſt Concilium Conſtantienſe alicubi ſuppreſſa, opera hæreticorum noſtri temporis, è neſcio quibus cauernis eruta, unà cum eorundem authorum doctrina reuixerunt: quæ ſi, ut oportuit, diligentius ubiq; terrarum inquiſita, & combuſta fuiſſent, multæ hæreſes huius tẽporis nunquam reſuſcitatæ, uel de nouo confictæ fuiſſent. Iam uerò multi ſunt libri hæreticorum, in quibus cum erroribus etiam ueritas permixta reperitur. Sunt enim in multis nobiſcum hæretici, (ut alibi dicit Auguſtinus) Nam & de ipſis dictum eſt, in multis erant mecum, ſic in ſymbolo & in multis aliꝫ nobiſcũ ſunt: in Eccleſia autem nobiſcum non ſunt. Cuius & Catholica dogmata fidei, Sacramentorum, & cæremoniarum multis modis lacerant, & unitatem ſcindunt. Quæritur ergo de libris hæreticorum, in quibus uera cum falſis permiſcentur. Num & ipſi comburendi ſint, & eorum lectio & uſus interdicendus? Reſpondeo, hæreticorum doctrina condemnata, ſimul etiam libros eorum, in quibus uera falſis permixta ſunt, condemnatos intelligi, non quod ueritas, quæ in his continetur, condemnata ſit, ſed quod eorum lectio & uſus interdictus ſit. Ideoq; ut ueritas in ipſis non negatur, ſic non permittitur, ut ſub uelamine eorum, quæ in ipſis uera ſunt, errores quoq; legentibus inſtillentur. Quod Gelaſius Papa teſtatur, his uerbis. Nunquid nam in ipſorum hæreticorum libris non multa, quæ ad ueritatem pertineant, poſita releguntur? Nunquid nam ideò ueritas refutanda eſt, quia eorum libri, ubi prauitas ineſt, refutantur: aut ideò praui libri ſuſcipiendi ſunt eorum, quia ueritas, quæ illis inſerta eſt, non negatur? Alioqui ſi eos tantum hæreticorum libros, qui ex omni parte falſi ſunt, reprobatos eſſe dicamus, non uideo quid obſtet, cur non hæreticorum libri omnes legantur, & nulli interdicantur, aut comburantur. Vt enim nullus liber tam malus eſt, quin in aliqua parte proſit (quod Auunculum ſuum dixiſſe Plinius in epiſtolis cõmemorat) ita nullius hæretici liber tam falſus eſt, quin in aliqua parte ueritatẽ contineat. Immò hoc hæretici propriũ habent, (ut alibi ait Gregorius) ut malis bona permiſceant, quatenus facile ſenſui audientis illudant: ſi enim ſemper mala dicerẽt, citius in ſua prauitate cogniti, quod uellent, minime perſuaderent. Rurſum ſi ſemper rectè ſentirent, profectò hæretici non fuiſſent: ſed dum fallendi arte ad utraq; deſeruiunt, & ex malis bona inficiũt, & ex bonis mala, ut recipiantur, abſcondunt:

ſicut

Antiquus mos Eccleſiæ, comburendi libros hæret.

Libri hæret. poſt Concilium Conſtantienſe in lucem reproducti.

Hæretici in multis nobiſcum ſunt.

epiſt. 48.
Pſal. 54.

Libri hæret. in quibus etiã uera falſis permixta ſunt, comburendi ſunt.

In Tomo de anathe. uinculo.

Nullus liber tã falſus eſt, ut nihil ueri contineat.

Epiſt. per grauium eſt mibi. lib. 3.
lib. 5. moral.

4. oran. ſicut qui ueneni poculum porrigit 4 ora poculi dulcedine mellis tangit, dumq́ hoc, quod dulce eſt, primo attactu delibatur, etiam illud quod eſt mortiferum, indubitãter abſorbetur. Itaque hæretici permiſcent recta peruerſis, ut oſtendendo bona auditores ad ſe trahãt, & exhibendo mala latenti eos peſte corrumpant, hæc Gregorius.

Cur damnantur ac prohibẽtur libri hære. Eccleſia igitur hæreticorum libros, etiam in quibus recta aliqua & uera continentur, condemnat: & eorundem uſum prohibet: non quod ueritas ipſa percipi non debeat, ſed ne ſub melle ueritatis uenenum erroris ab incautis ſorbeatur, & ne eueniat quod ſapiens ait, Eccleſiaſt. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Tum etiã, quod honeſtatis ratio prohibet, ueritatem ex eorum uel ore uel ſcriptis promi, qui ueritatis ipſius, omniſq́ adeo honeſtatis hoſtes ſunt & inimici. Quod ne fieret, Ethnici etiam cauerunt. Cuius rei pulchrum exemplum populus Lacedæmonius ædidit. Is cũ de ſumma Reipublicę, quid nam utile eſſet & honeſtũ deliberaret, ac tum exurgens homo quiſpiam, lingua quidem & facundia pręſtabilis, ſed uitæ turpitudine infamis, cõſilium dediſſet utile & honeſtum, ut ex ea ſententia etiã decretum fieri placeret. Verum ne probũ conſilium improbi hominis ore dehoneſtaretur, alius quidam uir, non tanta eloquentia prædirus, ſed iuſtitia tamen & fortitudine clarius, electus eſt, qui conſenſu populi eandem ſententiam, quam improbus ille dixerat, ipſe quibus potuit uerbis protulit: & qua quidem denuo prolata ſententia, nulla prioris habita mentione, populus deinde decretum fecit, indignum ratus, ut bonum & honeſtum conſilium mali hominis contagione pollueretur. Quod ſi igitur gentiles, Catholicæ ueritatis ignari & expertes dedignati ſunt, ex improborum ore ueras & honeſtas ſententias audire: quanto magis Catholici cauebunt, ne uel ex ore uel ſcriptis hæreticorũ, qui fœdus cum morte percuſſerunt, & pactum cum inferno fecerunt, ut inquit propheta, immortalitatis uerba capiant, ut quos etiam Deus, tanquum organa diaboli, indignos iudicat, ex quorũ ore ueritas enuncietur.

A. Gellius lib. 18. c. 3. noct. at.

Eſai. 28.

Quod pulchrè Beda ex facto Chriſti colligit: quem refert Alphonſus. Legimus enim aqud Lucam, Luc. 4. quod cum dæmonia, uirtute Chriſti à corporibus hominum eiecta, clamarent, & dicerent. Quia tu es filius Dei. Chriſtus increpans non ſinebat ea loqui, nonnè uera dicebantur: ut quid ergò prohibet? Certe ne hac occaſione, tum uerum dicerent, etiam falſa dicentibus crederetur. Sic enim ait Beda. Quare autem dæmonia Dominus de ſe Pſal. 49. loqui prohibeat, Pſalmiſta manifeſtat, qui ait. Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis Teſtamentum meum per os tuum? Ne quis dum prædicantem audit, ſequatur errorem: Improbus enim eſt magiſter diabolus, qui falſis ſæpe uera permiſcet, ut ſpeciem ueritatis teſtimonium fraudis obtexat. Cæterum alia conditio eſt aliorum ſcriptorum, in quibus & ipſis ueris falſa

quædam

quædam permiſcentur. Cuiuſmodi ſunt nõ pauca Eccleſiaſticorum ſcriptorum, ut Irenæi, Tertulliani, Origenis, Cypriani, Epiphanij, & aliorum. Neq; enim quia quædam illi patres ſcripſerunt, quæ poſtea à Catholica Eccleſia reprobata ſunt, ideo etiam libri toti, in quibus ea continentur, reprobati intelliguntur: Immò in his quæ reprobata non ſunt, integra eorum lectio manet. Sicut Cypriani omnia legimus, & tantum declinamus, quæ de iterando Baptiſmo hæreticorum ſcripſit. Origenis omnia legimus, ea tantum non amplectimur, quæ uitanda eſſe Hieronymus docuit, & Gelaſius Papa inter Apocrypha numerauit. In Irenæo & Lactãtio Firmiano, omnia legimus: ea tantum fugimus, quæ cum Catholicæ Eccleſiæ ſententia non conſentiunt.

Quæ uitanda ſunt in Cypriano, Origene, & alijs doctoribus.

Sed quid obſtat, inquis, cur nõ ad eundem etiam modum hæreticorum libri legantur, ut ſcilicet uera legamus, falſa repudiemus? Reſpõdeo, hæreticos ab Eccleſia ita abſciſſos eſſe, ut nulla in re cum Catholicis communicare: Immò ne Catholicorum quidem nomen habere mereantur. Ideoq; ut in diſputationibus Catholicis, nulla eorum nominum mentio fieri debet, ne honorem aliquem in Eccleſia habere uideantur, aut eorum commemoratione Catholicorum uenerandi conuentus offendantur (ut Theodoſius & Valentinianus conſtituerũt) ita nec ueritas ipſa ità proſtituenda eſt, ut ſub ſpurciſsimis, nefandiſsimisq; hęreticorum nominibus & libris enuncietur.

Alia eſt ratio de libris hęret.

L. damnato. & l. quicunq; C. de heret.

Contra uero Catholici, & ſi quædam in eorum ſcriptis reperiantur, à ſententia Catholicæ Eccleſiæ aliena, tamen ea non ex ſuo arbitrio inducere uoluerunt, nec ſectam aliquam confingere, & eligere: quippe ſemper parati, ſi Eccleſia Catholica aliud definiret, intellectum ſuum in ipſius obſequium captiuare. Vnde & ex nobis fuerunt, nec unquàm ex nobis exierunt, ſed ſemper nobiſcum manſerunt. Vnde ſicubi humanitus errarũt, Eccleſia eorum erroribus correctis, quos & ipſi correctos eſſe uoluerunt, in cæteris integra eorum ſcripta eſſe uoluit, nec ob errores aliquos, ſanam eorum & Catholicam doctrinam repudiandam.

Alia mente ſunt Catholici, ubi errant, quàm ſunt hæret.

2. Cor. 10.

Sic doctrinam Petri non ideo repudiamus, quia quædam docuit & egit, quæ coapoſtolus ſuus Paulus redarguit, quæq; & ipſe poſtea euitauit: immò ut diuinam & Apoſtolicam tota amplectitur Eccleſia Catholica.

Petrus à Paulo redargutus.

Sed & libros gentilium eo modo legimus, ut quæ in his uera ſunt, pro confirmanda ueritate, & confutandis gentilium erroribus, recipiamus, reliqua abijciamus. Sicut & Paulus de Paganorum libris, aliqua in ſuas epiſtolas tranſtulit, nec tamen cuncta, quæ ab his pariter ſcripta ſunt, recepit.

Libri gentiliũ cur leguntur.

Tit. 1.

Act. 17.

Hoc tamen inter Catholicorum & Ethnicorum ſcripta intereſt, quod illis nullam authoritatẽ tribuimus, etiam in his quę uera ſunt: hæc uero authoritate etiã aliqua, tanq; ab his, qui docẽdi munere in Eccleſia funguntur, proficiſcentia dignamur. Nam, ut Hieronymus ait, ſi quid ueri de eo Sybilla & Orpheus, alijue gentilium uates aut

philoſophi, prædixiſſe perhibentur, ualet quidē ad reuincendā Paganorum uanitatē: non tamen ad iſtorū authoritatem cōplectendam. Quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem angelorum, & confeſsionem dæmonum: tantum inter authoritatem prophetarum, & curioſitatem ſacrilegorum. Et ad eundem fortaſſe modum, hæreticorum ſcripta tum legere, tum citare licebit, ut ſcilicet ex his eorum errores conuincamus. Quomodo Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum hæreticorum libros legiſſe, ſupra ex Euſebio recenſuimus. Quod ego ſic accipiendum eſſe exiſtimo, quando hæreſes iam ortæ adhuc graſſantur, non cū iam damnatæ & extinctæ ſunt. Nam tunc eorum ſcripta legere licebit. Vbi autem iam damnati fuerint hæretici, ſimul etiam eorum ſcripta damnata & interdicta eſſe intelliguntur, quæ & protinus comburenda ſunt. Atq; ex his intelligimus, deteriorem aliquanto conditionem eſſe librorum hæreticorum, quam Iudæorum, & Paganorum. Siquidem hæreticorum libri prorſus abijciuntur & comburuntur, etiam uera continentes: Iudæorum autem & Paganorum libri, integri in maximis etiam bibliothecis cuſtodiuntur: niſi forte eſſent, quibus & ipſis fides noſtra impugnaretur, aut in quibus hæreſes aliquæ continerentur. Nam & tales libri comburendi eſſent. Qua ratione olim Gregorius IX. & Innocentius IIII. Romani Pontifices, Thalmudicos libros Iudæorum comburendos eſſe decreuerunt, quod ſcilicet in ipſis multæ blaſphemiæ in Chriſtum & fidem noſtram Catholicam continerentur. Quod graue admodum iudicans Ioannes Reuchlin, uir cū omnium diſciplinarum doctiſsimus, tum liguarum multarum, præcipue autem hebraicæ peritiſsimus, non ueritus eſt, à Maximiliano Imperatore, ut ſuā ſuper ea re ſententiam diceret, requiſitus. Ne huiuſmodi opus, omnigenarum uidelicet doctrinarum in ſe continens theſaurum, combureretur, exhibito ſuo conſilio, pronunciare: Nihil tamen temerè affirmans, ſed ſententiam ſuam, quorum oportuit iudicio ſubijciens. Propter quod ſanè conſilium, maximas calumnias paſſus eſt uir innocentiſsimus à quibuſdam aduerſarijs ſuis, et præcipue à quodam Iudæo baptizato, in non mediocrem iacturam rei literariæ. Erat enim homo ad iuuanda bonarum literarum ſtudia natus, qui eam ætatē, quam in promouendis literis cōſumere deſtinauerat, miſerè in maleuolorū retundendis calūnijs cōterere coactus fuit. Iam etiam plurimū intereſt, ut libri Authentici, ab hæreticis deprauati & corrupti, reſtaurētur atq; reſtituantur. Neq; enim minus periculū & damnū religioni ex libris bonis et doctrinę uerę, ſed ijſdē tamen falſatis & corruptis, quam ex his, qui falſam doctrinā cōtinent, affertur. Hos enim, quia ex inſcriptionibus et nominibus authorū noti ſunt, uitare poſſumus: Illos autem, quia titulos iuſtos habent, ueluti bonos ſecure legimus, ignorātes, ſi quid in his fortè deprauatū contineatur.

Ideoq;

37. diſt. c. ſi quid ueri.

Quomodo licet legere libros hæretico.

Lib. 7. c. 6.

Deteriores cōditione ſūt libri hæreticorū quam Iudæorum & Gentilium.

A quibus condemnati ſunt lib. Thalmud.

Io. Reuchlin. alias Capniō.

Ideoq; fieri non poteſt, quin legentes eos in inſertos alicubi errores, uelut in ſcopulos aliquos impingamus. Fitq; hoc modo, quod Leo cōtra Priſcillianiſtas ſcribit, ut pietate ſanctorum uoluminum deprauata, non quod ſpiritus ſanctus docuit, ſed quod diaboli miniſter inſeruit, legatur & prædicetur. Proinde lege ſanciendum erit, ut libri, non ſolum falſi ab hæreticis compoſiti, ſed etiam boni ab ijſdem deprauati & corrupti, comburantur, uerię & Authentici libri reſtaurentur, & in eorum locum reſtituantur.

Epiſtola 91.

Quibus modis cauendum prouidendumq; ſit, ne falſi & adulterini libri, ſemel damnati atq; combuſti, iterum renaſcantur, atq; in lucem ædantur, Cap. VII.

DIximus qua ratione, & quibus ex cauſis libri falſi, & adulterini interdicendi atq; cremandi ſint. Supereſt, ut de eo etiam dicamus, quibus modis cauendum ſit, ne ſemel damnati & comburendi libri celentur, & extincti denuò renaſcantur, & in lucem ædantur. Quæ res in primis difficilis eſt, præſertim hac noſtra tempeſtate, quando & falſorum librorum tanta ubiq; copia eſt, ut uix omnes deleri poſſe uideantur, & tanta Chalcographiarum multitudo, quæ quotidie & ueteres & nouos libros in maxima copia proferunt, ut ſi uel omnes libri falſi comburātur, uel uno tantum aut altero tantum uniuſcuiuſq; exemplo relicto, intra paucos menſes aliquot millia librorum eiuſdem exempli excudi poſsint. Sūt enim fœcundiſsimæ Typographiæ, tantumq; uel unum Chalcographiæ prælum præſtat, quantum uix poſsint centum librarij. Itaq; & falſos libros ubilibet exiſtentes inueſtigare, & repertos comburere, tum ne recudantur præcauere: res eſt ſanè ardua, & difficilis, & quæ bono conſilio, & matura deliberatione indigebit. Mihi certè diligētius rem perpendenti, huic malo hæc ferè remedia adhibenda uidentur. Primum omnium, Romanus Pontifex indicturus Concilium uniuerſale, omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis mandabit, ut unus quiſq; in ſua prouincia, & diœceſi, per doctos aliquos uiros, & linguarum & ſacrarum literarum peritos, omnes libros tam ueteres quam nouos: de quibus propter nomina, uel authorū, uel interpretū libris ipſis inſcriptorum, uel alijs ex cauſis ſuſpicio eſſe poteſt, in his contraria fidei Catholicæ cōtineri, aut quę Catholica ſunt, deprauata, aut corrupta eſſe, inquirant: maximè aūt in aliā linguā trāslatos, ad ueros archetypos collatos examinent: & quos falſos, uidelicet ab hæreticis cōpoſitos, uel tranſlationibus alijſuè modis falſatos, corruptos & deprauatos eſſe repererint, eos in Catalogū aliquē conſcribant,

Difficile eſt, hoc tempore præcauere, ut libri ſemel dānati, non renaſcantur, propter Chalcographiæ inuentum.

Remedia Eccleſię, contra uenenoſos libros hæreti.

bāt,& uel ſedi Apoſtolicæ,uel ſacro uniuerſali Cōcilio cognoſcēdas offerant, atq; exhibeant: ut ſcilicet hoc modo,omnes libri falſi, deprauati, & ſuſpecti,ubicūq; tandem locorū ſcripti,uel excuſi fuerint, ſedis Apoſtolicæ,uel ſacroſancti Cōcilij autoritate & ſentētia,nominatim condēnari & cōburi:authentici uerò reſtaurari, reſtitui,& cōſeruari poſſint. Deinde ut lege poſita caueatur, ut libri hoc modo à ſede Apoſtolica uel uniuerſali Concilio condemnati,ubicunq; terrarum reperti fuerint,comburantur,nec à quocunq; ſcribantur,imprimātur,uendantur,emātur, legātur, aut alijs legendi cōmunicentur. Qui uerò eos ſcripſerint,impreſſerint, uēdiderint,emerint,legerint, aut alijs legendos,& qualitercunq; utendos cōmunicauerint:eorum bona tanquam hæreticis credentium uel eorundem fautorum publicentur, & fiſco uel Eccleſiæ,uel poteſtatis temporalis (ut perſonarum & delicti qualitas, & conditio exigere uidebitur) inferantur, ipſis etiā ſcriptoribus & impreſſoribus, pœna manus amputationis plectendis. Tertio,ut conſtituatur,ut Librarij & Typographi, poſt hac nullum librum de quacunq; re ſcriptum,uel compoſitum,aut de una lingua in aliam translatum,ſcribant,aut excudant,qui non prius ab Archiepiſcopo uel Epiſcopo, doctorum tamen uirorum in primis adhibito conſilio,eorum maximè qui ſacrarum literarum & linguarum periti fuerint,examinatus, & exacto iudicio ad ſcribendum uel imprimendum admiſſus fuerit. Qui uerò librum quemcunq;,ſiue bonum ſiue malum, uel ædiderint,uel ſine Archiepiſcopi uel Epiſcopi authoritate ſcripſerint uel impreſſerint, libros amittāt:ut ſi boni fuerint, Bibliothecæ Eccleſiæ uendicentur: ſin uerò mali, comburantur:nihilominus ijs, qui eos ſcripſerint uel impreſſerint, et qui eoſdem uendiderint, emerint, legendos & utendos alijs communicarint,publicatione bonorum,alijsq; pœnis in hæreticos,credentes & eorum fautores ſtatutis,ut ncgocij qualitas exiget,plectendis. Ac fortaſſe proderit etiam:ut qui fidei zelo accenſi tales Librarios, Typographos, Bibliopolas, Emptores, Lectores &c. prodiderint & manifeſtauerint,præmio aliquo & honore donentur. Poſtremò, in unaquaq; Eccleſia Cathedrali Bibliotheca inſtituatur, optimis quibuſq; in omni genere diſciplinarum libris Hæbraicis,Græcis,& Latinis inſtructa,cui diligens cuſtos adhibeatur,(ueteres Chartophilacem appellarunt) qui iureiurando aſtrictus, & libros omnes diligenter cuſtodiat,nec cuiquam bibliothecā ingrediendi,libroſue legendi, niſi aliquo præſente & aſſiſtēte,poteſtatē faciat. Omniū aūt primum neceſſarium erit, ut in eadem Bibliotheca integra & incorrupta Biblia tam Hebræa quam Græca,& Latina,ſanctorumq; patrum ſcripta, Conciliorum item uniuerſalium, tam localium quàm Oecumenicorum, acta omnia integra & incorrupta, combuſtis his, quæ translationibus alijsue modis deprauata fuerint, cuſtodiantur.

Lex publica contra libros ſemel condemnatos, ne ſcribātur aut excudantur.

Vt nihil excudatur, niſi prius examinatum ſit & admiſſum.

arg. l. quiſquis. §. ſunt ſane. C. ad leg. Iul. maieſt.

Vt inſtituantur publicæ Bibliothecæ cum certis cuſtodibus.

Qui libri ſunt in Bibliotheca reponendi & aſſeruandi.

Talis

Talis olim fuit Bibliotheca Romanæ Eccleſiæ una, quæ quoties uel Conciliorum acta, uel ſanctorum patrum ſcripta, graſſantibus hæreſibus in Græcia, in alijs patriarchatibus corrupta aut deprauata fuerunt, omnia hæc integra & incorrupta cuſtodiuit, & quoties ita neceſsitas exegit, exhibuit. Sic Chalcedonenſis Synodus ab hæreticis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Sic acta Quintę Synodi, ab eiuſdem Eccleſiæ hæreticis falſata, & in Sexta Synodo ad archetypum Romanæ Eccleſiæ reſtituta fuerunt. Sic hæretici actis Epheſinæ Synodi, capitula quædam ab ipſis in alia quadam Epheſina, ſed prophana Synodo compoſita, inſeruerunt. Sed quæ Gregorius Papa ab ipſis eximenda eſſe, actis ipſis primæ & ueræ Epheſinæ Synodi, in archiuo & ſcrinijs Romanis contentis, demonſtrat. Sic in Carthaginenſi ſexto, cui & Beatus Auguſtinus interfuit, orta quæſtione de Canonibus Nicænæ Synodi. Legato ſedis Apoſtolicæ, quoſdam Canones eiuſdem Synodi citante, Patribus autem Concilij eos in actis Nicænæ minime contineri dicentibus: Patres quidem Concilij, ueritatem actorum exemplaribus Conſtantinopolitanæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ Eccleſiarum probare ſategerunt. At legatus Romanus, acta in ſcrinio Romanæ Eccleſiæ contenta, ueram maioremq́ fidem habere contendit. Sicut & tandem obtinuit, ut acta Romani Archiui ueriora, aliarum autem Eccleſiarum ab hæreticis multis modis corrupta & deprauata eſſe probarentur. Quod & de actis Nicæni Concilij ab hæreticis combuſtis, Athanaſius & Ægyptiorum Epiſcopi ad Marcum Papam ſcribunt: Qui & illud teſtantur, Concilium Nicænum ſeptuaginta capitum eſſe: quorum aliqua Iulius Papa enumerat, quæ tamen non omnia in actis à græcis Eccleſijs cuſtoditis continentur. Rectè igitur Gregorius Papa I. admonet, nouis codicibus paſsim non eſſe credendum, & Romanos codices multo ueriores eſſe, quàm Græcos, quod noſtri, ſicut non acumina, ita nec impoſturas habeant, Hæc Gregorius.

Bibliotheca Romana contra errores Græcorum.

Greg. in regiſtro. lib. 5. epiſt. 114.

lib. 7. regiſt. epiſt. 47.

Archiuũ Ro. Bibliothecæ maioris autoritatis erat, q̃ Græcorum ſcrinia.

Charta. 6. c. 4.

Quæſtio de capitulis Nicænæ Synodi.

Non eſſe permittendum, ut uel Clerici uel Laici, de his quæ ad religionem pertinent, propria authoritate publice diſputent. Cap. VIII.

POſtremo omnibus modis renouandę et confirman
dæ erunt conſtitutiones, tam ciuiles quàm crimina-
l. nemo C. de ſum. trin. & ſi de Cath. c. 2. § inhibemus, de hæret. lib. 6. les, quibus cauetur, ne Clerici uel Laici cuiuſcunque
ordinis, de fide Chriſtiana publicè uel priuatim tra-
ctare & diſputare conentur: Ea nimirum ratione, ne
per hanc occaſionem, uel nouæ hæreſes fingantur,
uel damnatæ & extinctæ reſuſcitentur, & ex his ſeditiones & tu-
multus excitentur. Ac lex quidem ciuilis publicam tantum diſputa-
tionẽ, tam Clericis quam Laicis, prohibet: Canon aũt tam priuatam
quam publicam, ſed Laicis tantum interdicit. Nos alteram altera
Vt nec priuatim nec publice diſputetur de fidei quæſtione ſemel determinata. iuuandam, & utranque ſeruandam eſſe exiſtimamus: ut tam Clericis
quam Laicis, facultas de fide diſputandi, tam priuatim quam pu-
bulicè adimatur. Nam idem ex æquo periculum uertitur, ſiue à Cle-
ricis, ſiue à Laicis, ſiue priuatę ſiue publicę diſputationes de fide inſti-
tuantur. Siquidem & hac noſtra tempeſtate multis modis experti ſu-
mus, multas hęreſes ex utroque genere diſputandi, tam nouas excogi-
tatas, quàm ueteres eſſe reſuſcitatas. Optimum igitur aduerſus hære-
ſes remedium erit, ne uel nouæ naſcantur, uel ſemel extinctæ reuo-
centur, ut nemo ſiue Clericus ſiue Laicus publicè uel priuatim de fide
propria authoritate diſputet, eaque, quæ à ſacris Concilijs ſemel defi-
nita ſunt, denuo in dubium reuocet. Nam & iniuriam facit Reueren
Ne ſemel decreta reuocentur in dubiũ. diſsimis Synodis, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere,
& publicè diſputare contenderit, ut inquit Martianus Imperator.
in d. l. nemo. Et ſi decreta ſalubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra ſingu-
los quoſque prorſus errores, ſtabile perſiſteret Eccleſiæ conſtitutum,
ac ſemper ijſdem furoribus recidiuis, omnis integra definitio turba-
retur, ut ait Gelaſius Papa. Sed hæc de decretis legitimorum Con
In Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ. ciliorum, à ſede Apoſtolica confirmatis accipienda ſunt, quæ à ne-
mine retractari poſſunt: Quæ autem à prophanis Concilijs fuerint
definita, aut à legitimis etiam Concilijs non ritè conſtituta, ea à ſede
Apoſtolica retractari poſſunt. Cuiuſmodi ſunt decreta Ariminenſis,
Epheſini Secundi, aliorumque Conciliorum hæreticorum. Sic & de-
Epiſtola 51. & 41. cretum Chalcedonenſis, quo Conſtantinopolitana Eccleſia Alexan-
drinæ & Antiochenæ, contra definitionem Nicæni Concilij, præ-
Quibus licet publica authoritate de fide diſputare. lata fuerat, à Leone Pontifice reprobatum fuit. Addidi propria
authoritate, propter eos, quibus publicum docendi munus authori-
tate publica demandatur. Cuiuſmodi ſunt doctores & profeſsores
diuinarum literarum, & ſacrorum Canonum. Nam illis de fide, &
publicè et priuatim diſputare licet: non quidẽ ut ea quę ſemel definita
ſunt,

ſunt, diſputando uel dubia reddant, uel retractent: ſed ut ea potius, et omnem ueritatem Catholicam confirment, et nouos ſubindè ſubnaſcentes errores confutent, quo munere non propria, ſed publica authoritate funguntur. Sed & abſurdum eſt, myſteria fidei ab omnibus paſsim ſine diſcrimine prophanari. Quod ſi enim in mandatis habemus, ut uenientes ad ciuitatem, diſcamus prius, quis in ea dignus ſit, ut apud eum cibum ſumamus: quanto magis noſſe oportet, qui qualeſue ſint, quibus Immortalitatis uerba credenda ſunt? Ethnici ſolliciti erant, ne myſteria religionis ſuę omnibus proderent. Tarquinius Rex Marcum Tullium Duumuirum, quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum, in mari abijci iuſsit, ut ſcribit Valerius. Quanto magis ſecreta ueræ religionis, nō paſsim in uulgus ſine diſcrimine ſpargenda ſunt. Vnde & nos ſolliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Gregorius Nazianzenus aduerſus Arrianos librum ſcripſit, cui titulum fecit, Quod nō liceat ſemper & publice de Deo contendere. In quo inter alia ad hunc modum ſcribit. Non eſt omnium, prudentiſsimi uiri, diſputare de Deo. Non eſt omnium, diuinam excutere naturam. Non ita uilis eſt ſacræ ſcripturæ ſermo, ut uulgo indocili, & per terram ad huc repentibus homunculis pateat. Addam & hoc, quod nec ſemper nec omnia, nec omnibus, nec ab omnibus proferenda ſunt. Sed eſt & quando, & quibus & in quantum. Non eſt ergò omnium monere de talibus, ſed eorum qui ingenium atq; induſtriam ſuam in θεωρίᾳ, atq; ſcientię aſſumpſerint diſciplinis, & corū qui norunt, amotis corporalibus, incorporalia & ſpiritualia conſpicari. Ante omnia uerò illorum eſt, qui & anima & corpore iam purgati ſunt, ut minimū qui certè purgantur. Qui uerò minus purus eſt, quomodo audet purum contingere? Quibus autem proferenda ſunt hæc uel inſinuanda? Primo his, qui totius uitæ ſuæ in hoc ſtudia conuerterunt, & à quibus, non ſicut una aliqua ex cæteris, etiam de Deo ſermocinatio requiritur: poſt circum, poſt theatra, poſt illa quoq;, in quibus delectati ſunt, cantica, poſt uentris & eorum quæ ſub uentre ſunt, curam: à quibus etiam hoc delectationis loco ducitur, ſi de rebus diuinis contentio moueatur, ut in controuerſiarum certamine delectentur. De quibus autem diſputandum eſt? & in quantum? De his quæ appræhēdi poſsibile eſt, & inquantum auditoris uirtus & capacitas recipit, ne ſcilicet prægrauatus concidat, & intelligentiæ rectæ periculum ſubeat. Hæc Nazianzenus. Ex quibus uerbis intelligimus, ut non omnibus permiſſum eſt, myſteria diuini uerbi tractare: ſic nec omnibus ea tractanda ſunt, ſed puris, & à puris. Vnde & hæreticis omnib. ea omnia interdicta ſunt, ut qui ſunt impuriſsima et ſacrilega mēte prædit, ut nec de fide publicè uel priuatim diſputare,

c. in mandatis 43. diſt.

Matth. 10.

Ne myſteria religionis noſtræ paſsim in uulgus ſpargantur.

Val. max. lib. 1. c. 1.

Matth. 7.

Non licet ſemper & omnib. de Deo publice diſputare.

Hodie maximus abuſus eſt diſputandi de religiōe inter pocula.

De libris hæreticorum comburendis, & eorundem uſu Catholicis interdicendo, deq; reſtaurandis reſtituendiſq; libris authenticis, hæreticorum fraudibus deprauatis & corruptis, Cap. VI.

Libri lectiõis improbatę tolli debent.

SVblatis hæreticorum ſcholis proximum erit, ut eorum tam nomina, quam libri è ſcholis Catholicorum, atque omni uſu & commercio humano tollantur. Quemadmodum enim mala medicamenta & uenena, ita etiam libri improbatæ lectionis, ab omni hominum uſu remoueri debent: illa, quia corpora inficiunt: hÿ, quia animas corrumpunt. Propter quod & iureconſultis placuit, ut libri adulterini, uelut magici & ſimiles, in iudiciũ familiæ herciſcundæ deducti à iudice, non quidem diuidantur, ſed protinus corrũpantur. Maximè uero id obſeruarunt Romani, ut libros qui religioni aduerſarentur, cremarẽt. Qua ratione repertis olim ſub Ianiculo in agro L. Petilÿ ſcribæ libris, ſeptem quidem latinis de iure Pontificum, & totidem græcis, de diſciplina ſapientiæ: latinos quidẽ magna diligentia aſſeruandos curarunt. Græcos aũt, quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur, Petilius Prætor urbanus, ex authoritate ſenatus, per uictimarios (facto igne) in conſpectu populi cremauit.

l. cetere ff. fã. hercisc.
Val. lib. 1. c. 1.
Mos antiquus Ro. de cremandis libris religioni cõtrarÿs

Eandem quoq; curam alÿ gentiles ad conſeruandas ſuas, quantumlibet falſas, religiones egerũt. Sic quia Prothagoras de dÿs ſcribere ſic exorſus erat, an dÿ ſint ſtatuere quidem nequeo, libri eius publicè ſunt Athenis combuſti. Ipſe autem, ut impius, ciuitate pulſus. Quanto magis ad conſeruandã uerã & Catholicam religionẽ ea cura adhibẽda eſt, ne quicquam eorum aſſeruetur, quo animi hominum à uera fide, & Dei cultu auocentur.

Libri Prothagoræ Athenis combuſti.
M. Cicero lib. 1. de nat. deorũ.

Quo ſane ſtudio, & fidei zelo, Romani principes conſtituerũt, libros improbatæ fidei in conſpectu Epiſcopi comburẽdos eſſe. De qua re talis extat lex Honorÿ & Theodoſÿ, in Mathematicos illos diuinatores & eorum libros lata. Mathematicos, ſi non ſunt parati, codicibus erroris proprÿ ſub oculis Epiſcoporũ incendio concrematis, Catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem præteritum redituri, non ſolum ab urbe Roma, ſed etiã ab omnibus ciuitatibus depelli decernimus. Qui ſi hoc non fecerint, & cõtra Clementiæ noſtræ ſaluberrimum conſtitutum in ciuitatibus fuerint depræhenſi, uel ſecreta erroris ſui & profeſsionis inſinuauerint, deportationis pœnam excipiant. Sic olim qui ſe falſam religionem repudiare confitebantur, primum omnium id, combuſtis eiuſdem religionis libris, teſtabantur. Quomodo in actis Apoſtolicis multi credentium, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros & combuſſerunt. Sic & hęretici ad unitatẽ Eccleſiæ Catholicę reuertentes,

Lex de comburendis libris in publico.
l. Mathematicos, C. de Ep. aud.
Act. 19.

reuertentes,

reuertentes, non prius recipiebantur, quam libros errorum ſuorum prius concremaſſent: alioqui ſi id facere detrectabant, tanquam non uerè reſipiſcentes condemnabãtur, ut Zozomenus de Marcello Ancíræ Epiſcopo in tripartita narrat. *Trip. li. 3. c. 9.* Atq; eadem ſanè ratione ſacris conſtitutionibus ſancitum eſt, ut hæreticorũ tam nomina quam libri, ab omni prorſus uſu & commercio hominũ, remoueantur, & neq; Catholicorum nomen uſq; habeant hæretici, neca quoquam eorum libri legantur, aut poſsideantur, ſed penitus corrũpantur. Condemnatis enim hęreticis, ſimul etiam eorum doctrina & libri condemnati intelliguntur. *c. fraternitatis, extra de here.* Ac primum quidem de nominibus Arrianorum, & eorum libris comburendis extat epiſtola Conſtantini Magni, ad Epiſcopos & populũ talis: *Epiſtola Conſtantini Magni cõtra Arrium.* Malignos & impios Arrius imitatus, dignum eſt, ut illorum quoq; ſuſcipiat ultionem. *Socrates in tripartit. li. 2. c. 15* Sicut ergò Porphyrius, diuinę pietatis inimicus, iniqua uolumina contra pietatem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem, & talem, per quam in poſterum eſſet opprobrium, & plurima compleretur infamia: & nunc placuit Arrium, & ſectatores eius, uocari Porphyrianos, ut quorum mores imitati ſunt, eorum uocabulo perfruãtur. Super hoc autem, ſi qua conſcriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur: ut non ſolum praua eius doctrina depereat, ſed neq; ulla eius poſsint remanere commenta. Hoc etiam præcepto. Si quis conſcriptiones Arrij celaſſe comperitur, et non repentè proferens igne conſumpſerit, mortis ſupplicio ſubiacebit. Mox enim ut in hoc fuerit captus, capitalem ſuſcipiet ultionẽ, Deus uos cuſtodiat. Ad eundem modum de Neſtorio, & eius ſectatoribus et libris, Theodoſius et Valentinianus conſtituerũt. *l. damnato C. de heret. Huius legis meminit Liberatus in breuiario c. 10. in princi.* Damnato portentuoſæ ſuperſtitionis authore Neſtorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Chriſtianorum appellatione abutatur. Sed quemadmodum Arriani ab Ario lege diuæ memoriæ Conſtanitni, ob ſimilitudinem impietatis Porphyriani à Porphyrio nuncupantur: ſic ubiq; participes nepharíæ ſectæ, Neſtorij Neſtoriani uocentur, ut cuius ſcelus ſunt in deſerendo Deum imitati, eius uocabulum iure uideantur eſſe ſortiti. Nec uerò impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorij, aduerſus uenerabilem Orthodoxorũ ſectam, decretaq; ſanctiſsimi cœtus Antiſtitum Epheſi habiti, ſcriptas habere, aut legere, aut deſcribere audeat quiſquam, quos diligenti requiri ſtudio, ac publicè comburi decernimus, ita ut nemo in religionis diſputatione, aliquam ſupradicti nominis faciat mentionem. De Eutiche autem, et eius ſectatoribus et libris, ita conſtituerunt Valentinianus & Martianus. Nulli Eutichianiſtæ, aut Apollinariſtæ, cõtra Chalcedonenſem uenerabilem Synodum liceat aliquid uel dictare, uel ſcribere, uel ædere, atq; emittere, aut aliorum dicta uel ſcripta ſuper eadem re proferre. *l. quicunq; §. nulli. & § omnes C. de here.* Nemo huiuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare.

Quod

Ac uetuſtiſsimum quidem hunc in Eccleſia morem eſſe, ut damnatis hæreſibus, ſimul etiam eorum ſcripta corrumpantur. Argumento eſt, quod de tot hæreſibus, quarum aliquæ longo etiam tempore in Eccleſia durarunt, nulli libri uſquam extant, & multorum dogmata prorſus etiam incognita eſſent, niſi eorum memoria ſcriptis ſanctorum patrum, ea ipſa confutantium, conſeruata fuiſſet. Paucorũ quorundam ſcripta, quæ centum iam annos latuerunt, poſt Concilium Conſtantienſe alicubi ſuppreſſa, opera hæreticorum noſtri temporis, è neſcio quibus cauernis eruta, unà cum eorundem authorum doctrina reuixerunt: quæ ſi, ut oportuit, diligentius ubiq; terrarum inquiſita, & combuſta fuiſſent, multæ hæreſes huius tẽporis nunquàm reſuſcitatæ, uel de nouo confictæ fuiſſent. Iam uerò multi ſunt libri hæreticorum, in quibus cum erroribus etiam ueritas permixta reperitur. Sunt enim in multis nobiſcum hæretici, (ut alibi dicit Auguſtinus) Nam & de ipſis dictum eſt, in multis erant mecum, ſic in ſymbolo & in multis alijs nobiſcũ ſunt: in Eccleſia autem nobiſcum non ſunt. Cuius & Catholica dogmata fidei, Sacramentorum, & cæremoniarum multis modis lacerant, & unitatem ſcindunt. Quæritur ergo de libris hæreticorum, in quibus uera cum falſis permiſcentur, Num & ipſi comburendi ſint, & eorum lectio & uſus interdicendus? Reſpondeo, hæreticorum doctrina condemnata, ſimul etiam libros eorum, in quibus uera falſis permixta ſunt, condemnatos intelligi, non quod ueritas, quæ in his continetur, condemnata ſit, ſed quod eorum lectio & uſus interdictus ſit. Ideoq; ut ueritas in ipſis non negatur, ſic non permittitur, ut ſub uelamine eorum, quæ in ipſis uera ſunt, errores quoq; legentibus inſtillentur. Quod Gelaſius Papa teſtatur, his uerbis. Nunquid nam in ipſorum hæreticorum libris non multa, quæ ad ueritatem pertineant, poſita releguntur? Nunquid nam ideò ueritas refutanda eſt, quia eorum libri, ubi prauitas ineſt, refutantur? aut ideò praui libri ſuſcipiendi ſunt eorum, quia ueritas, quæ illis inſerta eſt, non negatur? Alioqui ſi eos tantum hæreticorum libros, qui ex omni parte falſi ſunt, reprobatos eſſe dicamus, non uideo quid obſtet, cur non hæreticorum libri omnes legantur, & nulli interdicantur, aut comburantur. Vt enim nullus liber tam malus eſt, quin in aliqua parte proſit (quod Auunculum ſuum dixiſſe Plinius in epiſtolis cõmemorat) ita nullius hæretici liber tam falſus eſt, quin in aliqua parte ueritatẽ contineat. Immò hoc hæretici propriũ habent, (ut alibi ait Gregorius) ut malis bona permiſceant, quatenus facilè ſenſui audientis illudant: ſi enim ſemper mala dicerẽt, citius in ſua prauitate cogniti, quod uellent, minime perſuaderent. Rurſum ſi ſemper rectè ſentirent, profectò hæretici non fuiſſent: ſed dum fallendi arte ad utraq; deſeruiunt, & ex malis bona inficiũt, & ex bonis mala, ut recipiantur, abſcondunt: ſicut

Antiquus mos Eccleſiæ, comburendi libros hæret.

Libri hæret. poſt Concilĩ Conſtãtienſe in lucem reproducti.

Hæretici in multis nobiſcum ſunt.

epiſt. 48.

Pſal. 54.

Libri hæret. in quibus etiã uera falſis permixta ſunt, comburendi ſunt.

In Tomo de anathe. uinculo.

Nullus liber tã falſus eſt, ut nihil ueri contineat.

Epiſt. per gratiam eſt mihi. lib. 3.

lib. 5. moral.

quædam permiſcentur. Cuiuſmodi ſunt nõ pauca Eccleſiaſticorum ſcriptorum, ut Irenæi, Tertulliani, Origenis, Cypriani, Epiphanij, & aliorum. Necp enim quia quædam illi patres ſcripſerunt, quæ poſtea à Catholica Eccleſia reprobata ſunt, ideo etiam libri toti, in quibus ea continentur, reprobati intelliguntur: Immò in his quæ reprobata non ſunt, integra eorum lectio manet. Sicut Cypriani omnia legimus, & tantum declinamus, quæ de iterando Baptiſmo hæreticorum ſcripſit. Origenis omnia legimus, ea tantum non amplectimur, quæ uitanda eſſe Hieronymus docuit, & Gelaſius Papa inter Apocrypha numerauit. In Irenæo & Lactãtio Firmiano, omnia legimus: ea tantum fugimus, quæ cum Catholicæ Eccleſiæ ſententia non conſentiunt. Sed quid obſtat, inquis, cur nõ ad eundem etiam modum hæreticorum libri legantur, ut ſcilicet uera legamus, falſa repudiemus? Reſpõdeo, hæreticos ab Eccleſia ita abſciſſos eſſe, ut nulla in re cum Catholicis communicare: Immò ne Catholicorum quidem nomen habere mereantur. Ideocp ut in diſputationibus Catholicis, nulla eorum nominum mentio fieri debet, ne honorem aliquem in Eccleſia habere uideantur, aut eorum commemoratione Catholicorum uenerandi conuentus offendantur (ut Theodoſius & Valentinianus conſtituerũt) ita nec ueritas ipſa ita proſtituenda eſt, ut ſub ſpurciſsimis, nefandiſsimiſcp hęreticorum nominibus & libris enuncietur. Contra uero Catholici, & ſi quædam in eorum ſcriptis repeꝛiantur, à ſententia Catholicæ Eccleſiæ aliena, tamen ea non ex ſuo arbitrio inducere uoluerunt, nec ſectam aliquam confingere, & eligere: quippe ſemper parati, ſi Eccleſia Catholica aliud definiret, intellectum ſuum in ipſius obſequium captiuare. Vnde & ex nobis fuerunt, nec unquàm ex nobis exierunt, ſed ſemper nobiſcum manſerunt. Vnde ſicubi humanitus errarũt, Eccleſia eorum erroribus correctis, quos & ipſi correctos eſſe uoluerunt, in cæteris integra eorum ſcripta eſſe uoluit, nec ob errores aliquos, ſanam eorum & Catholicam doctrinam repudiandam. Sic doctrinam Petri non ideo repudiamus, quia quædam docuit & egit, quæ coapoſtolus ſuus Paulus redarguit, quæcp & ipſe poſtea euitauit: immo ut diuinam & Apoſtolicam tota amplectitur Eccleſia Catholica. Sed & libros gentilium eo modo legimus, ut quæ in his uera ſunt, pro confirmanda ueritate, & confutandis gentilium erroribus, recipiamus, reliqua abijciamus. Sicut & Paulus de Paganorum libris, aliqua in ſuas epiſtolas tranſtulit, nec tamen cuncta, quæ ab his pariter ſcripta ſunt, recepit. Hoc tamen inter Catholicorum & Ethnicorum ſcripta intereſt, quod illis nullam authoritatẽ tribuimus, etiam in his quę uera ſunt: hæc uero authoritate etiã aliqua, tanq̃ ab his, qui docẽdi munere in Eccleſia funguntur, proficiſcentia dignamur. Nam, ut Hieronymus ait, ſi quid ueri de eo Sybilla & Orpheus, alijúe gentilium uates aut

[Margin: Quæ uitanda ſunt in Cypriano, Origene, & alijs doctoribus.]
[Margin: Alia eſt ratio de libris hęret.]
[Margin: L. damnato. & l. quicunq;. C. de heret.]
[Margin: Alia mente ſunt Catholici, ubi errant, q̃ ſunt hæret.]
[Margin: 2. Cor. 10.]
[Margin: Petrus a Paulo redargutus.]
[Margin: Libri gentiliũ cur leguntur.]
[Margin: Tit. 1.]
[Margin: Act. 17.]

philoſophi, prædixiſſe perhibentur, ualet quidẽ ad reuincendã Paganorum uanitatẽ: non tamen ad iſtorũ authoritatem cõplectendam.

17. diſt. c. ſi quid ueri.

Quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem angelorum, & confeſsionem dæmonum: tantum inter authoritatem prophetarum, & curioſitatem ſacrilegorum. Et ad eundem fortaſſe modum, hæreticorum ſcripta tum legere, tum citare licebit, ut ſcilicet ex his eorum errores conuincamus.

Quomodo liceat legere libros hæretico.

Lib. 7. c. 6.

Quomodo Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum hæreticorum libros legiſſe, ſupra ex Euſebio recenſuimus. Quod ego ſic accipiendum eſſe exiſtimo, quando hæreſes iam ortæ adhuc graſſantur, non cũ iam damnatæ & extinctæ ſunt. Nam tunc eorum ſcripta legere licebit. Vbi autem iam damnati fuerint hæretici, ſimul etiam eorum ſcripta damnata & interdicta eſſe intelliguntur, quæ & protinus comburenda ſunt. Atq; ex his intelligimus, deteriorem aliquanto conditionem eſſe librorum hæreticorum, quam Iudæorum, & Paganorum. Siquidem hæreticorum libri prorſus abijciuntur & comburuntur, etiam uera continentes: Iudæorum autem & Paganorum libri, integri in maximis etiam bibliothecis cuſtodiuntur: niſi forte eſſent, quibus & ipſis fides noſtra impugnaretur, aut in quibus hæreſes aliquæ continerentur. Nam & tales libri comburendi eſſent.

Deteriores cõditiones ſũt librorũ hæreticorũ quam Iudæorum & Gentilium.

Qua ratione olim Gregorius IX. & Innocentius IIII. Romani Pontifices, Thalmudicos libros Iudæorum comburendos eſſe decreuerunt, quod ſcilicet in ipſis multæ blaſphemiæ in Chriſtum & fidem noſtram Catholicam continerentur.

A quibus condemnati ſunt lib. Thalmud.

Io. Reuchlin. alias Capniõ.

Quod graue admodum iudicans Ioannes Reuchlin, uir cũ omnium diſciplinarum doctiſsimus, tum linguarum multarum, præcipue autem hebraicæ peritiſsimus, non ueritus eſt, a Maximiliano Imperatore, ut ſuã ſuper ea re ſententiam diceret, requiſitus. Ne huiuſmodi opus, omnigenarum uidelicet doctrinarum in ſe continens theſaurum, combureretur, exhibito ſuo conſilio, pronunciare: Nihil tamen temere affirmans, ſed ſententiam ſuam, quorum oportuit iudicio ſubijciens. Propter quod ſane conſilium, maximas calumnias paſſus eſt uir innocentiſsimus a quibuſdam aduerſarijs ſuis, et præcipue a quodam Iudæo baptizato, in non mediocrem iacturam rei literariæ. Erat enim homo ad iuuanda bonarum literarum ſtudia natus, qui eam ætatẽ, quam in promouendis literis cõſumere deſtinauerat, miſere in maleuolorũ retundendis calũnijs cõterere coactus fuit.

Iam etiam plurimũ intereſt, ut libri Authentici, ab hæreticis deprauati & corrupti, reſtaurẽtur atq; reſtituantur. Neq; enim minus periculũ & damnũ religioni ex libris bonis et doctrinæ ueræ, ſed ijſdẽ tamen falſatis & corruptis, quam ex his, qui falſam doctrinã cõtinent, affertur. Hos enim, quia ex inſcriptionibus et nominibus authorũ noti ſunt, uitare poſſumus: Illos autem, quia titulos iuſtos habent, uelut bonos ſecure legimus, ignorãtes, ſi quid in his forte deprauatũ contineatur.

Ideoq;

Ideoq; fieri non poteſt, quin legentes eos in inſertos alicubi errores, uelut in ſcopulos aliquos impingamus. Fitq; hoc modo, quod Leo cõtra Priſcillianiſtas ſcribit, ut pietate ſanctorum uoluminum depravata, non quod ſpiritus ſanctus docuit, ſed quod diaboli miniſter inſeruit, legatur & prædicetur. Proinde lege ſanciendum erit, ut libri, non ſolum falſi ab hæreticis compoſiti, ſed etiam boni ab iiſdem deprauati & corrupti, comburantur, ueriq; & Authentici libri reſtaurentur, & in eorum locum reſtituantur. Epiſtola 91.

Quibus modis cauendum prouidendumq; ſit, ne falſi & adulterini libri, ſemel damnati atq; combuſti, iterum renaſcantur, atq; in lucem ædantur, Cap. VII.

DIximus qua ratione, & quibus ex cauſis libri falſi, & adulterini interdicendi atq; cremandi ſint. Super eſt, ut de eo etiam dicamus, quibus modis cauendum ſit, ne ſemel damnati & comburendi libri celentur, & extincti denuò renaſcantur, & in lucem ædantur. Quæ res in primis difficilis eſt, præſertim hac noſtra tempeſtate, quando & falſorum librorum tanta ubiq; copia eſt, ut uix omnes deleri poſſe uideantur, & tanta Chalcographiarum multitudo, quæ quotidie & ueteres & nouos libros in maxima copia proferunt, ut ſi uel omnes libri falſi comburãtur, uel uno tantum aut altero tantum uniuſcuiuſq; exemplo relicto, intra paucos menſes aliquot millia librorum eiuſdem exempli excudi poſsint. Sũt enim fœcundiſsimæ Typographiæ, tantumq; uel unum Chalcographiæ prælum præſtat, quantum uix poſsint centum librarij. Itaq; & falſos libros ubilibet exiſtentes inueſtigare, & repertos comburere, tum ne recudantur præcauere: res eſt ſanè ardua, & difficilis, & quæ bono conſilio, & matura deliberatione indigebit. Mihi certè diligẽtius rem perpendenti, huic malo hæc ferè remedia adhibenda uidentur. Primum omnium, Romanus Pontifex indicturus Concilium uniuerſale, omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis mandabit, ut unus quiſq; in ſua prouincia, & diœceſi, per doctos aliquos uiros, & linguarum & ſacrarum literarum peritos, omnes libros tam ueteres quam nouos: de quibus propter nomina, uel authorũ, uel interpretũ libris ipſis inſcriptorum, uel alijs ex cauſis ſuſpicio eſſe poteſt, in his contraria fidei Catholicæ cõtineri, aut quę Catholica ſunt, deprauata, aut corrupta eſſe, inquirant: maximè aũt in aliã linguã trãslatos, ad ueros archetypos collatos examinent: & quos falſos, uidelicet ab hæreticis cõpoſitos, uel translationibus alijſuè modis falſatos, corruptos & deprauatos eſſe repererint, eos in Catalogũ aliquẽ conſcribant,

Difficile eſt, hoc tempore præcauere, ut libri ſemel dãnati, non renaſcantur, propter Chalcographiæ inuentum.

Remedia Eccleſię, contra uenenoſos libros hæretici.

bāt,& uel ſedi Apoſtolicæ,uel ſacro uniuerſali Cōcilio cognoſcēdas offerant, atq; exhibeant: ut ſcilicet hoc modo, omnes libri falſi, deprauati, & ſuſpecti,ubicūq; tandem locorū ſcripti,uel excuſi fuerint, ſedis Apoſtolicæ,uel ſacroſancti Cōcilij autoritate & ſentētia,nominatim condēnari & cōburi:authentici uerò reſtaurari, reſtitui,& cōſeruari poſsint. Deinde ut lege poſita caueatur, ut libri hoc modo à ſede Apoſtolica uel uniuerſali Concilio condemnati,ubicunq; terrarum reperti fuerint,comburantur,nec à quocunq; ſcribantur,imprimātur,uendantur,emātur, legātur, aut alijs legendi cōmunicentur. Qui uerò eos ſcripſerint,impreſſerint,uēdiderint,emerint,legerint, aut alijs legendos,& qualitercunq; utendos cōmunicauerint:eorum bona tanquam hæreticis credentium uel eorundem fautorum publicentur, & fiſco uel Eccleſiæ,uel poteſtatis temporalis (ut perſonarum & delicti qualitas, & conditio exigere uidebitur) inſerantur, ipſis etiā ſcriptoribus & impreſſoribus, pœna manus amputationis plectendis. Tertio,ut conſtituatur,ut Librarij & Typographi, poſt hac nullum librum de quacunq; re ſcriptum,uel compoſitum,aut de una lingua in aliam tranſlatum,ſcribant,aut excudant,qui non prius ab Archiepiſcopo uel Epiſcopo,doctorum tamen uirorum in primis adhibito conſilio,eorum maximè qui ſacrarum literarum & linguarum periti fuerint,examinatus, & exacto iudicio ad ſcribendum uel imprimendum admiſſus fuerit. Qui uerò librum quemcunq;,ſiue bonum ſiue malum, uel ædiderint,uel ſine Archiepiſcopi uel Epiſcopi authoritate ſcripſerint uel impreſſerint, libros amittāt:ut ſi boni fuerint, Bibliothecæ Eccleſiæ uendicentur: ſin uerò mali, comburantur:nihilominus ijs, qui eos ſcripſerint uel impreſſerint,et qui eoſdem uendiderint, emerint, legendos & utendos alijs communicarint,publicatione bonorum,alijsq; pœnis in hæreticos,credentes & eorum fautores ſtatutis,ut negocij qualitas exiget,plectendis. Ac fortaſſe proderit etiam:ut qui fidei zelo accenſi tales Librarios, Typographos, Bibliopolas, Emptores, Lectores &c. prodiderint & manifeſtauerint,præmio aliquo & honore donentur. Poſtremò, in unaquaq; Eccleſia Cathedrali Bibliotheca inſtituatur, optimis quibusq; in omni genere diſciplinarum libris Hæbraicis,Græcis,& Latinis inſtructa,cui diligens cuſtos adhibeatur,(ueteres Chartophilacem appellarunt) qui iureiurando aſtrictus, & libros omnes diligenter cuſtodiat, nec cuiquam bibliothecā ingrediendi,libroſue legendi, niſi aliquo pręſente & aſsiſtēte,poteſtatē faciat. Omniū aūt primum neceſſarium erit, ut in eadem Bibliotheca integra & incorrupta Biblia tam Hebræa quam Græca,& Latina,ſanctorumq; patrum ſcripta, Conciliorum item uniuerſalium, tam localium quàm Oecumenicorum, acta omnia integra & incorrupta, combuſtis his, quæ tranſlationibus alijsue modis deprauata fuerint, cuſtodiantur.

Lex publica contra libros ſemel condemnatos, ne ſcribātur aut excudantur.

Vt nihil excudatur, niſi prius examinatum ſit & admiſſum.

arg. l. quiſquis. §. ſunt ſanè. C. ad leg. Iul. maieſt.

Vt inſtituantur publicæ Bibliothecæ cum certis cuſtodibus.

Qui libri ſunt in Bibliotheca reponendi & aſſeruandi.

Talis

Bibliotheca Romana contra errores Græcorum.

Talis olim fuit Bibliotheca Romanæ Eccleſiæ una, quæ quoties uel Conciliorum acta, uel ſanctorum patrum ſcripta, graſſantibus hæreſibus in Græcia, in alijs patriarchatibus corrupta aut deprauata fuerunt, omnia hæc integra & incorrupta cuſtodiuit, & quoties ita neceſsitas exegit, exhibuit. Sic Chalcedonenſis Synodus ab hæreticis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, Sic acta Quintę Synodi, ab eiuſdem Eccleſiæ hæreticis falſata, & in Sexta Synodo ad archetypum Romanæ Eccleſiæ reſtituta fuerunt. Sic hæretici actis Epheſinæ Synodi, capitula quædam ab ipſis in alia quadam Epheſina, ſed prophana Synodo compoſita, inſeruerunt. Sed quæ Gregorius Papa ab ipſis eximenda eſſe, actis ipſis primæ & ueræ Epheſinæ Synodi, in archiuo & ſcrinijs Romanis contentis, demonſtrat.

Greg. in regiſtro. lib. 5. epiſt. 114.

lib. 7. regiſt. epiſt. 47.

Sic in Carthaginenſi ſexto, cui & Beatus Auguſtinus interfuit, orta quæſtione de Canonibus Nicænæ Synodi. Legato ſedis Apoſtolicæ, quoſdam Canones eiuſdem Synodi citante, Patribus autem Concilij eos in actis Nicænæ minime contineri dicentibus: Patres quidem Concilij, ueritatem actorum exemplaribus Conſtantinopolitanæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ Eccleſiarum probare ſatagerunt. At legatus Romanus, acta in ſcrinio Romanæ Eccleſiæ contenta, ueram maioremq; fidem habere contendit. Sicut & tandem obtinuit, ut acta Romani Archiui ueriora, aliarum autem Eccleſiarum ab hæreticis multis modis corrupta & deprauata eſſe probarentur.

Archiuū Ro. Bibliothecæ maioris autoritatis erat, quàm Græcorum ſcrinia.

Charta. 6. c. 4.

Quod & de actis Nicæni Concilij ab hæreticis combuſtis, Athanaſius & Ægyptiorum Epiſcopi ad Marcum Papam ſcribunt: Qui & illud teſtantur, Concilium Nicænum ſeptuaginta capitum eſſe: quorum aliqua Iulius Papa enumerat, quæ tamen non omnia in actis à græcis Eccleſijs cuſtoditis continentur. Rectè igitur Gregorius Papa I. admonet, nouis codicibus paſsim non eſſe credendum, & Romanos codices multo ueriores eſſe, quàm Græcos, quod noſtri, ſicut non acumina, ita nec impoſturas habeant, Hæc Gregorius.

Quæſtio de capitulis Nicænæ Synodi.

Non eſſe permittendum, ut uel Clerici uel Laici, de his quæ ad religionem pertinent, propria authoritate publice diſputent. Cap. VIII.

l. nemo C. de ſum. trin. & ſi de Cath. c. 2. § inhibemus, de heret. lib. 6.

POſtremo omnibus modis renouandę et confirmandæ erunt conſtitutiones, tam ciuiles quàm criminales, quibus cauetur, ne Clerici uel Laici cuiuſcunque ordinis, de fide Christiana publicè uel priuatim tractare & diſputare conentur: Ea nimirum ratione, ne per hanc occaſionem, uel nouæ hæreſes fingantur, uel damnatæ & extinctæ reſuſcitentur, & ex his ſeditiones & tumultus excitentur. Ac lex quidem ciuilis publicam tantum diſputationē, tam Clericis quam Laicis, prohibet: Canon aũt tam priuatam quam publicam, ſed Laicis tantum interdicit. Nos alteram altera iuuandam, & utranque ſeruandam eſſe exiſtimamus: ut tam Clericis quam Laicis, facultas de fide diſputandi, tam priuatim quam publicè adimatur. Nam idem ex æquo periculum uertitur, ſiue à Clericis, ſiue à Laicis, ſiue priuatę ſiue publicę diſputationes de fide instituantur. Siquidem & hac noſtra tempeſtate multis modis experti ſumus, multas hęreſes ex utroque genere diſputandi, tam nouas excogitatas, quàm ueteres eſſe reſuſcitatas. Optimum igitur aduerſus hæreſes remedium erit, ne uel nouæ naſcantur, uel ſemel extinctæ reuocentur, ut nemo ſiue Clericus ſiue Laicus publicè uel priuatim de fide propria authoritate diſputet, eaque, quæ à ſacris Concilijs ſemel definita ſunt, denuo in dubium reuocet. Nam & iniuriam facit Reuerendiſsimis Synodis, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contenderit, ut inquit Martianus Imperator. Et ſi decreta ſalubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra ſingulos quoſque prorſus errores, ſtabile perſiſteret Eccleſiæ conſtitutum, ac ſemper ijſdem furoribus recidiuis, omnis integra definitio turbaretur, ut ait Gelaſius Papa. Sed hæc de decretis legitimorum Conciliorum, à ſede Apoſtolica confirmatis accipienda ſunt, quæ à nemine retractari poſſunt: Quæ autem à prophanis Concilijs fuerint definita, aut à legitimis etiam Concilijs non ritè conſtituta, ea à ſede Apoſtolica retractari poſſunt. Cuiuſmodi ſunt decreta Ariminenſis, Epheſini Secundi, aliorumque Conciliorum hæreticorum. Sic & decretum Chalcedonenſis, quo Conſtantinopolitana Eccleſia Alexandrinæ & Antiochenæ, contra definitionem Nicæni Concilij, prælata fuerat, à Leone Pontifice reprobatum fuit. Addidi propria authoritate, propter eos, quibus publicum docendi munus authoritate publica demandatur. Cuiuſmodi ſunt doctores & profeſsores diuinarum literarum, & ſacrorum Canonum. Nam illis de fide, & publicè et priuatim diſputare licet: non quidē ut ea quę ſemel definita ſunt,

Vt nec priuatim nec publicè diſputetur de fidei quæſtione ſemel determinata.

Ne ſemel decreta reuocentur in dubiũ. in d. l. nemo.

In Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ.

Epiſtola 31. & 41.

Quibus licet publica authoritate de fide diſputare.

ſunt, diſputando uel dubia reddant, uel retractent: ſed ut ea potius, et omnem ueritatem Catholicam confirment, et nouos ſubindé ſubnaſcentes errores confutent, quo munere non propria, ſed publica authoritate funguntur. Sed & abſurdum eſt, myſteria fidei ab omnibus paſsim ſine diſcrimine prophanari. Quod ſi enim in mandatis habemus, ut uenientes ad ciuitatem, diſcamus prius, quis in ea dignus ſit, ut apud eum cibum ſumamus: quanto magis noſſe oportet, qui qualeſue ſint, quibus Immortalitatis uerba credenda ſunt? Ethnici ſolliciti erant, ne myſteria religionis ſuę omnibus proderent, Tarquinius Rex Marcum Tullium Duumuirum, quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum, in mari abijci iuſsit, ut ſcribit Valerius. Quanto magis ſecreta ueræ religionis, nõ paſsim in uulgus ſine diſcrimine ſpargenda ſunt. Vnde & nos ſolliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Gregorius Nazianzenus aduerſus Arrianos librum ſcripſit, cui titulum fecit, Quod nõ liceat ſemper & publice de Deo contendere. In quo inter alia ad hunc modum ſcribit. Non eſt omnium, prudentiſsimi uiri, diſputare de Deo. Non eſt omnium, diuinam excutere naturam. Non ita uilis eſt ſacræ ſcripturæ ſermo, ut uulgo indocili, & per terram ad huc repentibus homunculis pateat. Addam & hoc, quod nec ſemper nec omnia, nec omnibus, nec ab omnibus proferenda ſunt. Sed eſt & quando, & quibus & in quantum. Non eſt ergò omnium monere de talibus, ſed eorum qui ingenium atq; induſtriam ſuam in θεωρίᾳ, atq; ſcientię aſſumpſerint diſciplinis, & eorũ qui norunt, amotis corporalibus, incorporalia & ſpiritualia conſpicari. Ante omnia uerò illorum eſt, qui & anima & corpore iam purgati ſunt, ut minimũ qui certè purgantur. Qui uerò minus purus eſt, quomodo audet purum contingere? Quibus autem proferenda ſunt hæc uel inſinuanda? Primo his, qui totius uitæ ſuæ in hoc ſtudia conuerterunt, & à quibus, non ſicut una aliqua ex cæteris, etiam de Deo ſermocinatio requiritur: poſt circum, poſt theatra, poſt illa quoq;, in quibus delectati ſunt, cantica, poſt uentris & eorum quæ ſub uentre ſunt, curam: à quibus etiam hoc delectationis loco ducitur, ſi de rebus diuinis contentio moueatur, ut in controuerſiarum certamine delectentur. De quibus autem diſputandum eſt? & in quantum? De his quæ appræhẽdi poſsibile eſt, & inquantum auditoris uirtus & capacitas recipit, ne ſcilicet prægrauatus concidat, & intelligentiæ rectæ periculum ſubeat, Hæc Nazianzenus. Ex quibus uerbis intelligimus, ut non omnibus permiſſum eſt, myſteria diuini uerbi tractare: ſic nec omnibus ea tractanda ſunt, ſed puris, & à puris. Vnde & hæreticis omnib. ea omnia interdicta ſunt, ut qui ſunt impuriſsima et ſacrilega mẽte præditi, ut nec de fide publicè uel priuatim diſputare,

c. in mandatis 43. diſt.

Matth. 10.

Ne myſteria religionis noſtræ paſsim in uulgus ſpargantur.

Val. max lib. 1. c. 1.

Matth. 7.

Non licet ſemper & omnib. de Deo publice diſputare.

Hodie maximus abuſus eſt diſputandi de religiõe inter pocula.

nec quæ à Catholicis de ea diſcernuntur, audire debent. Neq; enim impuris iſtis, & uarijs ſceleribus inquinatis, de ſecretioribus & remo- [c. in mandatis 43. diſt.] tis diuinæ ſcientiæ proloqui debent Catholici, ſed magis proteſtari, & conuenire illos, ut peccare deſinant, & actus ſuos à uitijs emendent, maximè autem, relictis erroribus ſuis, ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ reuertantur: Quam ſpem ſi de ipſis conceperint, tum non prohibentur, ipſis quoq; diuini uerbi ſalutarem doctrinam communicare. Quod ſi autem hæretici Catholicos fortè prouocauerint, [Quid reſponſit hæreticis ad diſputandum prouocãtibus.] dicere prouocantibus de ſcripturis, aut his quę eos minus rectè agentes, oporteat audire: prudenter eludendi ſunt, ut alibi docet Origenes. Nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſa utile non uidetur, ne fortè exiſtiment, Catholicos reſponſionis penuria declinare certamen, & fides eorum lędatur, non intelligentium propoſitũ noſtrum. Neq; uerò ea, quæ publica diſputatione de Deo interdicenda [Sẽper Deũ in memoria habere oportet.] dicta ſunt, eò pertinẽt, ut nõ oporteat ſemper meminiſſe Dei, ſemper de Deo loqui, ut idẽ Nazianzenus declarat. Semper, inquit, oportet meminiſſe Dei, crebrius etiam quam reſpirare, & ſi dici uel fieri poſſibile eſt, nec aliud aliquid, quàm hoc agendum eſt. Quin & ego collaudo in lege Domini meditari die ac nocte, ſicut ſcriptura docet, & [Pſal. 54.] ueſperè & manè & meridie narrare & benedicere Dominum in om- [Deut. 6.] ni tempore, & ſicut Moyſes dicit: cubans in lecto, et exurgens, & iter incedens, & ſi quid aliud eſt, quodcunq; agit homo, ſemper Deum & memoriam Dei expedit fixam in pectore detinere. Non ergò habere ſemper Dei memoriam ueto, ſed de Deo ſemper & importunè diſputare non ſuadeo, uerum ne in hoc quidem quę pia ſunt, ſeu quæ oportuna ſunt ueto. Non doctrinam prohibeo, ſed immoderatio- [Prouerb. 25.] nem reſeco. An non mellis ſatietas ac nimietas uomitum mouet? Et [Eccleſ. 3.] quid melle dulcius? Sed tempus eſt omni rei, ſicut Salomoni uidetur, & mihi: fit enim bonum non bonum, ſi non fiat bene. Proinde leges, [Quæ diſputatio de Deo aut de fide reprehendatur.] quæ diſputationes & tractatus, tam publicos quam priuatos de Deo & fide Catholica prohibent, non examinatioem & doctrinam ſeri, plurarum interdicunt, ſed eorum tantum temeritatem coẽrcent, qui non uerẽtur propria authoritate de dogmatibus fidei diſputare. Immò noua & falſa dogmata pro ueris aſſerere, & aliorum animis inſtillare, & quæ ſemel rectè diffinita ſunt, in dubium reuocare, condemnari & retractare, quaſi ſoli ipſi ſint Apoſtoli, ſoli Prophetæ, ſoli magiſtri: non ſolum errantes ipſi, ſed multos etiam alios in Barathrum errorum ſuorum præcipitantes. Ac talem quidem diſputatorem ita alloquitur Nazianzenus: Eſto tu excelſus, & excelſorum ſuperior, & ſupra nubes aſcende, ſi libet, & inuiſibilia conſpicare, & ineffabilia ſermone complectere, ſupra Heliam aſſumere, & ſupra Moyſem facie ad faciem uide ſi potueris, Deum. Supra Paulũ quoquè, ad tertij cœli eleuare faſtigia: Cur & alios ſub die uis plaſmare?

Cur

Cur Theologos ſub momento temporis facis, qui de diuina natura diſſerant, cum ſuæ ſint uitæ adhuc penitus ignari? ut putes eos uelut inſpiratam à te magis, quàm elucubratam ſuſcepiſſe doctrinam, & imperitorum uerbis quam plurimos agis cõuentus? ut quid Araneis colligas infirmos, & contrahis, uelut ſapientiæ eis aliquid largiturus? ut quid examen Veſparum aduerſum fidem concitas? ut quid Dialectica religionem decorare ſe credit, ubi magis per Dialecticam religio fœdatur? Illa nobis quodãmodo nunc Gygantomachia fabuloſa reparatur, dum aduerſus Deum pugnatur in terris, & dum omnis ſermo cũ quæſtione profertur, fit lingua bellatrix: uerba ſunt iacula, ſermo eſt gladius, tota die abſq; ullo fine pugnatur, & interdum mutuis uulneribus inter ſe uterq; proſternitur. Hęc Nazianzenus. Ad idem genus pertinent leges, quibus cauetur, ne de ſemel latis, firmatis & promulgatis legibus diſputare liceat. [De legibus tã latis & promulgatis, non licet amplius diſputare.] De qua re ita ſcribit Plato. [Plato libro 1. de legibus.] Si quis rectè Laconum aut Cretenſium leges repræhendere poſsit, aliqua quęſtio eſt. Ego autem iudico optimam eſſe legem, quæ iubet, ne quis iuuenum quærere audeat, rectè ne an contra, ſe leges habeant, ſed uno omniũ ore, unaq; uoce rectè tanquam à dijs compoſitas, concedi præcipiat, ne ullo modo aliter pati quicquam à iuuenibus cogitari. Senem autem, ſi quid excogitarit, principibus, nemine iuuenum audiente, referre. Hanc legem Platonis, maximè commẽdat Euſebius libro duodecimo præparationis Euangelicæ, [c. 1. c. 3.] & Marſilius Ficinus in eo libro, quem de religione Chriſtiana ſcripſit: Qui eiuſdem legis authoritate illud quoq; probat, adoleſcentes non temere de religione iudicare debere. His conſentit quod Auguſtinus de non iudicandis legibus ſcribit. [c. in iſtis 4. diſt.] In iſtis temporalibus legibus, inquit, quanquam de his homines iudicant, cum eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas.

Finis Libri Sexti & ultimi.

QVÆ SEQVVNTVR, AD OCTAVVM CAPVT LIBRI

Primi de hæreticis pertinent.

COnſtituamus ergò aliquem caſtum continentem, non auarum, non Idolis ſeruientem, hoſpitalitatem indigentibus miniſtrantem, nõ cuiuſquam inimicum, non contentioſum, patientem, quietum, nullum æmulantem, nulli inuidentem, ſobrium, frugalem, ſed hæreticum: nulli utiq; dubium eſt, propter hoc ſolum quod hæreticus eſt, regnum Dei non poſſeſſurum. Rurſus conſtituamus alium fornicatorem, immundum, luxurioſum, auarum, uel etiam apertius Idolis dedicatum, ueneficum, diſcordioſum, cõtentioſum, æmulũ, animoſum, ſeditioſum, inuidum, ebrioſum,

ebrioſum,commeſſatorem, ſed Catholicum, hic apertè propter hoc ſolũ quod Catholicus eſt non euitat. Quin & ipſe inter eos numeret, Gal. 5 de quibus concludit Apoſtolus, Quæ prædico uobis ſicut prædixi. Ephes. 5 Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebunt. Nam & idem Apoſtolus alibi, nulla de hæreſi mentione facta, dicit. Hoc autem ſcitote cognoſcentes, quoniã omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt Idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti et Dei. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis. Quibus uerbis apertè ſignificatur, omnes qui male uiuunt, ſiue hæretici ſint, ſiue Catholici, ad regnum Dei nõ pertinere. Male aũt uiuere intelli- 1. Corinth. 6. gũtur, ſiue unũ habeãt ex his quæ dicta ſunt, ſiue multa, ſiue omnia. Nam idem Apoſtolus, ad Corinthios ſcribens, ut ſingula enumerat, ita in ſingulis ſubauditur, quod regnum Dei non poſsidebunt. Nolite (inquit) errare, neq; fornicatores, neq; Idolis ſeruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; maſculorũ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei habebunt. Non ait, qui hæc omnia uitia ſimul habuerint, regnum Dei non poſsidebunt, ſed neq; illi, neq; illi, ut in ſingulis hoc ſubaudias, quod nulli eorũ regnũ Dei poſsidebunt. Sicut ergò hęretici regnum Dei non poſsidebunt, ita & auari regnum Dei non poſsidebunt. Quamquã dubitandum non eſt, ipſas pœnas, quibus cruciabuntur, qui regnũ Dei non poſsidebũt, pro diuerſitate criminum eſſe diuerſas, & alias alijs acriores, ut in ipſo igne æterno pro diſparibus ponderibus peccatorum, ſint diſparia tormenta pœnarũ. Neq; enim fru- Matt. 11. ſtra ipſe Dominus dicit. Tolerabilius erit Sodomis, quam uobis in die iudicij, ſed tamen ad non poſsidendum regnum Dei, tantũdem ualet ex uitijs illis, quod elegeris mitius, quantũ uel plura uel unum, quod perſpexeris grauius. Etſi autem raro accidat, ut qui hæreticus eſt, idem nõ ſimul etiam alijs uitijs ſit infectus. Carnalis & animalis eſt omnis hæreticus. Vnde & hoc ipſo quod hæreticus eſt, ſimul etiã animoſus eſt, inuidus & inimicus ueritati, & ab ea diſsentiens. Tamen hoc non neceſſario conſequitur, ut qui hæreticus eſt, idẽ quoq; alijs uitijs contaminatus ſit. Nam ut ebrioſus eſſe poteſt, qui non ſit idem hæreticus: Ita & hæreticus eſſe poteſt, qui non ſit idem ſimul ebrioſus, adulter, fornicator, amator pecuniæ &c.

FINIS.

Excuſum eſt hoc opus de hæreticis, Apud S. Victorem prope Moguntiam, per Franciſcum Behem. Anno Domini M. D. XLIX.



Exemplum ueri Pelicanum ternis amoris
Qui reficit pullos ipſe cruore ſuos.
Sic amor eſt Chriſti, qui nobis ſanguine fuſo
Reſtituit uitam, ac in cruce regna dedit.

OPTATI MILEVITANI QVONDAM EPISCOPI, LIBRI SEX, DE SCHISMATE DONATISTARVM, CONTRA Parmenianum Donatiſtam, Aduerſus quem & S. Auguſtinus poſtea Tres ædidit Libros.

Ex Bibliotheca Cuſana prope Treuerim.

PSALMO CXVIII.

Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.

S. HIERONYMVS DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

OPTATVS AFER, EPISCOPVS MILEVITANVS, EX PARTE CATHOLICA, SCRIPSIT VAlentiniano & Valente Principibus, Aduerſus Donatianæ partis calumniam, Libros Sex: In quibus aſſerit crimen Donatianorum in nos falſo torqueri.

Cum gratia & Priuilegio Cæſaris & Regis Romanorum, Ad Septennium.

Apud S. Victorem prope Moguntiam, ex officina Franciſci Behem Typographi.

M. D. XLIX.

AVGVSTINVS CONTRA PARMENIANI *Epiſtolam Libro I. Capite III.*

Neq; enim & in Africa fieret hoc tam immane præciſionis malũ, niſi magis factio falſa fingentium, quam ratio uera conuincentium, præualeret. Legant qui uolunt, quæ narrat, & quibus documentis, q̃ multa perſuadeat Venerabilis memoriæ, Mileuitanus Epiſcopus Catholicæ cõmunionis OPTATVS, ſiue de Lucilla pecunioſiſsima, tunc et factioſiſsima fœmina: Quam pro Ecclesiæ diſciplina S. Cæcilianus ad huc Diaconus læſerat: Vel de cæteris factionis eius conſortibus: ſiue furibus Eccleſiaſtici argenti: ſiue ad Epiſcopatum ſe non perueniſſe dolentibus, ei ſibi prælatum Cæcilianum inſidijs quibus poterant inſectantibus: ſiue de Numidis Epiſcopis, quos iſta factio conuocauerat, ad perniciem Cæciliani, ut illo depoſito, alter eis ordinaretur &c.

M. GERHARDI LORICHII HADAMARII

Carmina, in laudem et commendationem OPTATI *Epiſcopi.*

En uenit Optatus *optato tempore noſtro,*
Hæreſes aduerſus dogmata ſacra ferens.
Queis Afer quondam conuicit Epiſcopus hoſtes.
Aeterni uerbi, flaminis atq; ſacri.
Et queis aſſeruit matricem Eccleſian, & queis
Depulit é regno ſchiſmata quæq; Dei
Eccleſiæ Optatus *fuit ut tunc, nunc & eidem*
Eccleſiæ Optatus *commodus eſſe poteſt.*
Hoſtes nanq; eadem ſæuos Eccleſia, eoſdem
Antiqui geminem Cenchris habere ſolet.
Optati nomen uoluit Deus omen habere:
Omen habent patrum nomina ſæpe ſuum.
Optamus bona quæ ſunt: eſt optabilis author
Optatus, quod ſic arguit eius opus
Nimirum liber eſt, qui Cornu copiæ habendus,
Hæreſeon contra Schiſmaton atq; malum.
In lucem prodit quod nunc liber optimus ille,
Cochlæi fecit ſedula cura boni,
In tempus certum ſtudijs & ſæpe bonorum
Quæ bona ſunt, ſuperum condere cura ſolet.
Cochlæum hinc atq; Optatum iuxta pie lector
(Si non ingratus turpiter eſſe uelis)
Laudibus in cœlum præclare extollere perge
Diuum Pontificem, Presbyterumq; pium.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. ARNOLDO, INCLYTI MONASTERII IN TONGERLO ABBATI,

Ordinis Præmonſtratenſis Digniſſimo, Ioannes Cochlæus, Canonicus Vratislauienſis S. P. D.

*Mirabitur credo, Reuerenda Dominatio tua, Ampliſſi
me Pater, Vnde ueniat mihi hæc audacia et improuiſa
occaſio ſcribendi ad R. D. T. Cum ſit longiſſima ter-
rarum intercapedo, & locorum diſtantia, inter Bra-
bantiam, in qua R. D. T. habitat: et Vratislauiam,
ubi ego Canonicatum habeo in Eccleſia Cathedrali, licet indignus.
Quid igitur cauſæ poteſt eſſe, ut ſic ignotus ad ignotū de facie ſcribere
auſim? Deſine precor mirari R. Pater, & accipe primum gratioſe ac
benigne, ab homine ignoto charū ac optabile munus: Quod tali ac tanto
uiro dignum, & ſuper aurum & Topazium gratum ac precioſum uide-
ri queat, ut uere et ex animo dicere poſſis, uir ſapiens et eruditiſſimus in le* Sapient. 7
*ge Domini, cum ſapientiſſimo Salomone. Præpoſui ſapientiam Regnis
& ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Nec compa
raui illi lapidem precioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius
arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpe-
ctu illius. Quod, inquies, munus? quam dicis ſapientiam? Munus in-
quam quouis terreno theſauro precioſius, Veterem uidelicet autorem, &
Eccleſiæ Catholicæ Doctorem, diu a Doctis & pijs deſideratum, atq;
re & nomine Optatū. OPTATVM inquam, Epiſcopū quondam
Mileuitanum, Cuius honorificam graues et probati Eccleſiæ Doctores,
& ſancti Patres (ut taceam de Tritemio) Auguſtinus & Hiero-
nymus, mentionem fecerunt, & in ſcriptis ſuis poſt ſe nobis reliquerunt.
Quem ut antiquiorē, ac ſtylo et ſermone puriorem: ita etiam in ſacris li
teris eruditiorē, præferre nō uereor alteri ex Africa Epiſcopo antiquo
pio alioqui et forti fidei Catholicæ aſſertori, ac minime ignobili aut con
tēnendo autori FVLGENTIO Epiſcopo Ruſpenſi. Cuius ego libros* Fulgentius poſterior
ad Traſimundū Vandalorum Regem, et ad Monymū, ante XXX. Optato.
*annos olim Nurenbergæ, ex Italia in patriam reuerſus, ex uetuſto quo-
dam codice, eoq; propter inſuetos & longobardicos Characteres lectu
difficili, excripſi: ac excudendos opulentis ac longe lateq; celebri fama no-
tis, ciuibus Kobergeris tradidi. At dixerit R. D. tua, ſi tam præ
clarus autor ac nobile munus ſit Optatus iſte, cur non offeratur ac dedi-*

 cetur

Carolus V. Imp. & Philippus filius eius, domini ſunt Africę proconſularis.

cetur à me, Potentiſsimo ac Inuictiſsimo Principi, Imperatori CAROLO *V. ſemper Auguſto & Regi Catholico, aut Sereniſsimo Principi Hiſpaniarum* PHILIPPO*, filio eius unico: Cum hi duo ſoli, inter omnes Reges & Principes Chriſtiani orbis, Domini ſint Africæ, in qua claruit & uixit olim Optatus iſte Epiſcopus? Fateor equidẽ, hos Nobiliſsimos ac Potẽtiſsimos Principes, iure ac merito poſſe claro & pio hoc ſui Dominij Epiſcopo honorari: Id quoq; in cœlo pergratum (ut arbitror) foret fœlici ipſius autoris animæ, ſi ſub florentiſsimo ac fœliciſsimo horum Principũ Regimine, ſalubre hoc opus eius terſum & emaculatum ab omni næuo, & ſine quolibet defectu integrum, ſero poſtliminio ex tenebrarum captiuitate in lucem reſtituatur, ac ueteri donetur libertate.* *Cum autẽ mihi unicum fuerit exemplar, diuina diſpoſitione, per diligentiam Religioſi Patris, pij & eruditi uiri, D. Chriſtophori, Prioris uigilantiſsimi fratrũ Carthuſiæ Treuerenſis, ex hoſpitali S. Nicolai prope Cuſam, ad me tranſmiſſum, idq; ex antiquo codice quopiã mẽdoſe ab indocto Librario (quales fuerũt olim ſerui literati Monaſteriorũ) ſcriptũ, et ab alio deinceps multo adhuc mendoſius reſcriptum: non potui equidem ex unico illo exemplari omnes mendas et deprauationes corrigere, atq; tam nobili & antiquo autori ueram & germanam lectionem, per meras coniecturas & diuinationes, abſq; alterius exemplaris ope, reſtituere: Præſertim cum eſſem alijs multis curis & laboribus occupatiſsime ac neceſſario intentus.*

Bibliotheca Monaſterij Tongerlenſis in Brabantia.

Quoniam uero ſingulari præconio fama celebrat opulentiſsimam in omni diſciplinarum genere, ac præcipuarum linguarum uarietatibus inſtructiſsimam Monaſterij tui Bibliothecam, Tuamq; Paternitatem in Iuris Canonici ac ſacrarum literarum ſtudio, atq; etiam in peritia linguarum, ab ineunte ætate præcellenter imbutam deprædicat: multos præterea habere fratres in Monaſterio illo inſigni & famigerato, non uulgariter ſacrarũ literarũ linguarumq; peritia præditos & exercitatos: Decreui Optatum noſtrum optatiſsimum tuo potiſsimũ nuncupare ac dedicare nomini. Ea ſane ſpe ac ſupplici prece, ut me hac in re gratioſe adiuuare digneris, propter utilitatem publicam: ſiue correctius ac magis emendatum exemplar alterum in tua uſpiam lateat copioſiſsima Bibliotheca, cuius collatione hæc feſtinata æditio noſtra omni ex parte compleri ac redintegrari queat: ſiue ingenioſis acutioris intellectus tui multiiugæq; lectionis tuæ coniecturis queat uerus & germanus ſenſus reponi, ſuoq; reddi autori.

Multæ deprauationes emendatæ.

Torſit me ſane frequenter indocta et indiſtincta, aut potius male diſtincta, ſcriptoris depictio, qui ſine cura ueri ſenſus, literas & ſyllabas uerborum male coniunxit aut diſiunxit, ac per hoc uerum intellectum ac ſenſum uerborum difficilem dubiumq; & obſcurũ reddidit. Verbi gratia. Exemplar ſic habet, feci tuos.

Senſus

Senſus autem requirebat fecit uos. Itidẽ poſuit ſcriptor, Accuſa tuos: pro Accuſat uos. Tu ſpone, pro Thus pone. Vua ſacidas, pro, Vuas acidas. Intigri de, pro, In Tigride. Et quod erat longe obſcurius, intellectuq́ꝫ difficilius, Ita habebat exemplar. Fremebat á re minoribus, pro, fumabant aræ nidoribus. Item. Florẽtiatus eorum, Pro, Florentia Tuſcorum. Nec eſſe, pro Neceſſe. Pudore ſtullus. Pro, Pudor eſt ullus. Preceſſunt, pro Preces ſunt. Faci tui te. Pro, facit uitæ. Siue, pro Sed ne. Item adhuc obſcurius & corruptius: Manſyrum, pro Naaman Syrum. Hæc & id genus multa habentur in ſcripto exemplari, quæ lectorem turbant, & á percipiendo uero ſenſu auertunt, impediuntq́ꝫ ac remorantur, non ſine magno tædio cogitandiq́ꝫ labore & impatientia: Præſertim, ubi lectorem aliæ premunt occupationes, quæ feſtinare compellunt. Sunt præterea quædam ex ſcriptura ſacra ab eo allegata, quæ aliter habent, quam in Ecclesijs noſtris legi ſolent. Exempli gratia. De Moyſe refert, quod deſcendens de monte, occiderit Tria milia propter uitulum conflatilem. Phinees uero propter Beelphegor Duo milia. Textus autem noſtri habent. De Moyſe XXIII Milia, De Phinees item XXIIII. Milia. Et in Euangelio de muliere Chananea narrat quædã aliter quam nos legimus. Qua autem ratione ita factũ ſit, ſtudio ne autoris, an uitio deprauati exemplaris, neſcio. Admonui tamen de hoc lectorẽ in marginibus, ne inde ſcandalizetur. Sic & in Prophetis, præſertim in Eſaia & Ezechiele alia uſus eſt translatione, quam uti ſolemus nos. De quo ſane non miror. Quandoquidem S. Hieronymi ex Hebræo translatio illo tempore nondum fuit in uſu. De diſcrimine inſuper circa baptiſma & alia ſacramenta, inter hæreticos & ſchiſmaticos, Cypriani ſententiam ſequi & approbare uidetur, quod ſuo forſitan tempore nondum fuerit per Eccleſiam uniuerſaliter declarata contraria ſententiá, quam ſeptem libris poſtea de unico baptiſmo aſſeruit Diuus Auguſtinus. Videtur mihi alioqui Optatus elegans, pius, ac potens ſacrarum literarum Interprès atq́ꝫ Tractator. Quam pie enim ac docte ſcribit de mitellis & profeſſione ſacrarũ uirginum? de unctione ſacerdotum? de ſacratiſſimo altarium uſu? et id genus plurimis rebus, quæ hodie a nouis ſectis horrenda impietate prophanantur, abolentur & blaſphemantur? Tuam igitur Reuerende pater opem ſupplex imploro, ut hoſce conatus meos et pia deſideria, eruditione et iudicio tuo adiuues: præmium laboris recepturus ab eo, qui per Danielem Prophetam dixit. Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti. Bene ualeat R. D. tua cum omnibus ſuis. Ex Moguntia Die VIII. Calendas Aprilis M. D. XLIX.

Pag.34

Pag.60

Pag.66

COMPENDIVM SVMMARIVM E' SEX

Libris OPTATI *excerptum, atq; in Capitula digeſtum, per Ioannem Cochlæum.*

Capitula Libri Primi.

1 Pacem nobis à Chriſto datam atq; commiſſam: et per ſchiſma uiolatam eſſe.
2 Donatiſtas rectè dici à nobis fratres, licet fratres eſſe nolint.
3 Donatiſtas neq; ſcriptis neq; colloquijs, ſed maledictis tantum contra nos agere.
4 Vnum Parmenianum ſcripſiſſe Tractatum, in quo tamen multa pro nobis contra ſuos poſuit.
5 In reſponſione alium ſeruandum eſſe ordinem, quam tenuit aduerſarius.
6 De Chriſti carne male ſenſiſſe & locutum eſſe Parmenianum.
7 De hæreticis antiquis ſuperflue hic diſputatum ab eo eſſe.
8 Aliam eſſe rationem de Schiſmaticis in Africæ parte, quam de hæreticis.
9 Duo in Africam incidiſſe mala, Traditionem & Schiſma, ex perſecutione Diocletiani.
10 Autores ſchiſmatis fuiſſe Traditores, Qui in perſecutione ſacros libros hoſtibus Chriſti tradiderunt.
11 Poſt Menſurium legitime ordinatum fuiſſe Cęcilianum, contra quem ſchiſma factum eſt.
12 Grauius punitum fuiſſe à Deo ſchiſma, quam Parricidium & Idolatriam.
13 In Iudicijs Conſtantini & Italię Galliæq; Epiſcoporum, melio rem fuiſſe cauſam Cæciliani quam Donati.
14 In examine Proconſulis Africæ, Innocentem repertum & declaratum fuiſſe Ordinatorem quoq; Cæciliani.
15 Parmenianum mutaſſe perſonas circa crimen Traditionis, per calumniam in Catholicos.

Capitula Libri Secundi.

1 Eccleſiam Catholicam, non in unam partem Africæ reſtrictam, ſed per totum orbem terræ diffuſam eſſe.
2 A ſolis ortu et occaſu, ab Aquilone & mari omnes gentes laudare Dominum.
3 Omnes Catholicos coniungi Cathedrę Petri, cuius ſucceſſores uſq; ad Syricium enumerantur.
4 Donatiſtas nullam habuiſſe Romæ Cathedram aut Baſilicam, nec Epiſcoporum ſucceſsionem.
5 Donatiſtas nullas habuiſſe claues, ſed abijſſe in conſilio impiorum, & in Cathedra peſtilentiæ ſediſſe.
6 Dotes Eccleſiæ apud Catholicos eſſe, non apud Donatiſtas.

7 Dona-

7 Donatiſtas eſſe ramos fractos ab arbore, & palmites abſciſos a uite.

8 Eccleſiam eſſe hortum à Deo plantatum, & unam columbam, quam male diuiſerunt Donatiſtæ.

9 Donatiſtas ſub Imperio Iuliani Apoſtatæ, impie & crudeliter egiſſe contra Catholicos.

10 Crudelia & impia facta Duorum Epiſcoporum partis Donati in Mauritania, contra homines & ſacramenta.

11 Falſam eſſe ſanctitatem, quam ſuperbe arrogabant ſibi Donatiſtæ in mendacijs ſuis.

12 A Donat. impie ſpoliatos eſſe, & depoſitos ab officio & honore Epiſcopos quoſdam Catholicos.

13 Contra mandatum Dei & exemplum Dauidis, uiolatam fuiſſe unctionem ſacram in Epiſcopis Catholicis.

14 Impiam eſſe gloriationē, quod maledictionibus ſuis poſsint homines occidere Donatiſtæ.

15 Inique ad gerendam pœnitentiam coactas fuiſſe ſine peccato Matronas, uirgines, & pueros.

Capitula Libri Tertij.

1 Culpam fuiſſe Donatiſtarum, quod milites armati contra eos miſsi fuerunt.

2 Aquam Baptiſmi piſcinam dici a piſce Chriſto, præfigurato in piſce Tobiæ ex Tigride.

3 Per montem Syon deſignari Eccleſiam Catholicam, ſuper quem conſtitutus eſt Rex à Deo Chriſtus.

4 Donatum Carthaginenſem ſua ſuperbia dediſſe cauſam perſecutionis, contemnendo eleemoſynas Conſtantis Imp.

5 Superbiam Donati à Deo per Ezechielem repræhenſam fuiſſe, uerbis contra principem Tyri prolatis.

6 Facta Macarij per milites, defendi exemplis Moyſi, Phinees & Heliæ.

7 Occiſos à Macario Donatiſtas non eſſe Martyres, quia non fuit in Chriſtianos perſecutio.

8 Operarios unitatis fuiſſe milites, quos Deus mitti uoluit contra ſciſſuras Donatiſtarum.

9 Donatiſtas ædificaſſe parietem ruinoſum, cui per Ezechielem comminatus fuerat uindictam Deus.

10 Impia uerba Donatiſtarum, quibus ſeduxerunt & ſolicitauerunt populos Catholicos.

11 Impiam fuiſſe iactantiam de parte Donati, quaſi cum Deo diuiſiſſet populos Donatus

12 Stultam fuiſſe ſapientiam Donati, qua ſe Daniele ſapientiorem putabat.

13 Circumcelliones ab Epiſcopis Don. ſolicitatos fuiſſe, & inde a Taurino miſsis militibus occiſos.

14 Catholicos poſtulaſſe à Syluestro Comite milites, propter latrocinia Circumcellionum.

15 Quædam mala bene fieri, ſicut in uindictam Dei factum eſt ab operarijs unitatis.

Capitula Libri Quarti.

1 Non hominum eſſe ſed Dei, iudicare, quis nam ſit peccator.

2 Donatiſtas male negare, quod fratres noſtri ſint.

3 Donatiſtas uere peccatores illos eſſe, quibus Deus exprobrat Teſtamentum ſuum.

4 Donatiſtas contemnere diſciplinam.

5 Donatiſtas ponere aduerſus fratres ſuos ſcandala.

6 Donatiſtas cum fure Diabolo currere, & ipſos quoq; fures Dei eſſe.

7 Donatiſtas particulam ſuam cum Mœchis, id eſt, Hæreticis, ponere.

8 Lacus detritos fuiſſe Idola, quæ coluerunt Iudæi.

Capitula Libri Quinti

1 Chriſtum à Deo ſolo unctum eſſe in baptiſmo præ conſortibus ſuis.

2 Hæreſes contra Chriſtum fodiſſe ſibi lacus detritos.

3 Non eſſe Duo apud Chriſtianos baptiſmata, nec Duas Circunſiones apud Iudæos.

4 Sicut unum fuit diluuium, ita & unum eſſe Baptiſma Eccleſiæ.

5 Laudes baptiſmi apud Catholicos eſſe, non apud Don.

6 Baptiſmum noſtrũ in nomine Trinitatis recte fieri, per Chriſtum Iudicem probari.

7 Donatiſtas impie duplicare baptiſmum, & repetere quod ſemel fieri debet.

8 Donatiſtas impie arrogare ſuæ ſanctitati baptiſmũ: cum Dei ſit, & non miniſtri, ſanctificare.

9 Chriſtũ eſſe qui baptizat et lauat, ſicut dixit Ioannes Baptiſta.

10 Verbum ſuperbiæ Donatiſtarum, Qui non habet quod det, quomodo dat.

11 Non operarij, ſed Dei eſſe munus, quod datur in Baptiſmo.

12 Iuſte repræhendi Donatiſtas à Paulo, quod arrogant ſibi in baptiſmo ius Domini.

13 Fidei in Baptiſmo uirtutem probari multis ex Euangelio exemplis.

14 Inepte tractatum eſſe a Parmeniano exemplum de Naaman Syro.

15 Veſtem nuptialem perdi rebaptizando.

Capitula Libri Sexti.

1 Impijſsimum ſacrilegiũ Donatiſtarum contra Catholicorum Altaria.

2 Diſcorditer inter ſe hoc ſcelus facere Donatiſtas, dum alij frangunt, alij radunt altaria.

3 Sacrilegium eorum in fractis ac uenditis ſacris Calicibus.

4 Inique pollutos dici Catholicos in communicando cum orbe terrarum.

5 Stulte a Don. mitellas ſacrarum uirginum deponi, ad agendam pœnitentiam

6 Impie ab eis exactam eſſe ſecundam profeſsionem, uiuo adhuc earum ſponſo.

7 Extortas per ſæcularia iudicia a Catholicis pallas & ſacra uolumina.

8 Impiam eſſe ſtultitiam, ſalſa lauare parietes in templis Catholicorum, tanquam pollutos.

9 Impie inuaſas eſſe a Don. Baſilicas Cathol. ut eis tolleretur ſepultura in Cimiterijs.

10 Quanta fuerit malitia in ſeductis a Don. populis, ad ſeducendum alios Catholicos.

BREVIS ET SVCCINCTA DONATISTA-
rum Confutatio, Ex uerbis S. Auguſtini, ſuper Pſalmum LXXXV.

SEd quia futuri erant, qui ſe dicerent magnos, & Deũ face-
rent paruũ, contra illos dicitur. Tu es ſolus Deus magnus.
Etenim quod tu dicis, impletur: nõ quod illi dicunt, qui ſe
dicunt magnos. Quid dixit Deus per ſpiritũ ſuũ? Omnes
gentes quotquot feciſti, uenient & adorabunt coram te
Domine. Quid dicit, neſcio quis, qui ſe dicit magnũ? Ab-

Verba Donati cõtra Deũ.

ſit. Non adoratur Deus in omnibus gentibus: Perierunt
omnes gentes, ſola Aphrica remanſit. Hoc tu dicis, qui te dicis magnũ: aliud
dicit, qui eſt ſolus Deus magnus. Quid dicit, qui eſt ſolus magnus? Omnes

Falſo magnus Donatus.

gentes quotquot feciſti, uenĩẽt & adorabũt corã te Domine. Video quod di-
xit, Solus Deus magnus, taceat homo falſo magnus. Ideo fallaciter magnus:
quia dedignatur eſſe paruus. Quis paruus eſſe dedignatur? Iſte qui hoc dicit.
Quicunq; uult inter uos maior eſſe, dixit Dominus, erit ueſter ſeruus. Ille ſi
uellet ſeruus eſſe fratrum ſuorum, non eos ſepararet à matre ipſorum, Sed
cum uult eſſe magnus, & non uult eſſe ſalubriter paruus, Deus qui ſuperbis
reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: quia ſolus eſt magnus: implet omnia,
quæ prędixit, & contradicit maledicentibus. Chriſto enim tales maledicunt,

Chriſto maledicit Donatus.

qui dicunt: Quia perijt Eccleſia de toto orbe terrarum, & remanſit in ſola
Aphrica. Si diceres illi, perdes uillam tuam, forte non temperaret manum: Et
dicis, Chriſtũ perdidiſſe hęreditatem ſuam, redemptam ſanguine ſuo? Quam

Iniuria Donati in Chriſtũ.

autem facit iniuriam, uidete fratres? ſcriptura dicit. In lata gente gloria regis,
in diminutione populi contritio principis. Ergo hanc iniuriam facis Chriſto,
ut dicas populum eius ad iſtam exiguitatem diminutum? Ideo natus es, ideo
Chriſtianum te dicis, ut inuideas gloriæ Chriſti, cuius ſignum te in fronte
portare aſſeris, & de corde perdidiſti? In lata gente gloria regis. Agnoſce re-
gem tuum. Da illi gloriam: da illi latam gentem. Quam latam gentem dabo,

Lata gens Chriſti.

inquis? Noli ex tuo corde dare, & recte dabis. Vnde do, inquies? Ecce hinc
da. Omnes gentes quotquot feciſti, uenient & adorabunt coram te Domine.
Dic hoc, confitere hoc, & dediſti latam gentem: Quia omnes gentes in una,
una ipſa eſt unitas. Quomodo enim Eccleſia & Eccleſiæ, illæ Eccleſiæ quæ

Multę gentes una gens in Chriſto.

Eccleſia: ſic illa gens quę gentes. Antea gentes, multę gẽtes, modo una gens.
Quare una gens? Quia una fides, quia una ſpes, quia una charitas, quia una
expectatio: Poſtremo, quare non una gens, ſi una patria? Patria cœleſtis eſt,
patria Hieruſalem eſt, quiſquis inde ciuis non eſt, ad iſtam gentem non per-
tinet. Quiſquis autem inde ciuis eſt, in una gente Dei eſt. Et hæc gens ab O-
riente in Occidentem, ab Aquilone & mari diſtenditur, per quatuor partes
totius orbis. Hoc Deus dicit. Ab Oriente & Occidente, ab Aquilone et mari,
date gloriam Deo. Hoc prædixit, hoc impleuit, qui ſolus eſt magnus. Deſi-
nat ergo hoc dicere contra ſolum magnum, qui noluit eſſe paruus: quia non
poſſunt eſſe duo magni, Deus & Donatus. Hæc ibi Aug.

Idem libro II. De unico Baptiſmo Cap. VII.

Verba Donatiſtarum.

Sed cum uerum dicitur, cui reſpondere non poſſunt, rodunt murmura
ſalebroſa Sic uolumus. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Suo Domi-
no ſtat aut cadit. Cum autem infirma ouis in ſolitudine aſpicitur, ubi paſtor,
qui reclamat, abſens uidetur, dentes exeruntur, frangitur guttur inualidum.

Bonus

Bonus homo ſi non eſſes traditor. Conſule animæ tuæ, eſto Chriſtianus.
O improbã rabiem, cũ Chriſtiano dicitur, Eſto Chriſtianus, Quid aliud do-
cetur, niſi ſe negare Chriſtianũ? Nunquid erat aliud, quod docere cupiebant
Chriſtianorum perſecutores? Quibus qui reſtiterunt, facti ſunt martyres? An
leuius putatur, quod gladio minante, quam quod lingua inſidiante commit-
titur? Ad iſta reſpondete lupi rapaces, qui pellibus ouinis indui cupientes,
beati Cypriani literas pro uobis eſſe arbitramini. Contaminabat Cyprianus
ſacrilegium ſchiſmaticorum, aut non contaminabat? Si contaminabat, iam
tunc perijt Eccleſia, non erat unde propagaremini. Si autem non contami-
nabat, quomodo ſcelere alieno poſſunt in unitate contaminari innocentes? Si
ſchiſmatis ſacrilegio non poſſunt, quare ergo uos ſeparaſtis? Quare cum le-
uiora, quæ fingitis, fugitis, ipſum ſacrilegiũ ſchiſmatis (quod eſt grauius om-
nibus) cõmiſiſtis? Et infra. Si dixerint, pro pace recepti ſunt: Reſpõdetur, cur
ergo ueram & plenam non agnoſcitis pacẽ? Quis uos impulit? Qui coëgit
pro pace Donati ſchiſmaticum recipere damnatum, & contra pacem Chriſti
orbem damnare inauditum? Vrget eos undiq; ueritas, uident ſe non habere
quid reſpondeant, & putant ſe habere quid faciant: Quid loquantur non in-
ueniunt, tacere non permittuntur: Malunt peruerſis uocibus ueritati reluctа-
ri, quam confeſſis erroribus paci reſtitui. Hæc ibi Aug.

SVMMARIA COLLATIO DONATIS- V
tarum ad Schiſmaticos huius temporis.

Origo Donatiſtarum ex inuidia & ſuperbia uenit: Dum Cæciliano Epiſ- I
copatus dignitatem & honorem inuiderent alij, & Donatus hominũ ſuper-
biſsimus ambiret principatum in Clero, quem Deus per Ezechielem increpãs
uocat Principẽ Tyri. Sic Lutherus in Saxonia, & Zuinglius apud Helue-
tios, inuidia liuidi, & eruditione tumidi, ingenioq; confidentes, & uanæ glorię
cupidi: religioſos populos à fidei unitate ad hæreſes induxerunt.
Donatus ad iudicia prouocans, & Iudicum ſententijs uictus ubiq;, nemini II
ceſsit aut detulit: ſed ſuperbe pertinax permanſit, contra utriuſq; Poteſtatis, id
eſt, Papæ Melchiadis, aliorumq; ex Gallia & Italia Epiſcoporum, et Conſtan-
tini Magni Imperatoris iudicia. Sic et Lutherus per appellationes prouocãs;
ubi poëtarum & Laicorum fauorem nactus eſt, ſuperbe contempſit, non ſo-
lum Theologorum & Vniuerſitatum, atq; etiam ſummi Pontificis cenſuras
& iudicia: Verum etiã ſententiam Romani Imperatoris Caroli V. eiuſq; pu-
blicum Edictum Vuormacienſe.
Donatus ſuæ partis hominibus perſuaſit, ueros Chriſtianos nuſquam eſſe III
amplius, quã in ea Aphricæ parte, quæ ſibi adhærebat. Sic & Lutherus per-
ſuaſit ſuis, uerum Euangelium nuſquam prædicari, quàm in parte ſua, quam
ueros Chriſtianos & Catholicam dixit eſſe Eccleſiam.
Donatiſtæ Catholicorum Sacramenta prophanarunt, Baptiſmum reba- IIII
ptizando: Miſſam & Euchariſtiam, frangendo aut radendo altaria, caliceſq;
& pallas uendendo: Sacros ordines, cõtemnendo unctionem, & deponendo
Epiſcopos &c. Lutherani aũt & Zuingliani, longe plura in Sacramentis et
Cæremonijs Eccleſię Catholicæ, prophanarunt, deſtruxerunt & aboleuerũt.
Vt eſt uidere in omnibus eorum Eccleſijs, & intelligere ex innumeris eorum
libris: & nunc pręcipue ex calumnioſis & ſeditioſis eorum libellis, quos agmi-
natim ſpargunt in uulgus, contra publicã Cęſaris Ordinationem, quæ uulgo
INTERIM dicitur.

Vtilitas

I Multarum antiquitatum cognitio, ex hiſtoria de perſecutione Diocletiani, de traditione ſacrorum uoluminum, de auro & argento Eccleſiarum, de ori-
gine ſchiſmatis, de actis Iudiciorum &c.

II Docta impietatum et errorum reprehenſio: ut eſt, Erroris de carne Chriſti, de uindicta ſchiſmatis in Chore, Dathan, & Abyron: de impia gratulatione, ſub Iuliano Imp. Apoſtata: de Catholicorum Epiſcoporum depoſitione: de altarium deſtructione &c.

III Elegans narratio de Eccleſiæ Catholicæ latitudine, de ſucceſsione Rom. Pontificum in Cathedra Petri, de ſucceſsione Donatiſtarum Romę in Cathe-
dra peſtilentię, de ſuperbia Donati, de cauſa militū cōtra uiolentias Circum-
cellionum miſſorum, de eleemoſynis Conſtantis Imp. ad Eccleſias miſsis.

IIII Efficax Exemplorum ſcripturæ declaratio: Qualis eſt, de Dauid parcente Saul Regi in ſpelunca propter unctionem, de fide mulieris Chananeæ, Cen-
turionis & Hæmorroiſſæ: de occiſione impiorū per Moyſen, Phinees & He-
liam: de uindicta Dei in Donatiſtas per dicta prophetarū, Eſaię & Ezech. &c.

Potens rerum explicatio circa uſum & abuſum. Qualis eſt, de ornamentis
V Eccleſiæ in perſecutione, de Epiſcoporum Catholicorum depoſitione, de in-
dicta matronis & uirginibus pœnitentia, de raſura altarium, de parietum lo-
tione, de Baptiſmo Ioannis, de rebaptizatorum damnis, & ueſte nuptiali.

VI Arguta Phraſis, et pura latinitas, atq; acutę uerborū ſententię. Verbi gratia,
de ſuperbo Phariſęo ait. Deus paratus eſt ignoſcere, et reus feſtinat indulgen-
tiā recuſare. De publicano autem ſic. Meliora ſcilicet ſunt peccata cum humi-
Pag. 25. litate, quam innocentia cum ſuperbia. Item paulo poſt, de eo qui alium te-
Pag. 27. mere iudicat. Si Apoſtolum (inquit) legiſti, tu uide, cui ſtes, & ille cui iaceat. Si
ſeruus es, dominum recognoſce, et intellige: Quia non tibi iacebat, qui tecum
paulo ante currebat. Quid in poteſtatem alienā inruis? Quid temerarius Dei
tribunal aſcendis? Item de Saul & Dauid in ſpelunca. Innumerabiles (inquit)
antiquum regem ſequebantur & exercitus, ſed ipſe Rex in poteſtatem uene-
rat alienā. Occaſionem uictoriæ Dauid habebat in manibus, incautum & ſe-
curum aduerſarium ſine labore poterat iugulare, & ſine ſanguine & cōflictu
multorum, poterat bellum per cōpendium mutare in cædem. Item in Do-
natiſtas. Eſuritis honores innocentium ſacerdotum. Vnde furori ueſtro tanta
fames innata eſt, ut guttura ueſtra ſepulchra patētia feceritis? Vnicuiq; ſepul-
chro ſufficit unum funus & clauditur: gutturi ueſtro honorum funera mini-
me ſufficiunt, & adhuc patent, dum aliquos quæritis deuorare: Vt merito de
uobis dictum ſit, Sepulchrum patens & guttur eorum. Et alibi rurſus in eoſ-
Pag. 37. dem ait. Recordamini, quomodo à uobis iam dudum matris Eccleſię mem-
bra ab inuicem deſtructa ſunt? Non enim unāquanq; domum ſemel ſeduce-
re potuiſtis. Aut iuit uxor, & reſedit maritus: Aut parētes ſeducti ſunt, & filij
ſequi noluerunt: Aut ſtetit frater, ſorore migrante. Partitionibus ueſtris diuiſa
Pag. 41. ſunt corpora, & nomina pietatis. Item de Circumcellionibus ita. Sic inuenit
(inquit) Donatus Bagaienſis, unde contra Macarium furioſam conduceret
turbā. Ex ipſo genere fuerūt, qui ſibi percuſſores, ſub cupiditate falſi Martyrij,
in ſuā perniciem conducebant. Inde etiā illi, qui ex altorū montium cacumini-
bus uiles animas proijcientes, ſe præcipites dabāt. Ecce ex quali numero ſibi
Aug. epiſt. 50. Epiſcopus, alter Donatus cohortes effecerat &c. Hunc autem eorum furo-
rem alijs uerbis ita narrauit Bonifacio comiti S. Auguſtinus. Quis (inquit)
eos, qui eorum cędibus extincti ſunt, uindicare tentauit, niſi quod propria de
illis pœnas poſcebat inſania: Cum alij prouocandis in ſe gladijs hominum,
quos ut ab eis ferirentur, morte terrebant: Alij per uaria præcipitia, alij per
aquas, alij per ignes, ſe in mortes uoluntarias uſq; quaq; mittebant, & animas
ferales à ſe ſibi illatis ſupplicijs proijciebant.

IN SEX LIBROS OPTATI, EPISCOPI

olim Mileuitani INDEX & ſummaria rerum commemoratio, per Io. Cochlæum, adiectis Tribus literis, quæ breuiſsime indicent lectori proximum in pagina locum, quem legere cupiat: ut A primam, B mediam, C ultimam paginarum ſingularum partem demonſtret.

A

Actorũ uolumina in cauſa Cæciliani 12.B
Africa non duas Eccleſias, ſed duas partes habuit per ſchiſma 21.B
Altaria à Donatiſtis, fracta aut raſa aut remota 64.B
Altaria cur poſtea radi, non amplius frangi cœperunt Ibidem
Aqua mendax, ubi non baptizatur in Trinitate 53.A
Aqua falſa lauerunt parietes Eccleſiarum Donatiſtæ 68.A
Aucupiũ Donatiſtarũ ingenioſe deſcriptũ 69.B

B

Baptiſmum unum aſſerere, contra Donatiſtas eſt 3.B
Baptiſma unum eſt, ſicut una Circumciſio & unum diluuium 52.B
Baptiſma unum, per unum diluuium præfiguratum Ibid.C
Baptiſmatis laus per dicta Parmeniani 53.B
Baptiſma ſanctitatem habet à Trinitate, non à perſona baptizantis Ibid.
Baptiſma Dei munus eſt, non baptizantis hominis 56.B
Baptizati à Ioanne, non fuerunt à regno Dei excluſi 57.C
Baptiſma totum Dei eſt, nihil ſibi uindicet operarius 59.C
Baſilicæ Romæ 40. Et nulla ex his fuit Don. 17.A

C

Cæcilianus non receſsit à Cathedra Petri aut Cypriani 5.C
Cæciliani electio in Epiſcopum Carthaginenſem, finita perſecutione Diocletiani in Africa 8.C
Calices à Donatiſtis fracti, & quibuslibet uenditi 64.C
Calũnia in Catholicos, de militib poſtulatis 3.A
Calumnia in ſacrificium Catholicorum quaſi Paganorum 42.C
Calumnia Don. in Catholicos Epiſcopos, propter cædes & facta militum 43 B
Calumnia in Catholicos, tanq̃ in pollutos 65.A
Carnẽ Chriſti male tractauit Parmenianus 4 B
Carnem Chriſti impie dixit peccatricem Ibid.
Carnem Chriſti male dixit in Iordane demerſam Ibid.
Cathedra Petri unica, & prima de dotibus 16.A
Catalogus Rom. Pontificum, uſq; ad Syricium Ibid.B
Cauſæ poſtulandi milites contra Don. 30.A
Chartis Donatiſtarum non eſt credendum 11.A
Chriſtus per piſcem Tobiæ in Tigride præfiguratus 30.C
Chriſtus quare noluit ungi ab homine, ſed à Deo 51 A
Chriſtus per ſe mundat in Baptiſmo, non per ſanctitatem miniſtri 56.C
Chriſtus non rebaptizauit tot milia, quæ baptizauerat Ioannes 57.B
Chriſtus eſt qui baptizat, Miniſter non uendicet ſibi dominium 60.B
Circumcellionum quanta fuit ubiq; uis & iniuria 40.C
Concilium Traditorum Epiſcoporum, cõtra Cæcilianum Carthagine habitum 9.A
Concilium 19. Epiſcoporum Romæ iuſſu Conſtantini contra Donatiſtas 11.C
Confictæ falſæ de traditione epiſtolæ contra Cæcilianum 9.C
Conſtãtini Imp. diligentia in cauſa Donati 12.A
Conſtantini uota & ſtudia in conſeruando unitatem 21.C
Conſtãtis Imp. pietas in Eleemoſynis ſuis, in Africam tranſmiſsis 32.C
Conſtans Imp. pius & religioſus 33.B
Crudelitas duorum Epiſcoporum Don. contra Catholicos in Baſilicis 22.C
Crudelitas eorum facta in Mauritania 23.A

D

Danieli longe diſpar in ſapientia fuit Donatus 40 B
Dauid Saul regem noluit occidere, quia unctus erat 27 B
Declaratio erroris Don. per exemplum, de duobus Gentilibus 59.A
Declaratio per aliud exemplum de artifice purpuræ Ibid.B
Depoſiti Catholici Epiſcopi per Don. ab officio & honore 24.A

Diabolus

Diabolus de pace Eccleſiæ dolebat ſub Conſtantino 22.A
Domus multa habet commoda, quæ Paries non habet 37.C
Donatiſtæ fratres ſunt, ſed mali & maledici 2.B
Donatiſtæ ſibi ſolis baptizare licitum eſſe putabant 3.B
Donatiſtarum Duo magna crimina, ſchiſma & traditio 9 C
Don. preces oblatæ Conſtantino Imp. 11.B
Donatus ubiq; uictus in iudicijs, abſolutus uero Cecilianus 12.B
Donatiſtarum grauis error contra latitudinem Eccleſiæ 14.C
Don. iniquitas cõtra Chriſtum, cui dant Vnciam, tollunt Libram 15.A
Don. ſcelus et ſtultitia in ſeparatione à toto 15.C
Don. ridicula Cathedra & ſucceſſio in urbe Roma 16.C
Don. inique ſibi uſurpant Cathedram & claues Petri 17.B
Don. parentum errorem ſequentes, ſunt hæredes ſceleris Ibid C
Don. contra legem Chriſti, per diuiſionem pacem diſrumpunt 19.A
Don. conantur prohibere ſpiritum Dei 18.C
Don. ſunt rami fracti, & palmites abſciſſi 19.C
Don. iniuriæ in Deum, cuius hortum in anguſtum cogunt 20.C
Don. de Iuliano Imp. merito erubeſcere debuiſſent 22.B
Don. crudelitas ſub Iuliano contra Cathol. Ibid.
Don. impietas contra Euchariſtiam, quam canes uindicarunt 23.C
Don. ſuperbia de phariſaica ſua ſanctitate 24.B
Don. peiores ſunt latronibus 25.C
Don. peccauerunt in omnem ætatem, deponendo Catholicos 26.C
Don. inexplebilis fames contra honores Epiſcoporum Cathol. 27.C
Don. gloriatio de maledictionibus ſuis, quod per eas quoſdam occiderint 28
Donati Carthaginen. ſuperbia contra Eleemoſynas Conſtantis Imp. 33.B
Donatus iſte typice Princeps Tyri dictus eſt ab Ezechiele 33.C
Donati huius elatio ſupra Imperatorem, & ſuper omnes ſocios ſuos 34.A
Donatus iſte uoluit timeri ac uenerari ſicut Deus Ibid. B
Don. ædificauerunt ruinoſum parietem 37.C
Don. ſeductores, quibus utuntur uerbis in ſeducendo 38.B
Donati ſtulta ſapientia, qui putabat ſe ſapientiorem Daniele 39.C
Donatiſtarum per milites correctio placuit Deo 44.A
Donatiſtæ multipliciter contempſerunt diſciplinam 46.C
Don. prohibuerunt ſuis, ſalutare Cathol. 47.C
Don. currebant cum Diabolo, fure animarum 48.B
Don. agunt contra illud Chriſti, Qui ſemel lotus eſt 55.B
Dotes Eccleſiæ quot ſunt & ubi ſunt 16.A
Dotes iſtæ apud Catholicos ſunt, non apud Don. 19.B
Duo denarij, dati ſtabulario, Duo ſcripturæ Teſtamenta ſunt 66.B

E

Eccleſiæ ſanctitas à Sacramentis eſt, non à perſonis 14.A
Eccleſia Catholica per totum orbem diffuſa Ibid.B
Eccleſia hortus & Paradiſus eſt Dei 20.B
Eleemoſynæ in utilitatem diuitum, pro pauperibus à Deo inſtitutæ 33.C
Epiſcopi quidam in Africa facti ſunt traditores 6.C
Epiſcopi Duo ab Imp. in Africam miſſi propter cauſam Don. 12.B
Epiſcopi Don. ſacrarũ uirginũ ſtupratores 23.C

F

Fidei uirtus quantũ ualet in Baptiſmo 60.C
Fides mulieris Chananeæ in Chriſtum pro filia ſua Ibid.
Fides Cẽturionis & mulieris hæmorroiſſæ 61.A
Fœlicis Autumnitani Epiſcopi examen in iudicio 12.C
Fons Baptiſmi cur piſcina dicitur 31.A
Fratres erant etiam Donatiſtæ ſub uno Deo patre nobiſcum 45.B
Fures Dei fuerunt Donatiſtæ 48.B
Furor & inexpiabile nefas Don. contra Altaria 63.B

G

Genus aucupij, quo uſi ſunt Don. 69.C
Grauis contumelia contra Deum per Donatiſtas in rebaptizando Cathol. 48.B

H

Hæreticorum antiquorum confutatio ab Africanis facta 4.C
Hæreticis nulla eſt Eccleſia, quia una eſt tantum Eccleſia 5.A
Hæretici claues non habent, quas ſolus Petrus accepit Ibid. B
Hæretici non habẽt uera Sacramenta, ſicut ſchiſmatici Ibid.C
Hæretici ueritatis exules, ab horto concluſo excluſi ſunt 6.B
Hæreticos ſalutare nõ debemus, quare hoc? 47.C
Hæretici mœchi dicuntur, cum quibus Donatiſtæ participabant 49.B

Hiſtoria de origine ſchiſmatis Donatiſtarũ 6.C
Hiſtoria de Menſurio Epiſcopo Carthaginenſi tempore perſecutionis 8. B
Hiſtoriæ de Saul & Dauid in ſpelunca elegans narratio 27.B

I

IActantia impia erat, dicere, De parte mea aut de parte Donati, ubi de Chriſto tacebatur 39.A
Idola ſunt lacus detriti, quos effoderant ſibi Iudæi 51.C
Impietas Don. in occupandis Catholicorum Cimiterijs, ne ibi ſepelirentur 68.C
Iudæorum imitatores Donatiſtæ in ſacrilegio contra altaria, de quib. queſtus eſt Helias 63.C
Iudex de Baptiſmo inter Catholicos & Don. Quis eſt? 54.A
Iudicium Chriſti de iſta contentione Ibid.B
Iurare per homines, non per Deum, impietas eſt 26 A
Iulianus Apoſtata, ſub quo gaudebant Donatiſtæ 22.B

L

LAchrymæ Dei contra iniurias, quas à Don. paſſus eſt 31.B
Lacus detriti fuerunt Iudæi, Idolis ſeruientes, à Deo reprobati 49.C
Latrocinantes turbæ Don. per milites repreſſæ ſunt 41.C
Laus Dei per omnes populos & gentes 15 B
Lauare in Baptiſmo, Dei eſt, non Donatiſtæ ſuperbi 56.B
Lauat mentem ſolus Deus, non homo ibid.
Lucilla diues & factioſa fœmina contra Cæcilianum 8.A

M

MAcarius Duos Donatiſtas occidit, ſicut Moyſes, Phinees & Helias, propter Dei zelum 35.A
Macarius non fuit perſecutor Chriſtianorum, ſicut Florus Paganus fuerat 36.A
Macarij excuſatio per exempla Moyſi, Phinees & Heliæ 42.A
Maiorini illicita ordinatio, cõtra Cæcilianũ 9.B
Mala quædam bene fiunt, ut interfectio latronis à Iudice 43 C
Mandata terræ à Deo fames in ſch ſmaticos 10 C
Martyres dici non debent, quos occidit Macarius 36.B
Martion ex Epiſcopo Apoſtata factus, induxit Duos Deos 47.C
Militũ armata manus poſtulata cõtra Don. 30. A
Milites à Taurino Comite miſſi, multos Don. occiderunt 41.B
Milites contra Don. recte dicti ſunt Operarij unitatis 43.C
Miraculum contra Donatiſtas circa Chriſma & Euchariſtiam 23.C
Mitellæ monialium, in ſignum ſunt, non in remedium caſtitatis 66.C
Mons Sion figurat Eccleſiam Cathol. 31.C

N

NAaman Syri exẽplum loti in Iordane, inepte tractauit Parmenianus pro Donatiſtis 61.C
Nemo perfecte ſanctus in hoc mundo, niſi ſolus Chriſtus 24.B
Nomina 19. Epiſcoporum ex Gallia & Italia, in cauſa Don. 11.C
Nuptiæ ſpiritales ſacrarum uirginum 66.C

O

OCcidi homo uarijs poteſt modis 29. A
Occiſi ſunt multi iuſte, Deo uindictã procurante 34 C
Ornamenta Eccleſiæ Carthaginenſis tempore perſecutionis 8.B

P

PAcis bonum à Chriſto nobis relictum 1.A
Pacis uiolatio Deo inconſolabiles facit lachrymas Ibid.B
Paganos impie dixerunt Donatiſtæ baptizatos à Catholicis 42.B
Parmeniani Tractatus contra Catholicam 2. C
Pa. non rectũ ſeruauit ordinem dicendorum 3.C
Pa. magis contra Donatiſtas, quàm contra Catholicos loquutus eſt 5.C
Pa. inique ſuos defendit, & calumniatur Catholicos 13 B
Pa. conuitium in Catholicos, quod circumeant mare & aridam 19.A
Pa. calumniæ contra Catholicos Africæ 21.B
Pa. contrarius ſibipſi de Columba 23 B. & 49.B
Pa. improbus criminator Catholicorum de oleo peccatoris 49 C
Paulus cur rebaptizauit, & non Chriſtus, baptizatos à Ioanne 59.A
Peccatum Don. contra Baptiſmum Eccleſiæ 31.A
Peccatores quinam ſint, ad Dei pertinet iudicium 45.A
Peccatores uere erant Donatiſtæ, qui contra fratres ponebant ſcandalum per ſchiſma 46. B
Perſecutionis tempeſtas in Africa ſub Diocletiano 6.C
Perſecutio militaris contra ſchiſma, non contra fidem Chriſti 30.C
Perſecutio illa à Deo procurata, propter uiolationem Baptiſmatis Ibid.
Perſecutionis cauſam dedit Donatus Carthaginenſis 32.C
Perſecutiones Duæ, una ſub Decio, altera ſub Diocletiano 35.C

Polluti

Polluti dicti ſunt inique Catholici à Don. 65.B
Pœnitentia inique indicta pueris & mulieribus à Don. 28.C
Probatio cõtra traditores ex geſtis publicis 7.A
Profunda impietas Don. in deponendo Epiſcopos Cathol. 25.B
Purpurius EpiſcopusTraditor et Homicida 9.A

Q

Quanta fuit mutatio & malitia in populis à Donatiſtis in partem Donati ſeductis 69.A
Quatuor Epiſcopi Cathol. depoſiti ab honoribus per Don. 29.B

R

Rebaptizando Catholicos male dixerũt Deo Donatiſtæ 48.C
Rebaptizantes, contrarij ſunt Chriſto dicenti, Qui ſemel lotus eſt 55.A
Rebaptizant Donatiſtæ longe alia ratione, quàm fecit Paulus in Epheſo 58.B

S

Sacrilegium Donatiſtarum in frangendo altaria 63.A
Sacrilegium eorum in extorquendis diuinæ legis libris 67.B
Scandala Donatiſtarum contra fratres Catholicos 47.C
Schiſmatis peccata in genere 1.C
Schiſmatici quomodo ſunt & dicuntur fratres noſtri Ibid.
Schiſmatis in Africa excitati origo 5.B
Schiſma quid eſt 6.A
Schiſma ex traditione, Traditio ex perſecutione orta eſt 6.C
Schiſmatis Donatiſtarum primi Autores qui fuerunt 7.B
Schiſmatis contra Cecilianũ Triplex cauſa 8.C
Schiſma ſummum malum, & Deo maxime deteſtabile 10.A
Schiſma grauius à Deo punitum, quàm Parricidium Ibid.B
Schiſmatici cum Catholicis in multis conueniunt 37.A
Sermo hereticorum ut cancer eſt 47.C
Sermo Donatiſtarũ qualem habet cancrum 48.B
Similitudo de Teſtamento patris inter ſuos filios 54.B
Sion mons in planicie ſua habuit VII. Synagogas 31.B
Sion myſtice Eccleſia Catholica eſt, cuius Rex Chriſtus eſt Ibid.C
Stultitia Don. circa mitellas, & pœnitentiam Monialium 66.A
Stultitia eorum in lauandis ſalſa parietibus templorum Cathol. 68.B

T

Thuribula ſchiſmaticorum, fuerunt per nomen Dei ſanctificata 65.C
Traditores hic dicuntur, qui ſacros libros perſecutoribus perdendos tradiderunt 6.C
Tria ad Baptiſmum requiruntur, Trinitas, fides & baptizans 55.C

V

Verba impia Don. quibus populum ſeducunt 38.C
Verba populi ſeducti ad alios ad ſe trahendos 69.B
Veſtis nuptialis in Baptiſmo, Chriſtus ipſe eſt 62.B
Veſtem nuptialem non habebunt, ij qui à Don. rebaptizati ſunt, quia ueſtem ueri Baptiſmi perdiderunt 62.B
Victor Garbenſis Afer, qualis fuit Romæ Papa Donatiſtarum 16.C
Virginitas non præcepti, ſed conſilij eſt 66.B
Virgines ſacræ coactæ à Don. ad ſecundam profeſsionem Ibid.C
Virgines detracto habitu, nubere in ſæculo fecerunt 67.A
Vnctio ſacerdotum impie contempta & uiolata à Don. 26.B
Vnctio Dei uiolata in depoſitione ſacerdotum Cathol. 29.C
Vnctus eſt Chriſtus præ conſortibus ſuis in Baptiſmo 51.B
Vox Chriſti eſt, Oleum peccatoris non ungiet caput meum 49.B

CORRECTORIVM.

Pagina 3. linea 41. iudicandas, lege indicandas. pag. 4. lin. 26. aquam ipſam. pag. 11. lin. 31. à Sena. pag. 21. lin. 39. una. pag. 25. lin. 14. Schiſmatis. & lin. 24. ſubrueretis. pag. 26. lin. 29. Tu quis es. pag. 34. in marg. de Moyſe 23. Milia. lin. 41. Flabello. pag. 35. lin. 27. quam temerariũ ſit. pag. 37. lin. 34. quot. pag. 48. lin. 10. Perditi eſtis. pag. ult. In carmine octauo, Cui quot ſunt.

DE SCHISMATE DONATISTARVM IN APHRICA, OPTATI APHRI, EPISCOPI MILEVITANI, ADVERSVS PARMEmanum. *Liber I.*

CVnctos nos Chriſtianos, Chariſsimi fratres, Omnipotenti Deo fides una commendat, Cuius fidei pars eſt, credere, filium Dei Deum, iudicem ſæculi eſſe uenturum: eum qui iam pridē uenerat, & ſecundū hominem ſuum, per Mariam uirginem natus eſt, paſſus, mortuus & ſepultus, reſurrexit: Et antequam in cœlum aſcenderet, (unde deſcenderat) Chriſtianis nobis omnibus ſuam per Apoſtolos pacem dereliquit. Quam ne uideretur ſolis Apoſtolis dimiſiſſe, ideo ait, Quod uni ex uobis dico, oībus dico. Deinde ait. Pacē meam do uobis: pacē meā relinquo uobis. Si igitur pax Chriſtianis omnib. data eſt, quam rem Dei eſſe conſtat, cū dicit, meam: Cum aūt dicit, do uobis, non ſolum ſuam uoluit eſſe, ſed & uniuerſorū in ſe credentium.

Pax Chriſti nobis omnibus relicta.

Marc. 13
Ioann. 14

Quæ pax, ſi, ut data erat, ſic integra inuiolataq; manſiſſet, nec ab autoribus ſchiſmatis turbaretur, inter nos & frates noſtros hodie non eſſet ulla diſſenſio. Nec illi inconſolabiles Deo lachrymas facerent, quod Eſaias teſtatur: Nec falſorum uatum nomen & actus incurrerent, nec ruinoſum ac dealbatum extruerent parietem: Nec ✝ nimis aſtutas, ſed tantū ſimplices euerterent mentes: Nec male imponendo omnibus captiuis manum, euerſionis uelamenta obtenderent: nec maledicerent Deo, nec rebaptizarent fideles. Nec nos euerſas aut occiſas Innocentium animas doleremus, Quias prius doluit Deus, per Ezechielem Prophetam dicens. Væ facientibus uelamen ſuper omne caput, & ſuper omnem ætatem, ad euertendas animas. Animæ euerſæ, ſunt populi mei, & maledicebant mihi in meo, ut occiderent animas, quas non oportuit mori: dum adnunciant populo meo uanas ſeductiones, Et tamen admiſſa ſunt hæc ab hijs, qui noſtri ſunt fratres. Sed ne quis dicat, me inconſyderate eos fratres appellare, qui tales ſunt: Ab Eſaiæ Prophetæ uocibus exorbitare non poſſumus. Quamuis & illi non negent, & omnibus notum ſit, quod nos odio habeant, & execrentur, & nolunt ſe dici fratres noſtros: Tamen nos recedere a timore Dei non poſſumus,

Pax per ſchiſma uiolatur.

Eſaiæ 22

✝ minus

Dolor de euerſis animabus.

Ezech. 13

Cur fratres noſtros dicimus eos, qui ſchiſmatici ſunt.

quos hortatur ſpiritus ſanctus per Eſaiam prophetam dicens. Vos
Eſaiæ 56 qui timetis nomen domini, hij qui uos odio habent et execrantur, et
nolunt ſe dici fratres noſtros, uos tamen dicite eis, fratres noſtri eſtis:
Sunt igitur ſine dubio fratres, quamuis non boni. Quare nemo mire
tur, eos me appellare fratres, qui non poſſunt non eſſe fratres.

Vna ſpiritualis natiuitas fratrum. Eſt quidem nobis & illis una ſpiritualis natiuitas, ſed diuerſi ſunt
actus. Nam & Cham, qui patris ſui riſit impie nuditatem, frater in-
Gene. 9 nocentium fuit, Et pro merito ſuo iugum ſeruitutis incurrit, ut eſſet
fratribus frater addictus. Ergo hoc nomen fraternitatis, nec interue
Fratres mali, niente peccato deponitur. Sed de iſtorum fratrum delictis dicam
alio loco: Qui ſedentes aduerſus fratrem, detrahunt, & contra nos
Pſalm. 49 ſcandala ponunt, Et cum illo fure cõcurrunt, qui Deo furtum faciũt.
✝ mœchus Et cum ✝ in Occis, id eſt, cum hæreticis, partem ſuam ponunt, & pec
cata ſua laudant: Et conuitia contra nos Catholicos meditantur.

Donatiſtæ, fratres maledici. Omnes quidem per ſingula loca maledicis uocibus perſtre-
punt, ſed unum quidem uix inuenimus, cum quo per literas, uel hoc
modo loquamur: Parmenianum ſcilicet, fratrem noſtrum, ſi tamen
ſe a nobis uel hoc nomine nuncupari permittit. Et quia collegium
✝ Collegæ Epiſcopale nolunt nobiſcum habere commune, non ſint ✝ colliges
ſi nolunt; tamen (ut ſupra diximus) fratres ſunt. Frater meus igi-
tur Parmenianus, cũ nequitioſe ac nude, ut cæteri loqueretur: Quic-
quid ſentire potuit, non ſolum dixit, ſed etiam in ſcriptura digeſſit.
Cuius dictis, cum reſpondere, ueritate cogente, compellimur, erit
✝ collatio inter nos abſentes quoquo modo ✝ conlatio. Eodem modo & ſatiſ-
✝ eruendam fiet deſiderijs aliquorum. Nam a multis deſideratum eſt, ut ad ✝ erue
diendam ueritatem, ab aliquibus defenſoribus partium cõflictus ha
Collatio cum parmeniano in ſcriptis. beretur, & fieri potuit. Sed quoniam & acceſſum prohibent, &
aditus intercludunt, & conſenſum uitant, & colloquium denegant:
uel tecum mihi frater Parmeniane, ſit iſto modo conlatio, ut quia tra
ctatus tuos, quos in manibus, & in ore multorum eſſe uoluiſti, non
aſpernatus ſum, neq; contempſi, ſed omnia a te dicta, patienter audi
Tractatus Parme. contra Catholicam. ui: Audias & tu humilitatis noſtræ reſponſa. Nã & ego intelligo, &
tu nõ negas, et quiuis ſapiẽs peruidet, te nulla alia ratione tã prolixe
tractaſſe, niſi ut Eccleſiã Catholicã tuis tractatibus indigne pulſares.
Sed ut intelligi dat̃, aliud habet animus, aliud reſonat ſermo. Deniq;
omnia te uideo dixiſſe cõtra Catholicã: Immo multa pro Catholica,
cũ Catholicus non ſis, ut & nobis neceſſe nõ fuerit tractatibus tuis,
Niſi quod dũ male inſtructus es, ut quod non uidiſti, ſed falſo audie
1. Pet. 3 ris loquereris. Cũ in Epiſtola Petri Apoſtoli legerimus: Nolite per
Inconſyderatus ſcriptor Parmenianus. opinionem iudicare fratres ueſtros. Vt inter aliqua, quæ ad nos
non pertinent (ſicuti probaturi ſumus) diceres, a nobis contra uos
militem eſſe poſtulatum. Ceterum a te in alijs partibus tractatus tui,
aliqua pro nobis dicta ſunt, Et contra uos; ut diluuij & circunciſio-
nis

nis comparatio. Quædā & pro nobis, & pro uobis ea quæ in laude
dixiſti baptiſmatis, pręter illud quod carnē Chriſti male tractaueris,
Ideo & pro uobis: Qui quamuis foris ſitis, tamen ex nobis exiſtis.
Nam & illud pro ambobus, quod demonſtraſti hæreticos extra-
neos eſſe Catholicis Sacramentis, ſi tamen uos ipſos non eis adiunge
res, quos eſſe ſchiſmaticos conſtat. Quędam pro nobis ſolis ſunt,
cum unius Eccleſiæ commemorationem faceres. Quædam contra
uos per ignorantiam (Quia peregrinus es) ut traditorum & ſchiſma
ticorum accuſationem. Etiam illud eſt contra uos, quod dixiſti de
oleo & ſacrificio peccatoris. Ac per hoc nihil contra nos a te dictum
eſt, niſi quod ignoranter dixiſti, a nobis militem poſtulatum: Quod
calumnioſe a te dictum eſſe, probationibus ueriſsimis demonſtrabi
mus. Tolle hanc calumniam, & eris noſter. Quid enim tam ma-

Pro nobis eſt unum aſſerere Baptiſma.

gis dici pro nobis & noſtrum eſt, quod dixiſti, In comparationem
Baptiſmatis ſemel factum eſſe diluuium, Et ſingularem circumciſio-
nem, ſalubriter profeciſſe populo Iudæorum, magis pro nobis quaſi
noſtra locutus es: Hæc enim noſtra uox eſt, qui in Trinitate Baptiſ-
matis unionem defendimus: Non pro uobis, qui Baptiſma, in cuius
imagine ſunt illa duo, audaciter, Et quod contra leges eſt, iteratis.
Quamuis & uos ipſi non negetis, quia non debet iterari, quod ſemel
iuſſum eſt fieri. Sed dum ſubtiliter laudaſti, quod omni laudis

Parm. contra ſuos plus quam contra Catholicos.

præconio dignum eſt, callide ueſtram ſuppoſuiſti perſonā, ut quaſi,
quia ſemel licet, uobis liceat, aliis denegetur. Si traditoribus nō licet,
uobis licere non debuit, quorum principes probamus fuiſſe tradi-
tores: Schimaticis non licet, itaq; uobis licere nō debuit, apud quos
origo ſchiſmatis iuuenitur. Si peccatoribus non licet, etiam peccato-

Nos non rebaptizamus, ſicut illi faciebant.

res uos eſſe teſtimonio diuino conuincimus: Et tamen quia ſemel li-
cet, non per electum hominem, ſed per quod ſemel licet. Ideo poſt
uos non emendamus: Quia & apud nos & apud uos, unum eſt Sa-
cramentum. Cuius Sacramenti ratio, tota quinto libro demonſtra-
bitur. A te quidem, frater Parmeniane, multa tractata ſunt: Sed ui-

Ordo dicendorum a Parme. non recte obſeruatus.

deo mihi non eo eſſe reſpondendum ordine: quo a te dicta ſunt ſin-
gula. Tu enim primo loco dixiſti comparationes laudeſq; Baptiſma
tis, præter carnem Chriſti a te male tractatam, Cætera bene dixiſti.
Hoc enim magis pro nobis te dixiſſe, ſuo loco demonſtrabitur. Se-
cundo autem loco, excluſis hęreticis, unam dixiſti eſſe Eccleſiam: ſed
eam ubi ſit, agnoſcere noluiſti. Tertio loco, traditiones nullis certis
perſonis aut nominibus accuſaſti. Quarto a te unitatis lacerati ſunt
operarij. Quinto ut minima prætermittam, dixiſti de oleo & ſacrifi-

Summarium ſex librorum Optati.

cio peccatoris. Sed mihi uidetur primo loco, traditorum & ſchiſ-
maticorum iudicandas eſſe ciuitates, perſonas & nomina, utq; quæ
a te de hijs dicta ſunt, ueros autores & certos reos ſuos agnoſcant.
Deinde mihi dicendum eſt, quæ, uel ubi ſit una Eccleſia, quæ eſt:

Quia præter unam altera non eſt. Tertio, a nobis militem non eſſe poſtulatũ, & ad nos non pertinere, quod ab operarijs unitatis dicitur eſſe commiſſum. Quarto loco, qui ſit peccator, cuius ſacrificium repudiat Deus, uel cuius oleum fugiendum ſit. Quinto, de Baptiſmate. Sexto, de inconſyderatis præſumptionibus, & erroribus ueſtris. Sed priuſq; de rebus ſingulis aliquid dicam, quod carnẽ Chriſti male tractaueris, breuiter oſtendã. Dixiſti enim, carnẽ illam peccatricem, Iordanis dimerſam diluuio, ab uniuerſis ſordib. eſſe mundatã. Merito hoc diceres, ſi caro Chriſti pro omnib. baptizata ſufficeret, ut nemo pro ſe baptizaret. Si ita eſſet, ibi eſſet totũ genus hominũ: Illic omne, quod corporaliter natũ eſſet, nihil eſſet inter fideles & ũquenq; gentile: quia in omnib. caro eſt. Et dum nemo eſt qui nõ habeat carnẽ, ſicut dixiſti, caro Chriſti diluuio Iordanis dimerſa eſt, omnis caro hoc beneficiũ cõſequeretur. Aliud eſt enim caro Chriſti in Chriſto, Aliud uniuſcuiuſq; in ſe. Quid tibi uiſum eſt, carnem Chriſti dicere peccatricem? utinam diceres, caro hominum in carne Chriſti: Nec ſic probabiliter dixeris. Quia unuſquiſq; credens, in nomine Chriſti baptizatur: Nõ in carne Chriſti, quę ſpecialiter illius erat. Addo, quod eius caro de ſpiritu ſancto concepta, inter alios non potuit in remiſsam peccatorum tingui, quæ nullum uidebatur admiſiſſe peccatum. Addidiſti, & Iordanis diluuio demerſam: ſatis inconſyderate hoc uſus es uerbo. Quod uerbum ſoli Pharaoni, & eius populo debebatur, Qui pondere delictorum tanquã plumbum demerſus ſit, ut ibi remanſerit. Chriſti aũt caro, dum in Iordane deſcẽdit & aſcendit, demerſa a te dici nõ debuit. Cuius caro ipſo Iordane ſanctior inuenitur, ut magis aqua ipſam deſcenſu ſuo mundauerit, quam ipſa mundata ſit. Etiam illud præterire non poſſum: quod te ſubtiliter egiſſe conſydero, ut ad inducendas uel decipiendas animas auditorum, poſt circuncisionis & diluuij deſcriptionem, & poſt laudem Baptiſmatis, hæreticos cum erroribus ſuis mortuos, & obliuione iam ſepultos quodammodo, reſuſcitare uoluiſti, Quorum per prouincias Africanas, nõ ſolum uitia, ſed etiam nomina uidebantur ignota. Marcion, Praxeas, Sabellius, Valentinus, & cæteri, tẽporibus ſuis a Victorino †Peccauionẽſi, & Zepherino Vrbico, et a Tertuliano Carthaginẽſi, uſq; ad Cataphrygas: Et ab alijs aſſertoribus Eccleſiæ Catholicę ſuperati ſunt. Vt quid bellum cũ mortuis geris, quod ad negociũ temporis noſtri non pertinet? Sed quia ſchiſmatis hodie aliquid, quod probare poſsis in Catholicos, nõ habes, Ideo ad prolixitatẽ ſcripturæ tuæ augendã, tot hæreticos cũ erroribus ſuis cõmemorare uoluiſti. Nunc alia quęſtio eſt, ut quid a te memorati ſunt illi, apud quos non ſunt Sacramenta, quæ nobis & uobis uidentur eſſe communia? Sanitas non flagitat medicinam. De ſe ſecura uirtus, forinſecus non quęrit auxilia. Veritas non deſiderat argu-

Error Parme. de carne Chriſti baptizata in Iordane.

Impie dixit carnẽ Chriſti peccatricem.

Caro Chriſti non recte dicitur demerſa.

Exodi 14.

Superflua hic de antiquis hæreticis mentio fit.

4 Pitabionen ſis ut ait Hiero.

Opinionem Cypriani ſequi uidetur.

argumenta: ægroti eſt, remedia quærere: inertibus & imbecillis eſt, auxilia comparare: Mendacis eſt, argumenta conquærere. Interea dixiſti, apud hæreticos dotes Eccleſię eſſe non poſſe. Et recte dixiſti, ſcimus enim hæreticorum Eccleſias ſingulorum proſtitutas, nullis legalibus Sacramentis, & ſine iure honeſti matrimonij eſſe: Quas non neceſſarias recuſat Chriſtus, qui eſt ſponſus unius Eccleſię. Sicut in Canticis Canticorum ipſe teſtatur. Qui cum unam laudat, cæteras damnat: Quia præter unã, quæ eſt uera Catholica, cæterę apud hæreticos putantur eſſe, ſed non ſunt. Secundum quod indicat (ut ſupra diximus) in Canticis canticorum, unam eſſe columbam ſuam, Eandem ſponſam, electam, Eundem hortum concluſum, & fontem ſignatum: Vt hæretici omnes neque claues habeãt: quas ſolus Petrus accepit. Nec anulum, quo legitur fons eſſe ſignatus: nec aliquem illorum eſſe, ad quẽ hortus ille pertineat. In quo Deus arbuſculas plantat. De quibus hæreticis, quamuis ad præſentem non pertineat cauſam, quod diu locutus es, et ſuffecerat & abundabat. Sed miror, quid tibi uiſum eſt, etiam uos ipſos eis adiungere, quos eſſe ſchiſmaticos conſtat, dum Eccleſiæ dotes & hæreticis ipſis, & uobis ſchiſmaticis denegaſti. Dixiſti enim inter cætera, ſchiſmaticos a uite uelut ſarmenta eſſe conciſos, deſtinatos pœnis, tanquam ligna arida, gehennæ ignis reſeruari. Sed uideo te adhuc ignorare ſchiſma, apud Carthaginem a ueſtris principibus factum. Quære harum originem rerum, & inuenies hanc te in uos dixiſſe ſententiam: Cum ſchiſmaticis hæreticos ſociaſti. Non enim Cæcilianus exiuit a Maiorino auo tuo, ſed Maiorinus a Cæciliano. Nec Cæcilianus receſsit a Cathedra Petri uel Cypriani, ſed Maiorinus: Cuius tu Cathedrã ſedes, quæ ante ipſum Maiorinum originẽ nõ habebat. Et cũ hæc a ſchiſmaticis ita geſta eſſe manifeſtiſsime conſtet, et uos hæredes eſſe traditorũ euidenter appareat: Satis te miror, frater Parmeniane, Cũ ſchiſmaticus ſis, ſchiſmaticos te hæreticis adiungere uoluiſſe. Aut ſi ſic tibi uidetur & ita placet ✝ Cũ illa quæ a te paulo ante ſunt dicta. Dixiſti enim fieri non poſſe, ut in falſo Baptiſmate inquinatus abluat, immũdus emundet, ſupplantator erigat, perditus liberet, reus ueniam tribuat, damnatus abſoluat. Bene hæc omnia poterunt ad ſolos hæreticos pertinere, quia falſauerunt Symbolũ, Dum alter dixerit duos Deos, cum Deus unus ſit: alter patrem uult in perſona filij cognoſci, alter carnem ſubducens filio Dei, per quam Deo reconciliatus eſt mundus: Et cæteri huiuſmodi. ✝ Quia Sacramentis Catholicis alieni eſſe naſcuntur. Quare pœniteat te talibus hominibus etiam ſchiſmaticos adiunxiſſe. In te enim conuertiſti ſententię gladiũ, dum ęſtimas, quia alteros appetebas. Et non attendiſti inter ſchiſmaticos & hæreticos, quam ſit magna diſtantia. Inde eſt, quod ignoras, & quæ ſit ſancta Eccleſia, & ſic omnia miſcuiſti.

Eccleſia Chriſti una eſt, hæreticorũ nulla eſt.

Cantic. 6

Cant. 4

Claues ſolus Petrus accepit.

Parm. ignorat originem ſchiſmatis ſuæ partis.

4 Contra

Magna inter hæreticos & ſchiſmaticos diſtantia.

Qui a

A iij Ca-

Catholicam facit ſimplex & uerus intellectus, intelligere ſingulare ac ueriſsimum Sacramentum, & unitas animorum. Schiſma uero, ſparſo coagulo pacis, diſsipatis ſenſibus generatur, liuore nutritur æmulatorum, & litibus roboratur, ut deſertâ matre Catholica, impij filij dum foras excurrunt, & ſe ſeparant (ut uos feciſtis) a radice matris Eccleſiæ, inuidiæ falcibus amputati, errando rebelles abſcedunt. Nec poſſunt nouum aliquid, aut aliud agere, niſi quod iam dudum apud ſuam didicerunt matrem.

Schiſma quid eſt.

Heretici quales ſunt.

Hæretici uero, ueritatis exules, ſani & ueriſsimi Symboli deſertores, de ſinu Eccleſiæ ſanctæ impijs ſenſibus deprauati, contempto quod bene fuerant geniti, ut ignorantes & rudes deciperent, de ſe naſci uoluerunt. Et qui iam dudum in talibus paſti fuerant cibis, corruptela malę degeſtionis, in pernicie miſerorum diſputatione impij, uenena mortifera uomuerunt. Vides ergo, frater Parmeniane, hęreticos a domo ueritatis ſatis extorres, ſolos habere uaria & falſa Baptiſmata: Quibus inquinatus non poſſet abluere, immundus emundare, ſupplantator erigere, perditus liberare, reus ueniam tribuere, damnatus abſoluere. Bene clauſiſti hortum hæreticis, bene reuocaſti claues ad Petrum, bene abſtuliſti colẽdi poteſtatem: Ne arbuſculas colerent hij, quos ab hortulo & a Paradiſo Dei conſtat alienos. Bene ſubduxiſti anulum hijs, quibus aperire non licet ad fontem. Vobis uero ſchiſmaticis hæc negari non poſſunt, Quia nobiſcum uera & communia Sacramenta traxiſtis. Quare cum hæc omnia hæreticis bene negentur, quid tibi uiſum eſt? hæc & uobis negare uoluiſſe, quos ſchiſmaticos eſſe manifeſtum eſt? Vos enim foras exiſtis, quantum in uobis. Volebam ut ſoli damnarentur hæretici: quantum in te eſt, & uos ipſos cum eis unam ſententiam ferre uoluiſti. Sed iam, ut ad propoſitum ſingularum rerum ordinẽ redeamus. Primo loco audi, qui fuerint traditores, & plenius autores ſchiſmatis diſce. In Aphrica duo mala & peſsima admiſſa eſſe cõſtat, Vnum in traditione, Alterum in ſchiſmate: ſed utraque mala, & uno tempore, & hijſdem autoribus uidentur eſſe commiſſa. Debes ergo, frater Parmeniane, diſcere, quod intelligeris ignorare. Nã ferme ante annos Sexaginta, & quod excurrit, per totã Aphricam perſecutionis eſt deuagata tempeſtas: Quæ alios fecerit martyres, alios confeſſores, nonnullos funeſta proſtrauit in morte, latentes dimiſit illæſos. Quid commemorem Laicos, qui tunc in Eccleſia nulla fuerant dignitate ſuffulti? Quid miniſtros plurimos? Quid Diaconos in tertio? quid presbyteros in ſecundo ſacerdotio conſtitutos? Ipſi apices & principes omnium, aliqui Epiſcopi illis temporibus, ut damno æternæ uitæ iſtius incertæ lucis, moras breuiſsimas compararent, Inſtrumenta diuinæ legis impie tradiderunt. Ex quibus erant Donatus Maſculitanus, Victor Ruſiccadienſis, Marinus ab aquis

Hæc de hæreticorum ſacramẽtis opinio reprobata eſt ab Eccleſia. Vide Aug. in ſeptem lib. de unico baptiſmo.

Hiſtoria de origine ſchiſmatis Donatiſtarum.

Traditores dicuntur hic, qui ſacræ ſcripturæ libros perſecutoribus tradiderunt comburendos & perdendos: aut ſacra uaſa, & ornamenta Eccleſiarum.

Multi tunc lapſi fuerunt Chriſtiani in perſecutione.

aquis Tibilitanis, Donatus Calamenſis, & homicida Purpurius Li
macenſis: Qui interrogatus de filijs ſororis ſuæ, quod eos in carcere
Milię necaſſe diceretur, confeſſus eſt, dicẽs. Et occidi, Et occido non
eos ſolos, Sed & quicũq; contra me fecerit. Et Menalus, qui ne thu
rificaſſe a ſuis ciuibus probaretur, oculorũ dolorem fingens, ad con-
ſenſum ſuorum procedere trepidauit. Hij & cæteri, quos principes
tuos fuiſſe paulo poſt docebimus, poſt perſecutionem apud Cirtam *Probatio ex ge*
ciuitatem, (quia Baſilicæ nec dum fuerant reſtitutæ) in domum Vr- *ſtis publicis.*
bani Cariſi conſederint die VI. Iduum Maiarum. Sicut ſcripta Nun
dinarij tunc Diaconi teſtantur, Et uetuſtas membranarum teſti-
moniũ perhibet, Quas dubitantibus proferre poterimus. Harum
nanq; plenitudinem rerum, in nouiſsima parte iſtorum libellorum,
ad implendam fidem adiunximus. Hij Epiſcopi, interrogãte Secun
do Tigiſitano, tradidiſſe confeſsi ſunt. Et cũ ipſe Secundus a Purpu *Secundus, Ti-*
rio increparetur, quod & ipſe diu apud ſtationarios fuerit, & non *giſitanus Epiſ*
fugerit, ſed dimiſſus ſit: Non ſine cauſa dimiſſum fuiſſe, niſi quia tra- *copus, Tradi-*
diderat. Iam omnes hæretici cœperunt murmurare, Quorum ſpiri- *tor fuit.*
tum Secundus metuens, conſilium accepit a filio fratris ſui Secundo
minore, ut talem cauſam Deo ſeruaret. Conſulti ſunt: qui remanſe-
runt, id eſt, Victor Gradienſis, Fœlix a Rotario, & Nabor a Centu
rionis. Hij dixerunt talem cauſam, domino debere reſeruari. Et dix-
it Secũdus, Sedete omnes. Tunc dictũ eſt ab omnibus, deo gratias,
& ſederunt. Habes ergo Parmeniane frater, qui manifeſto fuerint
traditores. Deinde non poſt longum tempus, ijdem ipſi, tot &
tales, ad Carthaginẽ profecti traditores, ✝ eſurati homicidę, Maiori- *forte ✝ et con-*
nũ (cuius tu Cathedrã ſedes) poſt ordinationẽ Cæciliani ordinaue- *iurati.*
runt: ſchiſma fecere. Et quoniã traditionis reos, principes ueſtros fu *Autores ſchiſ-*
iſſe monſtratũ eſt: Conſequens erit, eoſdem fuiſſe autores ſchiſmatis. *matis.*
Quę res, ut clara & manifeſta eſſe omnibus poſsit, oſtẽdendũ eſt, ex
qua radice ſeſe uſq; in hodiernũ erroris protendtrint rami. Ex quo
fonte riuulus iſte: maligni liquoris occulte ſerpens, uſq; in tempora
noſtra manauerit. Dicendum eſt, unde & ubi, & a quibus ortum
conſtet hoc alterũ malũ: quę conuenerint cauſæ, quę fuerint operatę *Materia dicen*
perſonæ. Qui autores huius mali, qui nutritores. A quib. ſint inter *dorum, de orto*
partes ab Imper. poſtulata iudicia, qui ſederint iudices, ubi ſit actum *ſchiſmate.*
Concilium, quæ ſint prolatæ ſententiæ. De diuiſione igitur, & in
Aphrica (ſicut & in cæteris prouincijs) una erat Eccleſia, antequam
diuideretur ab ordinatoribus Maiorini: cuius tu hæreditariã Cathe-
dram ſedes: Videndũ eſt, quis in radice cũ toto orbe mãſerit, quis fo
ras exierit, quis Cathedrã ſederit alterã, quę ante nõ fuerat, quis alta
re cõtra altare erexerit, quis ordinationẽ fecerit, ſaluo altero ordina
to, quis iaceat ſub ſentẽtia Ioannis Apoſtoli, qui dixit. Multos Anti-
chriſtos foras exituros; quia nõ erãt (inq̃t) noſtri. Nã ſi noſtri eſſent *1. Ioannis*

manſiſſent nobiſcum. Ergo qui in uno cum fratribus manere noluit, hæreticos ſecutus, quaſi Antichriſtus foras exiuit. Hoc apud Carthaginem poſt ordinationem Cæciliani factum eſſe, nemo qui neſciat: per Lucillam ſcilicet, neſcio quam, fœminam factioſam, quæ ante concuſſam perſecutione pacem, Dum adhuc in tranquillo eſſet Eccleſia: Cum correptionem Archidiaconi Cæciliani Lucilla ferre non poſſet, Quæ ante ſpiritalem cibum & potum, os neſcio cuius martyris, ſi tamen martyris, lauare dicebatur. Et cum præponeret calici ſalutari os neſcio cuius hominis mortui, & ſi martyris, ſed necdum uindicati, correpta, cum confuſione, irata diſceſsit. Iraſcenti & dolenti, ne diſciplinæ ſuccumberet, occurrit ſubito perſecutionis enata tempeſtas.

Lucilla, factioſa mulier, contra Cæcilianũ.

Superſtitio.

Hijſdem temporibus Fœlix quidam Diaconus, qui per famoſam, neſcio quam, de Tyranno Imperatore tunc factã Epiſtolam, appellatus eſt, periculum timens, apud Menſurium Epiſcopum delituiſſe dicitur. Quem cum poſtulatum Menſurius publice denegaret, relatio miſſa eſt: Reſcriptum uenit, ut ſi Mẽſurius Fœlicem Diaconum non reddidiſſet, ad Palatium dirigeretur: Conuentus non leues patiebatur anguſtias. Erant enim Eccleſiæ ex auro & argento quam plurima ornamenta, quæ nec defodere terræ, nec ſecum portare poterat: Quaſi fidelibus ſenioribus commendauit, cõmemoratorio facto, quod cuidam aniculæ dediſſe dicitur: Ita ut ſi ipſe nõ rediret, reddita pace Chriſtianis, anicula illa illi daret, quem in Epiſcopali cathedra ſedentem inueniret. Profectus cauſam dixit. Iuſſus eſt reuerti ad Carthaginem, peruenire non potuit, tempeſtas perſecutionis peracta, & definita eſt: Iubente deo, indulgentiam mittente Maxentio, Chriſtianis libertas eſt reſtituta.

Hiſtoria de Fœlice Diacono, & de Menſurio Epiſcopo Carthaginenſi

Ornamenta Eccleſiæ ex auro & argẽto multa eo tempore.

Botrus & Celeſius, ut dicitur, apud Carthaginem ordinari cupientes, operam dederunt, ut abſentibus mundis, ſoli uicini Epiſcopi peterentur, qui ordinationem apud Carthaginem celebrarent. Tunc ſuffragio totius populi Cæcilianus eligitur. Et manus imponẽte Fœlice Antumnitano, Epiſcopus ordinatur. Botrus & Celeſius de ſpe ſua deiecti ſunt: Breuis auri & argenti ſedenti Cæciliano, ſicut delegatum a Menſurio fuerat, traditur, adhibitis teſtibus. Conuocantur ſupra memorati ſeniores, qui faucibus auaritiæ commendatam ebiberunt prædam. Cum reddere cogerentur, ſubduxerunt communioni pedẽ. Non minus & ambitores, quibus & ordinari non contigit, nec non & Lucilla, quæ iam dudum ferre non potuit diſciplinam: cum omnibus ſuis potẽs & factioſa fœmina, communioni miſceri noluit. Sic tribus conuenientibus cauſis & perſonis, factum eſt, ut malignitas haberet effectum. Schiſma igitur illo tempore confuſæ mulieris iracundia peperit, ambitus ꝗ interiuit, auaritia roborauit. Ab hijs tribus perſonis contra Cæcilianum cauſæ confictæ ſunt, ut uitioſa eius ordinatio diceretur. Ad Secundum Tigiſitanum miſſum, ut Carthaginem ueniretur,

Electio Cæciliani, finita perſecutione.

Breuis, id eſt, regiſtrum ſeu commemoratorium

Triplex cauſa ſchiſmatis contra Cæcilianũ exorti.

lege ꝗ nutriuit

niretur, proficiſcuntur omnes ſupra memorati traditores, ſuſcepti hoſpitio ab auaris, ab ambitoribus, ab iratis: Non a Catholicis, quorum petitione Cęcilianus fuerat ordinatus. Interea ad Baſilicam, ubi cum Cæciliano tota ciuitas in frequẽtia fuerat, nullus de ſupradictis acceſsit. Tunc a Cæciliano mandatum eſt, Si eſt quod in me probetur, exeat accuſator & probet. Illo tẽpore a tot inimicis nihil in ✝ illo potuit confingi. Sed de ordinatore ſuo, quod ab hijs falſo traditor diceretur, meruit infamari. Iterum a Cęciliano mandatum eſt, ut ſi Fœlix in ſe, ſicut illi arbitrabantur, nihil contuliſſet, Ipſi tanquam adhuc Diaconum ordinarent Cæcilianum. Tunc Purpurius ſolita malitia fretus, quaſi & Cæcilianus filius ſororis eius eſſet, ſic ait. Exeat ✝ hoc quaſi imponat illi manus in Epiſcopatu, Et quaſſetur illi caput de pœnitentia. His rebus compertis, tota Eccleſia Cęcilianum retinuit, ne ſe latronibus tradidiſſet. Illo tempore aut reus debebat expelli, aut communicari debuit innocenti. Conferta erat Eccleſia populis plena: erat cathedra Epiſcopalis: erat altare loco ſuo, in quo pacifici Epiſcopi retro temporis obtulerunt, Cyprianus, Lucianus & cæteri. Sic exitum eſt foras, & altare contra altare erectum eſt.

✝ illum

Innocens Cæcilianus.

Purpurius Epiſcopus homicida ✝ huc

Iniuſte ſuſcitatum ſchiſma

Et ordinatio inlicite celebrata eſt, Et Maiorinus, qui lector in diaconio Cæciliani fuerat, domeſticus Lucillæ, ipſa ſuffragante Epiſcopus ordinatus eſt a traditoribus, qui in concilio Numidiæ (ut ſuperius diximus) crimina ſibi confeſsi ſunt, & indulgẽtiam ſibi inuicem tribuerunt. Manifeſtũ eſt ergo, exiſſe de Eccleſia & ordinatores qui tradiderunt, & Maiorinum, qui ordinatus eſt. Interea de ſuorum criminum fonte, qui apud eos multorum flagitiorum uenis exuberauerat, unum traditionis conuitium in ordinatorem Cæciliani diriuandum eſſe putauerunt: Prouidentes quod fama duas res ſimiles uno tempore loqui non poſſent, ut crimina in ſilentiũ mitterent ſua, uitam infamare conati ſunt alienam: Et cum poſſent ipſi ab innocentibus argui innocenter, arguere ſtuduerunt: Mittentes ubiq; literas ✝Liliorum dictante conſcriptas, quas inter cæteros actus habemus in poſterum. Adhuc Carthagine poſiti, præceſſerunt ſe epiſtolis ſuis, ut rumoribus falſis cunctorum auribus inſererent mendacium, ſparſa fama per populos. Et dum de uno celebrata ſunt falſa, ſupra dictorum ueriſsima crimina ſub ſilentio latuerunt. Frequenter ſolet erubeſci de crimine, ſed illo tempore nõ fuit cui erubeſceretur: Quia præter paucos Catholicos, peccauerant uniuerſi, & quaſi imago fuerat innocentiæ, Inter multos nephas admiſſum ✝parum erat traditionis facinus, quod per Donatum Maſculitanum & cęteros ſupradictos conſtabat admiſſum: Etiam ingens flagicium ſchiſmatis traditioni iunxerunt. Vide ergo Parmeniane hæc duo crimina tam mala rã grauia, traditionis & ſchiſmatis, ad tuos Principes pertinere. Agnoſce uel ſero, incurriſſe te in tuos, dum inſectaris alienos. Et cum

Illicite ordinatus Maiorinus.

Confictæ falſæ de traditione epiſtolæ.

forte ✝ſuo ore

✝Paruum

Duo peſſima crimina, traditio & ſchiſma.

priores

priores conſtet operatos eſſe hoc alterum nefas, & uos iam eos ſce-
✝titulo leratis ueſtigijs ſequi laboratis: ut quod illi priores in ✝ titulos ſchiſma
tis fecerant, & uos iam dudum feciſſe & nunc facere uideamini. Illi
ruperunt ſuis temporibus pacem, uos exterminatis unitatem. De pa
rentibus ueſtris & de uobis merito dici poteſt, Cæcus cęcum ſi duxe
rit, utriq; in foueam cadunt: oculos patrũ ueſtrorum furioſus excæ-
Schiſma ſummum malum. cauerat liuor, & æmulatio ueſtros orbauit. Schiſma ſummum ma
Num. 16 lum eſſe & uos negare minime poteritis: Et tamen Dathan & Aby
ron & Chore, perditos magiſtros ueſtros, ſine trepidatione eſtis imi
tati, nec ponere ante oculos uoluiſtis, hoc malum et uerbis Dei eſſe
prohibitum, & admiſſum grauiter uindicatum. Deinde eſſe diſtan-
tiã delictorum aut remiſsio teſtatur, aut pœna. Denique inter cæte-
ra præcepta etiã hæc tria iuſsio diuina prohibuit, Non occides, Non
ibis poſt Deos alienos, & in capitibus mandatorum. Nõ facies ſchiſ
Schiſma grauius a Deo punitur quã Parricidium aut Idolatria. ma. Videamus de hijs tribus, Quid oportuit puniri, & quid me
ruit relaxari. Parricidium principale delictum eſt, & tamen Cain nec
reus a Deo percutitur ſed occiſus uindicatur. In ✝ Nineue ciuitate ho-
Geneſ. 4 minum numero Centum uiginti millia ſacrilega, quæ deos alienos
✝Niniue ſequi uidebantur, poſt iracundiam Dei, & nuncium Ionæ Prophe-
Ionæ 3 tæ, Ieiunium parui temporis & oratio indulgentiam meruit. Videa
mus ſi aliquid tale conſecuti ſunt hij, qui populum Dei primitus auſi
Num. 16 ſunt ſcindere. Tot millibus uirorum Iſrahel, quorum a ceruicibus di
uina prouidentia iugum ſeruile deiecerat, Aaron tm̃ unum præfe-
cerat ſacerdotẽ ſed cũ miniſtri eius ſacerdotiũ, non ſibi debitũ concu-
✝ſanctorum piſcẽtes, ſeducta parte populi inlicite inuaderent, Ritũ ✝ cunctorũ imi
tati ſacrorũ, Ducentos & quod excurrit miniſtros ſecũ perituros, cũ
Schiſma Deo bellum indicit. thuribulis in frõte ſeducti populi poſuerũt. Deus cui diſplicet ſchiſ-
ma, hoc libenter uidere non potuit. Indixerant quodammodo Deo
bellũ, quaſi eſſet alter Deus, qui alterum acciperet ſacrificium. Igitur
Diuina ultio. Deus pro neglectis mandatis iratus eſt ira magna. Et quod in ſacri-
legos & parricidam nõ fecerat, in ſchiſmaticos fecit. Stabat miniſtro
rum acies & multitudo ſacrilega, cum interdictis ſacrificijs ſuis illico
peritura, negatum & ſubductum eſt omne tempus: Quia non talis
Fames terræ in ſchiſmaticos. erat culpa quæ ueniam mereretur. Mandata eſt terræ fames, ſtatim
fauces ſuas in populi diuiſores aperuit, & contemptores mandato-
rum Dei, auido ore abſorbuit. Intra momenti ſpacium, ad tranſglu-
tiendos prædictos terra patuit, rapuit, clauſa eſt. Et ne beneficium
de mortis compendio conſequi uiderentur, dum non eſſent digni
uiuere, hijs nec mori conceſſum eſt, tartareo carcere ſubito clauſi,
Cur non ſemper ita ulciſcitur peccata Deus. ante ſunt ſepulti quam mortui. Et miramini uobis aliquid tale
aſpere factum, qui ſchiſma aut facitis aut colitis, Cum uideatis quid
magiſtri primi ſchiſmatis pati meruerunt? An quia ceſſat talis modo
uindicta, Ideo tibi cum tuis uindicas innocentiam? Deus in ſingulis
rebus

rebus exemplorum poſuit formam,ut ſit quod imputet & imitanti‐
bus prima peccata,ad exemplum præſens pœna compreſsit, ſecũda
iudicio reſeruabit. Quid ad hæc dicturi eſtis, qui ſchiſma,uſurpato
Eccleſiæ nomine,& occulte nutritis,& impudenter defenditis?Sed
quia audio aliquos de ſocietate tua, litigandi ſtudio chartas habere
neſcio quas:Quærendum eſt, quibus ſit accommodanda fides,quæ
cũ ratione concordent,quę cum ueritate cõfabulẽtur. Veſtrę,ſi ſunt
aliquæ,mendacijs forte uideantur aſperſæ.Noſtras chartas probant
& conflictus cauſarum, & contentiones partium,& exitus iudicio‐
rũ,& epiſtolæ Conſtantini.Nam quod de nobis dicitis,Quid Chri
ſtianis cum regibus?Aut quid Epiſcopis cum palatio?ſi noxa eſt,nos
ſe reges,uos tota perfundit inuidia. Nam maiores ueſtri, Lucianus,
Dignus,Naſſutius,Capito,Fidentius,& cæteri Imperatorem Con‐
ſtantinum,harum rerum adhuc ignarum,hijs precibus rogauerunt:
Quarũ exemplum infra ſcriptum eſt. Rogamus te o Conſtantine,
optime Imperator,quoniã de genere iuſto es, cuius pater inter cæte
ros Imperatores perſecutionem non exercuit,& ab hoc facinore im
munis eſt Gallia.Nam in Aphrica inter nos & cæteros Epiſcopos
contentiones ſunt: Petimus,ut de Gallia nobis iudices dari præci‐
piat pietas tua.Datæ a Luciano,Digno,Naſſutio,Capitone,Fiden‐
tio, & cæteris Epicopis partis Donati. Quibus lectis,Cõſtantinus
plenus liuore reſpondit.In qua reſponſione & eorum preces prodi‐
dit,dum ait,Petitis a me in ſæculo iudicium,cum ego ipſe Chriſti iu‐
dicium expectem.Et tamen dati ſunt Iudices, Maternus ex Agrip‐
pina ciuitate, Reticus ab Auguſtodino ciuitate,Marinus Arelaten‐
ſis. Ad urbem Romã uentũ eſt ab hijs tribus Gallis:Et ab alijs quin
decim Italis.Conuenerũt in domũ Fauſtæ in Laterano, Conſtãtino
quater et Licinio Ter conſulibus,ſexto nonas Octobris. Die ſexta
feria,Cum conſediſſent+Miltiades Epiſcopus Romæ,& Reticus et
Maternus,et Marinus Epiſcopi Gallicani:Et Merocles a Mediola‐
no,Florianus a Sinna,Zoticus a Quintiano,Stemnus ab Arimino,
Fœlix a Florẽtia Tuſcorum, Caudentius a Piſis, Conſtantinus a Fa
uentia,Proterius a Capua Theopholus a Beneuẽto+Sauinus a Ter
racina, Secundus a Præneſte, Fœlix a tribus tabernis, Maximus ab
hoſtia,Euãdrus ab Vrſino, Donatianus a Foro Claudij. Hijs decẽ
et nouem conſedentibus Epiſcopis,cauſa Donati & Cęciliani in me
diũ miſſa eſt à ſingulis. In Donatũ ſunt heæ ſententię latæ. Quod
confeſſus ſit rebaptizaſſe,et Epiſcopis lapſis manũ impoſuiſſe,quod
ab Eccleſia alienum eſt.Teſtes inducti a Donato,confeſsi ſunt,ſe nõ
habere quod in Cæcilianum dicerent.Cæcilianus omniũ ſupra me‐
moratorum ſententijs innocens eſt pronunciatus: Etiam Miltiadis
ſententia,qua iudicium clauſum eſt his uerbis. Cum conſtiterit,Cæ
cilianũ, ab hijs qui cũ Donato uenerũt, iuxta profeſsionẽ ſuam non
accu‐

Chartis Donatiſtarum non eſſe credendum

Donatiſtarum preces & ſcripta, ad Imper. Conſtantinum. Nota .L. macu Li.

Reſponſum Cõſtant. ad Don.

Acta Concilij Epiſcoporum, Romæ, in cauſa Donatiſt.

+ Melchiades

+ Sabinus

Condemnatio Donati, Abſolutio Cæciliani

Sententia Melchiadis Papæ pro Cæciliano

accuſari, Nec a Donato conuictum eſſe in aliqua parte conſtiterit, ſuæ communioni Eccleſiaſticæ integro ſtatu retinendum merito eſſe cenſeo. Sufficit ergo & Donatum tot ſententijs eſſe percuſſum, & Cæcilianum tanto iudicio eſſe purgatum. Et tamen Donatus appellandum eſſe Epiſcopis credidit & reliqua. Ad quam Appellationē Conſtantinus Imperator ſic reſpondit ✝ orbita furoris audacia, ſicut in cauſis gentilium fieri ſolet. Eodem tempore idem Donatus petijt, ut ei ✝ reuertenti ad Carthaginē contingeret. Tunc a Filumino, ſuffragatore eius, Imperatori ſuggeſtum eſt, ut bono pacis Cæcilianus ✝ Brixe retineretur, & factum eſt. Tunc duo Epiſcopi ad Aphricam miſsi ſunt, Eunomius & Olimpius, ut remotis duobus unum ordinarent. Venerunt apud Carthaginem, fuerunt per Dies Quadraginta, ut pronūciarēt ubi eſſet Catholica. Hoc ſeditioſa pars Donati fieri paſſa non eſt. De ſtudio partium ſtrepitus quotidiani ſunt habiti nouiſsima ſententia eorum ✝ unde Epiſcoporum Eunomij & Olimpij talis legitur, ut dicerēt eſſe Catholicam quæ eſſet in toto orbe terrarum diffuſa, & ſententiam decem & nouem Epiſcoporum, iam dudum datam, diſſolui non poſſe. Sic communicauerunt clero Cæciliani, & reuerſi ſunt. De hijs rebus habemus uolumina actorū. Quod ſi quis uolucrit, in nouiſsimis partibus legat. Cum hæc fierent, Donatus ultro prior ad Carthaginē redit. Hoc audito, Cæcilianus ad ſuam plebem properauit. Hoc modo iterum ✝ renouellatæ ſunt partes. Conſtat tamen Donatum tot ſententijs eſſe percuſſum, & Cæcilianum Innocentem totidem ſententijs pronunciatum. Sed quia in ipſa cauſa iam dudum in catholica duorum uidebantur laborare perſonæ, & ordinati & ordinatoris. Poſtquam ordinatus in urbe purgatus eſt: Purgandus adhuc remanſerat ordinator.

Tunc Conſtantinus ad Cæcilianum Proconſulem ſcripſit, ut remotis neceſsitatibus publicis, de uita Fœlicis Autumnitani publice ✝ quæreretur. Sed & cui erat iudicium, inducti ſunt Claudius Saturianus, curator Reipublicæ, Qui fuit tempore perſecutionis in ciuitate Fœlicis, & curator præſentis tunc temporis, quando cauſam flagitabatur, Callidius Gratianus, & Magiſtratus Alfius Cæcilianus, ſed & Superſtationarius perductus, & Ingentius ſcriba publicus, pependit ſub metu imminētium tormentorum. Reſponſis omnium nihil tale inuentum eſt, quod uitam Fœlicis Epiſcopi ✝ ordinare potuiſſet. Habentur uolumina actorum, in quibus continentur præſentium nomina, qui fuerant in cauſa Claudij Saturiani curatoris, & Cæciliani magiſtratus, & Superſtationarij, & ſcribæ Ingentij, et Solonis Officialis publici ipſius temporis. Poſt quorum reſponſa, a ſupra memorato Proconſule hæc pars ſententiæ dicta eſt. Fœlicem autem religioſum Epiſcopum, liberum eſſe ab excuſsione inſtrumentorum deificorum manifeſtum eſt, Cum nemo in eum aliquid

Donati improba appellatio.

forte ✝ O rabida

✝ reuerti

✝ Brixiæ.

Duo Epiſcopi in Aphricā ab Imp. miſsi.

forte ✝ uidelicet.

Actorum uolumina

✝ renouatæ.

Inquiſitio de cauſa Fœlicis Autūnitani Epiſcopi.

✝ quæreret.

forte ✝ deordinare.

Fœlix innocēs probatur.

aliquid probare potuerit, religioſiſsimas ſcripturas, deificas, uel inuentas, uel corruptas, uel incenſas fuiſſe. Hoc actis cotinetur, quod Fœlix Epiſcopus Religioſus, illis temporibus, neq; præſens fuerit, neq; conſtantiam accommodauerit, neq; aliquid tale fieri iuſſerit. Vnde pulſa atq; exterſa infamia, cum ingenti laude illo iudicio receſsit:Iam dudum opinionis incertæ,& inter caligines,quas liuor & inuidia exhalauerat,latere ueritas uidebatur,Sed etiam omnis ſcriptura memorata,Et actorum uoluminibus,& epiſtolis commemoratis aut lectis reuelata eſt Vides frater Parmeniane, in Catholicos traditorum nomine falſo obiecto, fruſtra eſſe inuentum:mutās uidelicet perſonas.Et transferens merita, clauſiſti oculos, ne parentes tuos reos agnoſceres.Aperuiſti eos,ut innocentes & indignos crimini copulares. Omnia pro tempore, nihil pro ueritate:ut & de te dixerit Beatiſsimus Apoſtolus Paulus. Quidam autem conuerſi ſunt in uaniloquium, uolentes ſe eſſe legis doctores: Non intelligentes quæ dicunt,neq; de quibus adfirmant. Paulo ante docuimus ueſtros patres fuiſſe ſchiſmaticos & traditores, & tu ipſorũ hæres, nec ſchiſmaticis, nec traditoribus parere uoluiſti. Iam igitur documentis ſupra memoratis,omnia tela,quæ falſo in alienos uoluiſti,ueritatis clipeo repulſa,in tuos parentes reciproco ictu uertuntur. Omnia igitur,quę a te in traditores & ſchiſmaticos dici potuerunt,ueſtra ſunt. Nam noſtra non ſunt, quia in radice manemus, et in toto orbe terrarum cum omnibus ſumus. Amen.

Calumniator Parmenianus

1.Tim.1

Conuictus Parm. de mēdacijs.

Explicit Liber Primus.

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

IN hoc ſecundo libello declaratur, Quæ ſit una & uera Catholica, & ubi & apud quos maneat, & Quinq; dotes Eccleſiæ in Catholica eſſe magis quam in ea parte, qua ſchiſmatici facere uoluerunt. Et quod impie nouacula pœnitentiæ raſerint capita ſacerdotum, Et quod homicidia fecerint: Et illa, quæ ad ſalutem credentium procurata fuerant, aut canibus dederint aut abiecerint.

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

QVoniam & qui fuerint traditores oſtenſum eſt, & ſchiſmatis origo ita monſtrata eſt, ut pene oculis perſpecta uideatur. Etiam hæreſis ab ſchiſmate quid diſtet, oſtendimus. Illud demõſtrare iam proximũ eſt (Quod nos promiſimus ſecundo loco dicturos) Quæ ſit una Eccleſia, quã columbã & ſponſam ſuam, Chriſtus appellat. Ergo Eccleſia una eſt, cuius ſanctitas de ſacramẽtis colligitur. Nõ de ſuperbia perſonarum ponderatur. Ergo hanc unam columbam & dilectam ſponſam ſuam, Chriſtus appellat. Hæc apud omnes hæreticos & ſchiſmaticos eſſe non poteſt. Reſtat ut uno loco ſit. Eam tu frater Parmeniane, apud uos ſolos eſſe dixiſti: Niſi forte quia uobis ſpecialem ſanctitatem de ſuperbia uindicare contenditis, ut ubi uultis, ibi ſit Eccleſia: & non ſit, ubi non uultis. Ergo ut in particula Aphricę in angulo paruæ regiõis, ut apud uos eſſe poſsit, apud nos in alia parte Aphricæ non erit. In Hiſpanijs, in Italia, in Gallia, ubi uos non eſtis, non erit. Si apud uos tantummodo eſſe uultis, in tribus Pãnonijs, in Dacia, Miſia, Thracia, Achaia, Macedonia, et in tota Grę cia, ubi uos non eſtis, non erit. Vt apud uos eſſe poſsit. In Ponte, Gallatia, Cappadocia, Pamphilia Phrygia, Cilicia, et in trib. Syrijs, et in duabus Armenijs, & in tota Ægypto, & in Meſopotamia, ubi uos non eſtis, non erit. Et per tot innumerabiles inſulas, & cæteras prouincias, quæ numerari uix poſſunt, ubi uos non eſtis, non erit.

Eccleſia Catholica non in ſola parte Donati eſt, ſed per totum orbem diffuſa.

Nomina prouinciarum.

Vbi ergo erit proprietas Catholici nominis, cum inde dicta ſit Catholica, quod ſit rationabilis et ubiq; diffuſa? Nam ſi ſic pro uoluntate ueſtra in anguſtũ coarctatis Eccleſiam: Si uniuerſas ſubducitis gẽtes, ubi erit illud, quod filius Dei meruit? ubi erit quod libenter ei largitus eſt pater, in ſecundo pſalmo dicens. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Vt quid tale infringitis promiſſum, ut a uobis mittatur quaſi in quendam carcerem latitudo regnorum? Quid tantæ pietati obſtare contenditis? Quid contra Saluatoris merita militatis? Permittite filium poſsidere conceſſa: Permittite patri promiſſa complere. Cur ponitis metas? Cur figitis limites? Cũ a Deo patre Saluatori tota terra promiſſa ſit, non eſt quicquam in aliqua parte terrarum, quod a poſſeſsione eius uideatur exceptum.

Catholica unde dicitur.

Promiſſum patris ad Chriſtũ

ceptum. Tota eſt donata terra, cum gentibus totius orbis Chriſto, una poſſeſsio eſt. Hoc probat Deus qui ait. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Et in ſeptuageſimo primo Pſalmo, de ipſo Saluatore ſic ſcriptum eſt. Dominabitur a mari uſq; ad mare: Et a fluminibus uſq; ad terminos orbis terrarũ.

Pater dum donat nihil excipit: Vos ut concedatis unciam, totam libram auferre conamini. Et adhuc nitimini ſuadere hominibus, apud uos ſolos eſſe Eccleſiam: auferentes meritum Chriſto: negantes præſtitutum a Deo. O ueſtra ingrata & ſtulta præſumptio. Chriſtus uos cum cæteris in ſocietatem regni cœleſtis inuitat, & ut cohæredes ſitis hortatur: Et uos eum in hæreditate ſibi a patre conceſſa, fraudare laboratis, dum Aphricæ partem conceditis & totum terrarum orbem, qui ei a patre donatus eſt, denegatis. *Iniquitas Don. cõtra Chriſtum*

Quid mendacem uidere uultis ſpiritum ſanctum, qui in Quadrageſimo Octauo Pſalmo, Omnipotentis Dei beneuolentiam narrat, dum dicit. Deus Deorum Dominus locutus eſt, & uocauit terram, ab ortu ſolis uſq; ad occaſum. Vocata eſt ergo terra, ut caro fieret, & ſicut legitur, facta eſt, & debet laudes creatori ſuo. *Laus Dei in Eccleſia per uniuerſum orbem terræ*

Deniq; commemoratur, ſpiritu ſancto hortante, & dicente, in CXII. Pſalmo, dum dicit. Laudandum nomen domini ab ortu ſolis uſque ad occaſum. Et iterum in XCV. Pſalmo: Cantate domino canticum nouum. Si hunc uerſum ſolum diceret, poſſetis dicere, quia uos ſolos hortatus eſt ſpiritus ſanctus. Sed ut oſtenderet, quia non ad uos ſolos dictum eſt: Sed & ad Eccleſiã, quæ ubiq; eſt, ſecutus eſt dicens. Cantate Domino omnis terra: pronunciate in gentibus gloriam ipſius, in omnibus populis mirabilia eius. Pronunciate, inquit, in gentib: non dicit in particula Aphricæ, ubi uos eſtis. Pronunciate, inquit, in omnibus populis: Qui omnes populos dixit, neminem excepit. Et uos ſolos ab omnibus populis, de quibus hoc mandatum eſt, ſeparatos uos eſſe gratulamini. Et uultis uos ſolos eſſe totum, qui in omni toto non eſtis. Laudandum, inquit, nomen domini, & a tota terra, & ab ortu ſolis uſq; ad occaſum. Nunquid Pagani extra legales poſſunt cantare Deo, aut laudare nomen Dei. Et non ſola Eccleſia, quæ in lege eſt, quã niſi apud uos tantummodo dicitis, fraudatis aures Dei. Si uos ſoli laudatis, totus tacebit orbis, qui eſt ab ortu ſolis uſq; ad occaſum. Clauſiſtis ora omniũ Chriſtianarum gentium: Indixiſtis ſilentium populis uniuerſis, Deum per momenta laudare cupientibus. Igitur ſi & Deus debitas ſibi laudes expectat: & ut ſonẽt, ſpiritus ſanctus hortatur, & totus orbis quod debet, paratus eſt reddere, ne fraudetur Deus: etiã uos ipſi laudate cũ omnib. aut quia noluiſtis eſſe cum omnibus. Soli conticeſcite ergo: quia probamus eã eſſe Eccleſiã Catholicã, quę ſit in toto terrarum orbe diffuſa. Eius iam commemorandæ ſunt, & uidendũ ubi *Scelus & ſtultitia ſeparationis in Don.* *Fraudant Deũ laude omnium populorum.*

ſint,quinq; dotes,quas tu ſex eſſe dicis, inter quas Cathedra eſt pri-
ma. Vbi niſi ſederit Epiſcopus,coniungi alter ad eos non poterit. Si
orte,+ſcienti ignoras,diſce:Ignorātia tibi adſcribi nõ poteſt + ſcirite in urbe Ro-
ma Petro Primo Cathedrā Epiſcopalē eſſe collatā:In qua ſederit o-
+Cephas mniũ Apoſtolorũ caput Petrus:Inde Chefas appellatus eſt, in quo
uno Cathedræ unitas ab omnibus ſeruaretur. Nec cæteri Apoſtoli
ſingulas ſibi quiſq; defenderent. Vt iā ſchiſmaticus et peccator eſſet,
Succeſsio Ro. Pon.in ſede Petri. qui contra ſingularē Cathedrā,alterā collocaret.Ergo Cathedra uni
ca,quæ eſt prima de dotib.ſedet prior Petrus. Cui ſucceſsit Lynus,
+Anacletus Lyno ſucceſsit Clemēs, Clemēti + Anicletus, Anicleto + Euchariſt9,
+Euariſtus Vide Auguſt. Epiſtola 165 Euchariſto Sixtus,Sixto Theleſpor9,Theleſporo Iginus, Igino A-
nicetus,Aniceto Pius,Pio Soter,Soteri Eleutherius, Eleutherio Vi
ctor,Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrban9,
Vrbano Pontianus, Pontiano Antherus,Anthero Fabianus,Fabi
ano Cornelius,Cornelio Lucius,Lucio Stephanus,Stephano Six-
tus,Sixto Dionyſius,Dionyſio Fœlix,Fœlici Eutychianus,Eutychi
ano Gaius,Gaio Marcellinus,Marcellino Marcell9,Marcello Euſe
bius,Euſebio Miltiades,Miltiadi Syluester,Syluestro Marc9,Mar
co Iulius,Iulio Liberius,Liberio Damaſus,Damaſo Siricius hodie,
qui noſter eſt ſocius: Cum quo nobis totus orbis cõmertio formata
Cathedra Donatiſtarũ Romæ qualis eſt. rũ,in una cõmunionis ſocietate concordant. Veſtræ Cathedrę uos
originē reddite,qui uobis uultis ſanctā Eccleſiā uindicare.Sed et ha-
bere in urbe partem aliquā dicitis:ramus eſt ueſtri erroris,protentus
de mendacio,nõ de radice ueritatis. Deniq; ſi Macrobio dicatˀ,ubi
illic ſedeat.Nunquid poteſt dicere,in Cathedra Petri? Neſcio quā ſi-
ne loculis nouit,& ad cuius memoriā nõ accedit quaſi ſchiſmaticus,
Rom.12. contra Apoſtolũ faciens,Qui ait,memorijs ſanctorũ cõmunicantes.
Ecce pręſentes ſunt ibi duorũ memorię Apoſtolorũ.Dicite ſi ad has
add., +eũ uiderunt. ingredi + populi:ita,ut obtulit illic , ubi ſanctorũ memorias eſſe con
Succeſsio Donatiſtarum in urbe,ex ſola Africa. ſtat.Ergo reſtat,ut fateatur ſocius uidelicet Macrobius , ſe ibi ſedere
ubi aliquando ſedit Encolpius.Si & ipſe Encolpius poſſet interroga
ri,diceret, ſe ibi ſedere ubi ante ſedit Bonifacius Ballitanus. Deinde
ſi et ipſe interrogari potuiſſet, diceret, ubi ſedit Victor Garbenſis,a
forte + erraticos. ueſtris iā dudũ de Africa ad paucos + ceraticos miſſus.Quid eſt hoc,
quod pars ueſtra in urbe Ro.Epiſcopũ ciuē habere nõ potuit? Quid
eſt,ꝙ toti Africæ peregrini,in illa ciuitate ſibi ſucceſsiſſe noſcuntur?
Victor Garbenſis primus Sectæ in urbe propagator. nõ apparet dolus? nõ factio, quæ mater eſt ſchiſmatis? Interea Vi-
ctor Garbenſis, ut hinc prior mitteretˀ,non dico lapis in fontē:Quia
nec ualuit puritatē Catholicę multitudinis perturbare, ſed quia qui-
busdam Afris urbica placuerat commoratio.Et hinc a uobis profe-
cti uidebantur,ipſi petierunt,ut aliquis hinc,qui illos colligeret,mit-
forte,+actor. tetur.Miſſus eſt igitur Victor,erat ibi filius ſine patre + atro ſine prin
cipe,diſcipulus ſine magiſtro,ſequens ſine antecedēte,Inquilinus ſine
domo,

domo, hoſpes ſine hoſpitio, Paſtor ſine grege, Epiſcopus ſine popu-
lo. Non enim grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter
quadraginta, & quod excurrit, baſilicas locū, ubi colligerēt, nō habe
bant. Sic ſpeluncam quandam foris a ciuitate gradib. ſepſerunt,
ubi ipſo tempore conuenticulū habere potuiſſent: unde Montenſes
appellati ſunt. Igitur, quia Claudianus Luciano, Lucianus Macro-
bio, Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victo- *Succeſsio nume*
ri ſucceſsiſſe uideatur. Si Victori diceretur, ubi ſederit, nec ante ſe ali *ro parua.*
quem illic fuiſſe monſtraret. Nec Cathedram aliquam, niſi peſtilē
tię oſtenderet. Peſtilētia enim morbis extinctos homines ad Inferos *Cathedra peſti*
mittit. Qui inferi portas ſuas habere noſcuntur, contra quas portas, *lentiæ.*
claues ſalutares accepiſſe legimus Petrū, principem ſcilicet noſtrum: Matth. 16
Cui a Chriſto dictū eſt. Tibi dabo claues regni cœlorū, & portę in-
ferorū nō uincent eas. Vnde eſt ergo, quod claues regni uobis uſur
pare cōtenditis, qui cōtra Cathedrā Petri, ueſtris præſumptionibus *Claues regni ſi*
et audacijs, ſacrilegio militatis? Beatitudinē repudiantes, qua laudari *bi uſurpant.*
meruit, Qui non abijt in conſilio impiorū, & in uia peccatorū non
ſtetit, & in Cathedra peſtilētię nō ſedit. In conſilio impietatis itū eſt a *Donatiſtæ in*
maiorib. ueſtris, ut diuiderēt Eccleſiā. Iuerunt etiam peccatorū uiam, *conſilio impio*
dum Chriſtū partiri conati ſunt, cuius Iudæi nec ueſtimenta ſcindere *rum per diuiſionem.*
uoluerunt: Cū Apoſtolus Paulus clamet & dicat, Nunquid diuiſus 1. Corint. 1
eſt Chriſtus? & utinam ſi iam malam uiam intrauerant, agnito pecca
to, ſuper ſe reuerterentur .i. emendarent, quod errauerant: Reuoca
rēt, quā fugauerant pacē, hoc erat de uia reuerti. In uia enim ambula *Steterūt in uia*
tur, non ſtatur: Sed quia parentes reuerti noluerunt, ipſos conſtat in *peccatorum.*
uia peccatorum ſtetiſſe: Quorum greſſus impleuerat furor, retentos
ligauit pigra diſcordia: Et ne regredi ad meliora potuiſſent, ipſi ſibi
+ſchiſmaticis compedes poſuerunt, ut in errore ſuo pertinaciter ſta-
rent, ne ad pacem, quam deſeruerant, reuerti potuiſſent. Nec audie- +ſchiſmatis
runt ſpiritum ſanctum, dicentē in Pſalmo triceſimo tertio: Diuerte
a malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam: Sed ſteterunt
in uia peccatorum ſuorum. Sederunt etiam in Cathedra peſtilen *Sederunt in Ca*
tiæ, quæ (ut ſupra diximus) ſeductos mittit ad mortem. Sed & dum *thedra peſtilen*
uos parentum errorem colentes, ſtudioſe defenditis, hæredes ſceleris *tiæ.*
eſſe uoluiſtis, cum filij pacis uel ſero eſſe poſſetis: cum in Ezechiele Ezech. 18.
Propheta ſcriptum ſit. Extolle uocem tuam ſuper filium peccatoris,
ne ueſtigia patris ſequatur: Quoniam anima patris mea eſt, & ani-
ma filij mea eſt. Anima quæ peccat, ſola punitur: Si diſpliceret uobis
quod parentes ueſtri peccauerunt, de admiſſu ſuo ſoli redderent ra-
tionem, hoc modo uel uos Beati eſſe poſſetis, & laudem de ore pro-
phetæ percipere, qui ait in Pſalmo primo. Beatus uir, qui non abijt
in conſilio impiorum, & in uia peccatorum non ſtetit, & in Cathe-
dra peſtilentiæ non ſedit; ſed in lege domini fuit uoluntas eius.

uoluiſti,ut diceres. Nam in illa Eccleſia quis ſpiritus eſſe poteſt, niſi qui pariat filios gehennæ? Vomuiſti de pectore tuo conuitium, & putaſti adiungendum eſſe de Euangelio teſtimonium, ubi lectum eſt: Væ uobis hypocritæ, qui circuitis maria & terras, ut faciatis unū proſelytum, & cum inueneritis, facitis eum filium gehennæ dupliciter, quam uos eſtis. Si hoc conuitium faciendum erat, quod nō licet: quamuis ſine cauſa fiat. Vtinam aliquis ex ueſtro numero hoc dixiſſet, & tamen te hoc dixiſſe ſatis admiror, id falſo in alterum dicere: ex quo ſi ordinationem tuam conſyderes, poſsis & erubeſcere. Matth. 23

Commemoraſti enim lectum eſſe in Euangelio. Væ uobis hypocritæ, qui circuitis maria & terras, ut faciatis unum proſelytum, hoc eſt, ut mutetis alicuius ſectam. Tu quidem cuius ſectæ fueris neſcio, Tamen importune a te dictum eſſe æſtimo, quod te iam forte huius dicti pœniteat. Nunquid nos aliquas peragrauimus terras? Nunquid nos aliqua circumiuimus maria? Nunquid nos ad peregrinos acceſsimus portus? Nunquid nos aliquem adduximus Hiſpanum & Gallum? Aut nos ordinauimus ignorantibus peregrinum? Nam & fontem unum eſſe de dotibus, unde hæretici non poſſunt uel ipſi bibere, uel alios potare. Quia ſoli, ſigillum integrum (id eſt Symbolum Catholicum) non habentes, ad fontem uerum aperire non poſſunt. Nam cū in Canticis Canticorum ſcriptum eſt, Sit umbilicus tuus, ut crater tornatilis: Vmbilicum altare affirmare conatus es. Si umbilicus membrum eſt in corpore, inter dotes eſſe non poteſt, quod membrum eſt. Si ornamentum eſt, pars corporis non eſt. Reſtat iam ut dotes quinque eſſe uideantur. Quæ dotes, cum ſint Eccleſiæ Catholicæ (quæ eſt in tot prouincijs ſupra memoratis) Etiam apud nos hic in Aphrica deeſſe non poſſunt. Intelligite uel ſero, uos eſſe filios impios, uos eſſe ramos fractos ab arbore, uos eſſe abſciſos palmites a uite, uos riuum conciſum a fonte: Non enim poteſt eſſe origo riuus, quia paruus eſt, & non de ſe naſcitur: Aut arbor a ramo concidi, cum arbor fundata ſuis radicibus gaudeat, & ramus ſi fuerit excctus areſcat. Iam ne uides frater Parmeniane, iam ne ſentis, iam ne intelligis, te argumentis tuis contra te militaſſe? Cum probatum eſt, nos eſſe in Eccleſia ſancta Catholica, apud quos & Symbolum Trinitatis eſt, Et per Cathedram Petri, quæ noſtra eſt: Per ipſam, & cæteras dotes apud nos eſſe. Etiam ſacerdotium, quod in nobis ad nulla reuiſus eſt, in excuſatione erroris & liuoris ueſtri, dum poſt nos rebaptizatis & poſt ſocios ueſtros in peccato detectos, hoc non facitis. Dixiſti enim, quod ſi ſacerdos in peccato ſit, ſolæ poſſint dotes operari. Igitur, quia docuimus & quid ſit hæreſis, et quid ſit ſchiſma, & qd ſancta Eccleſia, & huius ſanctę Eccleſię eſt cōſtitutã perſona, et hãc eſſe Catholicã, q̄ in toto ſit orbe terrarū diffuſa: Cuius mem-

Parm. contra ſeipſum.

Catholici non ſunt alicuius ſectæ.

Cant. 7

Donatiſtæ ſunt rami fracti, & palmites abſciſi.

fonte, adnullare niſus es.

Recapitulatio dictorum.

Quamuis ab ea† ſi ſolemus, laudare uoluiſti, numerando dotes: In quarum numero ſatis erraſti, & in dicendo, quia ipſa eſt hortus concluſus, & fons ſignatus, et unica ſponſa: Hoc nos de noſtro dicimus. Nam tu de alieno locutus es. Quicquid de laudibus Eccleſiæ dicere potuiſti, Nos priores eadem loquimur. Traditores uobiſcum & ipſi dãnamus, eos uidelicet, quos ſane nimis in primo libro demõſtrauimus: & cum ſit nobis cum uniuerſo terrarum orbe communio, ex uniuerſis prouincijs nobiſcũ. Sic iam dudum duas Eccleſias comparare uoluiſti, quaſi ſola habeat Africa populos Chriſtianos, in qua uitio ueſtro duæ uidentur partes effectæ, Et dum immemor factus es Chriſti, dicentis, Vnam eſſe ſponſam ſuam, Tu in Africa non dixiſti duas eſſe partes, ſed duas Eccleſias. Certe una eſt, quæ ex uoce Chriſti meruit indicari, qui ait: Vna eſt columba, una eſt ſpõſa mea. Et tu huius uocis oblitus, ad inuidiam Catholicis faciendam, hijs locutus es uerbis. Neq; enim Eccleſia dici poteſt quæ cruentis morſib. paſcitur, & ſanctorum ſanguine & carnibus opimatur. Certa membra ſua habet Eccleſia, Epiſcopos, Presbyteros, diaconos, miniſtros, & turbã fideliũ. Dicite cui generi hominũ in Eccleſia noſtra hoc poſſit adſcribi, q̃d obijcere uoluiſti: Specialiter nomina aliquẽ miniſtrũ, oſtende aliquem Diaconum nomine ſuo, Indica hoc ab aliquo factum eſſe presbytero, Proba hoc Epiſcopos admiſiſſe, Doce aliquẽ noſtrum cuiquam inſidiatum eſſe. Quis noſtrum quemq̃ perſecutus eſt: quem a nobis perſecutum eſſe, aut dicere poteris aut probare? Quia tibi unitas diſplicet: Hoc ſi crimen putas, argue nos Theſſalonicenſibus, Corinthijs, Gallatis. Septem Eccleſijs, quæ ſunt in Aſia, communicaſſe: Si nefas tibi uidetur, aut ſi reatũ putas, memorijs Apoſtolorũ & ſanctorum omnium communicaſſe: hoc nos feciſſe, nõ ſolum non negamus, ſed etiam gloriamur. Sed ut oſtendã, partẽ ueſtram (ut dixi) cruentis morſibus paſtam, Chriſtianorum ſanguine opimatam, a principio ſuo ueſter iam rabidus commemorandus eſt furor: iam ueſtra repetenda impietas, iam ſtultitia demonſtranda. In quo prius eſt oſtendere, erubeſcendam lætitiam ueſtram, & gaudia criminoſa, quod uobis ad priſtini erroris libertatem factam eſſe conſtitit. Recenſite tempora, diſcutite rationes rerum, diſsimilia uota, & perſonas diuerſas attendite. Redeat in memoriam Conſtantinus Imp. Chriſtianus, quẽ famulatũ exhibuerit Deo, quæ habuerit uota, ut, remotis ſchiſmatibus, intermortua omni diſſenſione, ſub toto cœlo filios ſuos gaudens, in †uno uideret ſancta mater Eccleſia. Reddiderat unam communione maritis uxores, parentibus filios, fratribus fratres: Quibus rebus Deus ſe lætari teſtatur, dum dicit. Quam bonũ & quam iocundum, habitare fratres in unum. Etenim cum Africanos populos & Orientales, & cæteros tranſmarinos, pax una coniungeret, & ipſa unitas, repræſentatis omnibus mẽbris, corpus

† iſto alienus

In Africa non duæ ſunt Eccleſiæ ſed duæ partes.

Calumnia Par. contra Catholicos Africæ.

Crimina Donatiſtarum.

Pax & concordia Chriſtianorum, ſub Conſtantino Imp.

† unum

Pſalm. 132

corpus Eccleſiæ coagularet. Dolebat hoc diabolus, qui ſemper de fratrum pace torquetur: Illo tempore ſub Imperatore Chriſtiano, deſertus in Idolis, tanquam incluſus tacebat in templis. Hoc eodem tempore duces & principes ueſtros merito religauerunt ſua in Eccleſia: Nulla fuerant ſchiſmata, nec Paganis licebat exercere ſacrilegia: Pax a Deo placato, apud omnes Chriſtianos populos habitabat: diabolus mœrebat in templis, uos in regionibus alienis.

Dolor Diaboli de pace Eccleſiæ.

Deinde ut omnibus notum eſt, ſecutus alius Imperator, uobiſcum uota ſiniſtra concipiens, ex famulo Dei factus eſt miniſter inimici, Apoſtatā ſe edictis ſuis teſtatus eſt: Quem precibus rogaſtis, ut reuerti poſſetis. Quas preces, ſi uos negatis miſiſſe, nos legimus. Nec difficultatem prębuit, quem rogaſtis, ire pręcepit pro uoto ſuo, quo intellexerat ad hijs turbandum pacem, cum furore eſſe uenturos. Erubeſcite ſi ullus eſt pudor. Eadē uoce uobis libertas eſt reddita, qua uoce Idolorum patefieri iuſſa ſunt templa: Eiſdem pene momentis ueſter furor in Africā reuertitur, quibus diabolus de ſuis carceribus relaxatur. Et nō erubeſcitis, qui uno tempore cū inimico cōmunia gaudia poſsidetis. Veniſtis rabidi, ueniſtis irati, membra laniantes Eccleſiæ: Subtiles in ſeductionib. in cædibus immanes, filios pacis ad bella prouocantes. De ſedibus ſuis multos feciſtis extorres, cum conducta manu uenientes, Baſilicas inuaſiſtis, multi ex numero ueſtro per loca plurima (quæ † ſub nominibus dicere longum eſt) cruentas operati ſunt cædes, et tam atroces, ut de talibus factis, illius temporis iudicibus relatio mitteretur. Sed interuenit et occurrit iudicium dei, ut ille, qui uos iam dudū redire iuſſerat, Imperator prophanus & ſacrilegus, moreretur. Qui perſecutiones uobis prouocantibus, iam miſerat aut mittere diſponebat. Operata eſt apud loca ſupradicta in Catholicos trucidatio: Memoramini per loca ſingula, quid fuerint ueſtri diſcurſus. Nonne de numero ueſtro fuerunt Fœlix Diabenſis, & Ianuarius flumen Piſtenſis, & cæteri, qui tota celeritate incurrerunt ad caſtellum Lemellenſe: ubi cum contra importunitatem ſuam uiderent Baſilicam clauſam, præſentes iuſſerunt comites ſuos, ut aſcenderent culmina, nudarent tecta, iactarēt tegulas, imperia eorum ſine mora completa ſunt: Et cum altare defenderent Diaconi Catholici, tegulis plurimi cruentati ſunt, duo occiſi ſunt. Primus filius Ianuarij, & Donatus filius Nini, urgētibns & præſentibus Coepiſcopis ſupra memoratis, ut ſine dubio de uobis dictū ſit: Veloces pedes eorū ad effundendū ſanguinē. De qua re Primoſus, Epiſcopus Catholicus, loci ſupra memorati, in concilio ueſtro apud Theueſtinā ciuitatē q̄ſtus eſt et querelas ei9 diſsimulāter audiſtis. Ecce a uobis factū eſt, q̄d dixiſti Eccleſiā nō eſſe, quę cruētis morſib. paſcit. Et aliud ſunt, milites miſsi, aliud Epiſcopi ordinati. Quod contra nos inuidioſe loqmini, ab alijs factū eſt, nō a nobis: Quod dicitis nō de-

Iulianus Imperator Apoſtata

Donatiſtarum gaudiū de Iuliano.

Cruentæ cædes & uiolentia

† ſuis

Deuaſtatio Baſilicarum.

Pſalm. 13

Calumniator in Catholicos.

debuiſſe fieri,uos feciſtis. Cõmemoraſti et B. Apoſtolum Paulum di xiſſe. Sine ruga & ſine ſorde Eccleſiã eſſe debere: Epiſcopis ueſtris iu bentibus & præſentibus, ſupra altare Catholici diaconi occiſi ſunt. Similiter & apud Carpos nonne uidentur inexpiabiles ſordes. In Mauritaniæ ciuitatibus uobis intrantibus quaſſatio populi facta eſt. Mortui ſunt in uteris matrum, qui fuerant naſcituri. Non tibi uide tur ruga, quæ non poſsit ullis ſatisfactionibus tendi aut explanari? Quid tale a nobis admiſſum eſt? nos expectamus uindicem Deũ, & inuidiam facitis ✝ in caris. Quod ſi aſpere aliquid fecit pro unitate, le ue eſſe uideri poterit: Dum uos pro diſſenſione tanta mala, acerba, cruenta & hoſtilia feceritis. Quid commemorem Thipaſam Cæ ſarienſis Mauritanæ ciuitatem? Ad quã de Numidia Vrbanus For menſis, & Fœlix Idicrenſis, duæ faculæ, incenſæ liuoribus, cucurre runt: qui & horũ in pace poſitorũ animos perturbantes, nonnullo rum officialiũ & fauore & furore iuuante, & Athenio præſide præ ſente cũ ſignis, Catholica frequẽtia exturbata & cruẽtata, de ſedibus ſuis expulſa eſt: lacerati ſunt uiri, tractæ ſunt matronæ, Infantes neca ti ſunt ✝ Ab adicti ſunt partus. Ecce ueſtra Eccleſia, Epiſcopis duci bus, cruentis morſib. paſta eſt. Poſt hoc etiã aliud addidiſti. Quan tum uult conſummat edacitas uulturum, tamen maior eſt numerus columbarum. Vbi eſt, quod uulgo dicitur, Memoriam cuſtodem habere ✝ eſſe mendacem? Oblitus es, quod paulo ante dixiſti, Eccleſiã unã columbam Chriſti in Canticis canticorũ dictã. Si una eſt apud uos Eccleſia, una eſt columba: Quid eſt, quod dicere uoluiſti, nume rus maior eſt columbarũ? Et quod uobis leue uidetur, facinus im mane commiſſum eſt, ut omnia ſacroſancta ſupra memorati ueſtri Epiſcopi uiolarent. Iuſſerũt Euchariſtiã canib. fundi: Nõ ſine ſigno diuini iudicij. Nam ijdẽ canes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos, qua ſi latrones, ſancti corporis reos, dente uindice, tanquam ignotos & inimicos laniauerũt. Ampullã quoq; Chriſmatis per feneſtrã, ut fran gerẽt iactauerũt. Et cũ caſu adiuuaret abiectio, nõ defuit manus an gelica, quæ ampullã ſpiritali ſubuectione deduceret, proiecta caſum ſentire non potuit, Deo muniente, illæſa inter ſaxa conſedit. Et poſ ſent iſta ✝ non fieri, ſi mandata Chriſti in memoria haberetis? qui ait. Ne dederitis ſanctum canibus, neq; miſeritis margaritas ueſtras an te porcos: Ne conculcent pedibus ſuis eas, & conuerſi elidant uos. Quid tale ab operarijs unitatis fieri potuit, unde nobis Catholicis ua nam inuidiam facere laboratis? Inde reuertentes Vrbanus For mẽſis & Fœlix Idicrenſis, inuenerunt matres, quas de caſtimoniali bus fecerũt mulieres. Ecce quales, frater Parmeniane, Epiſcopos cele bras, Et cum pro tuis erubeſcere debueras, Catholicos innocẽtes ac cuſas. Interea ſupra memoratus Fœlix inter crimina ſua, et facinora nephanda, ab eo cõprẽhenſa puella, cui mitrã ipſe impoſuerat, a qua paulo

Ephe.5

Crudelia facta Don. in Mauri tania.

leg. 4 Macario

Crudelitas duo rum Epiſcopo rum in Catho licam plebem

✝ abacti

Parme. contra rius ſibiipſi, de columbis

✝ oportet

Cant. 6

Miraculũ circa Euchariſtiam & Chriſmatis ampullam.

✝ ne

Matth. 7

Epiſcopi Don. Caſtimonialiũ Stupratores.

forte † inde. *Depoſitio Epiſcopi Catholici á ſchiſmatico facta.*

paulo ante pater uocabatur, nepharie inceſtare minime dubitauit. Et quaſi de peccato ſanctior fieret, † ſedi uelociter properauit. Sic Donatum annorum Septuaginta Epiſcopum, hominem innocentē ſpoliare auſus eſt Epiſcopali nomine & officio & honore. Venit ſchiſmaticus ad Epiſcopum Catholicum: Ad innocentē reus, ad dei ſacerdotem ſacrilegus, inceſtus ad caſtum, ad Epiſcopum iam non Epiſcopus: ſed de palatio et de coniuratione ueſtra ſecurus, ueſtris legibus & decretis armatus: Manus, quas paulo ante peccata craſſauerāt, capiti innocentis iniecit, Et de illa lingua auſus eſt ferre ſententiā, quæ iam nec ad pœnitentiam agendam uel idonea uidebatur.

Qualis Donatiſtarū ſanctitas.

Ecce quales, frater Parmeniane, defendis: Ecce pro qualibus iam dudum dotes operari dixiſti: Etiam uos ipſi, qui ſancti & innocentes uideri ab hominibus uultis, dicite, unde eſt iſta ſanctitas, quā uobis licētius uſurpatis? quam Ioannes Apoſtolus profiteri non audet, qui

1 Ioan. 1. ait. Si dixerimus, quia peccatum nō habemus, nos ipſos decipimus, et ueritas in nobis non eſt. Hoc qui dixit, ſapiēter ſe ad Dei gratiam reſeruauit. Eſt enim Chriſtiani hominis, quod bonum eſt uelle, & in Deo, quod bene uoluerit, currere, ſed homini non eſt datum perficere: ut poſt ſpacia, quę debet homo implere, reſtet aliquid deo ubi deficienti ſuccurrat. Quia ipſe ſolus eſt perfectio, & perfectus ſolus dei filius Chriſtus: Cęteri oēs ſemi perfecti ſumus. Quia noſtrū ē uelle, noſtrū eſt currere, Dei pficere. Vnde B. Apoſtolus Paulus ait: Neq; uolētis neq; currentis, ſed ad Dei gratiā pertinētis. Nam & a Chriſto ſaluatore noſtro, perfecta ſanctitas nō eſt data, ſed pmiſſa. Denique ſic ait. Sancti eritis, quia & ego ſanctus ſum: Solus eſt, ſanctus et perfectus. Deniq; non dixit, ſancti eſtis, ſed ſancti eritis dixit. Vnde eſt ergo, quod uobis perfectam ſanctitatem de ſuperbia uindicatis? niſi ut appareat, quia uos ipſos decipitis, & ueritas in uobis non eſt, Ioannis ſchola eſſe noluiſtis, Cum enim ſeducitis aliquos, promittitis, uos indulgētiam peccatorum eſſe daturos: & cum uultis donare peccata, ueſtram profitemini innocentiam: & remiſsionem peccatorum ſic datis, quaſi nullum habeatis ipſi peccatum. Non eſt iſta præſumptio, ſed deceptio: Nec ueritas, ſed mendacium. Etenim inter uicina momenta, dū manus imponitis & delicta donatis: Mox ad altare conuerſi, dominicam orationem prætermittere non poteſtis, Et utiq; dicitis, Pater noſter, qui es in cœlis, dimitte nobis debita & peccata noſtra. Quid uocaris dum peccata confiteris tua? ſcis an tu es, dum dimittitis aliena? hoc modo & uos ipſos decipitis, & ueritas in uobis non eſt. Sed ut apparet hoc uobis dicit, nutrix ueſtra Superbia: quā Chriſtus in Euangelio teſtificatur. Quia & ſi nomina ueſtra non dixit, per ſimilitudinem tamen ueſtros mores oſtendit. Sic enim ſcriptum eſt. Dicebat Ieſus hanc ſimilitudinem, propter eos qui ſe ſanctos putant, & contemnunt cæteros. Hoc de uobis dictum

Nemo perfecte ſanctus in hac uita. *Roma. 9.* *Leui. 19.* *Superba de ſanctitate præſumptio.* *Donatiſtæ ſeipſos conuincunt mendacij de peccato.* *Similes Phariſeo de ſanctitate ſua iactanti.*

eſſe, ipſa res euidenter oſtendit: Dum uos quaſi ſanctos extollitis,
& nos manifeſte aperteque contemnitis. Duo (inquit) aſcenderunt *Lucæ 18*
in templum adorare, unus Phariſæus, & unus Publicanus. Pha- *Superbia Phariſæi.*
riſæus tumidus, ſuperbus, inflatus, talis, quales et uos uidemus, Non
humiliato corpore, non inclinata ceruice: ſed erecta facie, & tumen-
ti pectore, Gratias tibi (inquit) Deus, quia nihil peccaui. Hoc eſt di-
cere Deo, non obeo quod ignoſcas. Hoc inſanus furor, hoc punien
da & damnanda ſuperbia. Deus paratus eſt ignoſcere, & reus fe-
ſtinat indulgentiam recuſare. Publicanus humilis, hominem ſe
eſſe cognoſcens, ſic rogauit dicens, Propitius eſto mihi peccato-
ri, Sic iuſtificari meruit. Sic ſuperbia infra ſe in Phariſæo, ma-
giſtro ueſtro, de templo damnata deſcendit. Meliora ſcilicet peccata
ſunt cum humilitate, quam innocentia cum ſuperbia. Denique
cum uobis traditionis & ſchiſmaticis grauia peccata non deſint, In-
ſuper & ſuper nos eſſe gratulamini. Nunc quoniam erubeſcenda *Profunda Donatiſt. impietas*
gaudia ueſtra probauimus, & furor ueſter tot locis oſtenſus eſt: Re-
ſtat de profunda impietate ueſtra aliquid dicere. Nam omnia, quæ
a uobis fiũt aut facta ſunt, quis poterit explicare? Sic cũcta malignita
te quadã ordinaſſe uos conſtat, ut in una ſpecie operis ueſtri, ſpecies
alias impleretis: ut dum presbyter aut Epiſcopus deijcitur, ſic popu-
lus caperet. Quomodo poſſet turba hominũ ſtare, quæ rectorẽ ſuũ *Quare deponunt Catholicos paſtores.*
eliſum eſſe conſpiceret? Non aliter, quã quocũq; caſu paſtore occiſo,
lupi craſſantur, +Exſorcidiaſtis & lauiſtis ſine cauſa parietes, ut hoc *forte + exorcizaſtis aut Exſcrebdaſtis.*
nequitiæ genere ſubrueritis ſimpliciſſimorũ hominũ mẽtes: Talibus
cõſilijs ueſtris, nonnullorum animi iugulati ſunt. Et ſub nube ſim
plicitatis, obcæcato lumine, ut miſeros ſterneretis, ſagittas ſub phare
tra pectoris ueſtri ſeductionibus præmiſiſtis: ut de uobis ſpiritus ſan *Quales ſunt eorum ſagittæ.*
ctus per Dauid Proph. in Pſalmo prædixerit. Qm̃ ecce peccatores *Pſalm. 10*
intenderunt arcũ: parauerunt ſagittas in pharetra ſua, ad ſagittãdos
obſcura luna rectos corde. Quid a uobis minus factũ eſt ueſtris con
filijs? Sagittati ſunt innocẽtes, Exarmati fideles, honore nominis ſui
ſpoliati ſunt ſacerdotes. O impietas inaudita, quæ iugulas inter pœ-
nitentiæ tormenta ſecure. In comparatione operis ueſtri, latronũ *Peiores ſunt latronibus.*
leuior uidetur immanitas: Vos unũ facitis homicidiũ: latro iugulans
dat de morte compendium: paupertate ſenſus ſui circumuenti ſunt,
q̃s decipere potuiſtis. Perfecti enim fuerãt illi, opere ſcilicet Dei, qui
in eius nomine fuerãt ordinati: Ecõtra, uos cõtra opus Dei hoſtiliter
militantes, diuinũ opus militię uectibus deſtruentes. Apparet ergo
de uobis eſſe in x. pſal. Quoniam quę tu perfeciſti, ipſi deſtruxerunt: *Opera eorum Deo contraria*
Fecit uos ſuperbos impietas ueſtra, ſed accuſat uos proſpiciẽs de cœ
lo iuſtitia. Et iniqua uos gerentes error hominũ laudat, ut de uobis
in ix. pſalmo dixerit ſpiritus ſanctus. Quoniã laudatur peccator in de
ſiderijs animæ ſuæ: & qui iniqua egerit, benedicetur. Quid iniquius,

quam exorcizare ſpiritum ſanctum: altaria frangere: Euchariſtiã animalibus proijcere. Et ut in errorem uos ueſter populus mittat, laudando fœlices appellant, & bene nominãt, & per uos iurant, et perſonas ueſtras iam pro Deo habere noſcunt. Solet Deus ad probandam fidẽ in iuratione ab hominibus nominari: Sed cum per uos iuratur, iam apud ueſtros de Deo & Chriſto ſilentiũ eſt. Si ad uos diuina migrauit de cœlo religio, quia per uos iuratur, nemo ueſtrum aut ueſtrorũ langueat: nolite mori: imperate nubibus, pluite ſi poteſtis: ut per uos plenius iuretur, & de Deo ſileatur. Nam & prioribus ſæculis, ut templa fabricarentur, & Idola fierent, Quid a ueſtro populo diabolus potuit amplius facere? Nihil aliud, niſi ut de Deo taceretur, dũ per errores homines de ſolo diabolo loquebantur. O † ſacrilegiũ impietatis commiſſum, dum homines per uos iurãtes libenter auditis, & uocẽ Dei auribus non admittitis ueſtris. Qui in ciij. pſalmo ſic ait. Ne tetigeritis unctos meos, neq; in prophetas meos manum miſeritis. Vnctos autem eſſe et reges et ſacerdotes, & libri regnorum indicant. Et Dauid in Pſalmo cxxxij. ſic ait, Sicut unguentum quod deſcendit in barbam Aaron. Et tamen uos contra iiſdem uiribus, conati eſtis præcepta contẽnere: Quibus, qui dominũ timent, mandata conãtur implere. Docete ubi uobis mandatũ eſt, radere capita ſacerdotum, cum econtrario ſint tot exempla propoſita, fieri non debere. Saul antequam peccaret ungui meruit: poſt unctionem non leuiter offendit. Hoc Deus cum uideret, propter oleum non tangendũ, uolens exempla proponere, pœnitentiã profeſſus eſt. Sic enim legitur dixiſſe dominũ. Pœnitet me unxiſſe Saul in Regem. Et utiq; potuit Deus oleũ quod dederat auferre: Sed cum uoluit docere, non debere contingi oleum etiam peccatorum, ipſe qui dederat, pœnitentiam geſſit. Igitur Deus ſi, ut te doceret, quod dedit auferre nõ potuit, per quod noluit: Tu qui eſt ut auferas quod nõ dediſti? et qui parare debebas aures ad audiendum, paraſti nouaculam ad delinquendum.

Iurare per homines, & non potius per deũ, grauiſſima impietas eſt.

† ſacrilegum

Vnctio ſacerdotum contemni non debet.

Donatiſtæ radebant capita eorum, quos deponebant ſacerdotum.

1. Reg. 15

Et cum poſſetis eſſe filij Dei, hominum eſſe uoluiſtis, & ad inſignendum mortuum honoribus alienis, dentes ueſtros in ſagittas & arma uertitis: linguas acuiſtis in gladios, Impleſtis quod de uobis in Pſalmo lvi. ſcriptum eſt. Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Ergo linguas ueſtras acuiſtis in gladios, quas mouiſtis in mortes, non corporum, ſed honorum. Iugulaſtis non membra, ſed nomina. Quid prodeſt, quia uiuunt homines, & honore occiſi ſunt a uobis? ualent quidẽ membris, ſed erepta portant funera dignitatis. Extendiſtis enim manum, & ſuper omne caput mortifera uelamina prætendiſtis: ut cum ſint (ſicut ſupra dixi) quatuor genera capitum in Eccleſia, Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorũ, & fidelium. Nec † cum parcere uoluiſtis: euertiſtis animas hominũ. Hos actus ueſtros odit Deus, in Ezechiele Propheta

Cur Donatiſtæ filij hominum dicuntur.

Inique depoſuerunt Catholicos ab honoribus.

Peccauerunt in omnem ætatem & ſtatum.

lego † uni

pheta cũ dicit. Væ facientes uelamen, hoc eſt, imponentibus manũ, *Ezech. 13*
ſuper omnem ætatẽ ad euertendas animas. Inueniſtis pueros, de pœ
nitentia ſauciaſtis, ne aliqui ordinari potuiſſent: Agnoſcite uos ani-
mas euertiſſe. Inueniſtis fideles antiquos, feciſtis pœnitentes: Agnoſ
cite uos animas euertiſſe. Inueniſtis Diaconos, presbyteros, Epiſco-
pos, feciſtis Laicos: Agnoſcite uos animas euertiſſe. Socius & co *Iudicarunt alie*
mes ueſter iam dudum fuerat, cui nũc manus inferre conatus es, pari *num ſeruũ, Ca-*
ter currebatis: facillum peccaſſe, cum peccatum non eſſe conſtet. Iace *tholicum ſcili-*
bat ut æſtimas: ſi Apoſtolũ legiſti, tu uide cui ſtes, & ille cui iaceat: *cet.*
Si ſeruus es, dominum recognoſce, et intellige, quia non tibi iacebat, Roma 14
qui tecum paulo ante currebat. Quid in poteſtatem alienam inru-
is? Quid temerarius Dei tribunal aſcendis? Et cum ipſe ſis reus, in
alterum audes ferre ſententiam. Et legiſti, Qui ſtat, domino ſtat
ſuo: Et qui iacet, domino ſuo iacet. Potens eſt autem dominus eius,
ſuſcitare eum, Tu quis es, qui de ſeruo alieno iudices? Oleum ſacer- 1. Reg. 16
doti a Deo conlatũ, non debuiſſe tangere, a puero Dei Dauid diſce- *Cur Dauid Saul regem no-*
re debuiſtis, qui ſic per Samuel ungitur, ut Sauli quod iam dudũ da- *luit occidere.*
tum fuerat, minime tolleretur. Denique uel cum Deo iubente uel euen 1. Reg. 24
tu procurante, una eos ſpelunca concluderet: uenerat in poteſtatẽ
pueri Dauid Saul, qui peccauerat: Videtur non uidens, ideo quod
a maiori lumine (ut fieri aſſolet) in caligine clauſus, alterũ iuxta ſe ui-
dere non potuit. Innumerabiles antiquum Regem ſequebantur &
exercitus, ſed ipſe rex in poteſtatem uenerat alienam. Occaſionem *Elegans hiſto-*
uictoriæ Dauid habebat in manibus, incautum & ſecurum aduerſa *riæ narratio.*
rium, ſine labore poterat iugulare, & ſine ſanguine & conflictu mul
torum, poterat bellum per compendium mutare in cædẽ. Et pueri
eius & occaſio ſuadebant: Ad uictoriam opportunitas hortabatur.
Stringere iam cœperat ferrum, ire iam cœperat armata manus ho-
ſtiles in iugulos. Sed obſtabat plena diuinorum memoria mandato-
rum, hortantibus ſe pueris et accuſantibus contradicit, Tanquam & hoc
diceret: Sine cauſa me uictoria prouocas: fruſtra me occaſio in trium
phos inuitas. Volebat hoſtem uincere, ſed prius eſt domini diuina
præcepta ſeruare. Nunquid mittã manus in unctũ domini? Repreſ-
ſit cum gladio manum: et dum timuit oleũ, ſeruauit inimicũ. Et cum 2 Regum 1.
compleret obſeruantiam, uindicauit occiſum. Vos nec Deum time-
tis, nec fratres agnoſcitis, in corde liuoris acuitis nouaculas linguæ. *Donatiſtæ ho-*
Et diuina præcepta calcantes, miſerorum properaſtis in capita: ut *nores ſacerdo-*
in captiuitatem cæcos aut imperitos populos, iugulatis ducibus, tra *tum eſuriũt in-*
hatis: Eſuritis honores innocẽtium ſacerdotum. Vnde furori ueſtro *explebili gut-*
tanta fames innata eſt, ut guttura ueſtra ſepulchra patentia feceri- *ture.*
tis. Vnicuique ſepulchro ſufficit unum funus, & clauditur: gutturi
ueſtro honorum funera minime ſufficiunt, & adhuc patent, dum
aliquos quæritis deuorare, Vt merito de uobis dictum ſit: Sepul-

C ij chrum

Pſalm.5 chrum patens eſt guttur eorum. Nam & de maledictione præſumi-
Rom.12 tis,cum ſcriptū ſit.Benedicite & nolite maledicere. Quiſquis contra
Maledictiones Don. contra catholicos. ueſtram uoluntatem fecerit, intentatis terrores, maledicta prætendi
tis. Et quia aliqui homines, plus mali mereri poſſunt, quam boni:
† animas quicquid iudicium Dei aut peccati meritum fecerit, † amans ueſtris
Pſalm.13 maledictionibus uindicatis: Merito,quia de uobis dictum eſt.Os e-
orum maledictione,& amaritudine plenum eſt. Gloriamini,quod
Occidi homo uarijs poteſt modis. uobis maledicentibus, aliqui homines mori potuerunt: Certe non
licet occidere. An ideo uos putatis innocentes, quia ferro uſi nō
eſtis? Innocentem ſe & uenenarius iudicet, ſi in ſolo ferro eſt ho-
micidium: Non ſibi uideatur reus, qui alterum ſubducto cibo neca-
uerit .Innocentem ſe iudicet,qui ſpirandi prohibita facultate,ſuffoca
lego † Necis uerit uiuere cupientem . † Nec hijs multa ſunt genera, ſed unum
nomen eſt mortis. Maledictionibus tuis cum fiducia hominem
lego † lingua. †angua percutias, indubitanter homicida es,ſi per te mortuus fue-
erit qui uiuebat. Quiſquis talis ex uobis eſt, fruſtra ſe Chriſtia-
num aut ſacerdotem Dei profitetur. Qui lenitatem Dei ignorat:
Sapien.1 Quoniam Deus mortem non fecit,Nec lætatur in perditione uiuo-
Depoſiti a Donat. Quatuor Epiſcopi. rum. Credo uos obliuiſci non poſſe ,quid per loca aliqua feceritis,
Occidere contra iuſsionem Dei dicentis.Et in Prophetas meos ma-
Pſalm.103 nus ne miſeritis.Deuterium,Partenium, Donatum, & Getulicum,
Dei Epiſcopos,linguæ gladio iugulaſtis:Fundentes ſanguinem non
corporis, ſed honoris. Vixerunt poſtea homines, ſed a uobis occiſi
ſunt in honoribus, Dei ſacerdotes.Multis notū eſt & probatū, per-
ſecutionis tempore Epiſcopos aliquos, inertia a cōfeſsione nominis
Irruerunt in unctionem dei. Dei delapſos thurificaſſe, & tñ nullus eorū qui euaſerunt, aut manū
lapſis impoſuit,aut ut genua figerent imperauit.Et facitis uos hodie
Pſalm.103 poſt unitatē,quod a nullo factū eſt poſt thurificationem: Quia ſcri-
ptū eſt. Ne tetigeritis unctos meos, neq; in Prophetas meos manū
miſeritis,Oleum ſuum defendit Deus, Quia ſi peccatū eſt hominis,
unctio eſt tñ diuinitatis.Ne tetigeritis(inqt)unctos meos: Ideo,ne
dū peccatū hominis percutit, & oleū quod Dei eſt feriatur. Iudicio
ſuo Deus ſeruauit rē ſuam, & tamē uos paſsim inruiſtis in alienam.
forte † uiuentes necaſſe. Corrumpentes omnium fœlicitatem:Neq; maior infœlicitas,quam
Iniuriæ Don. in pueros & uirgines. Dei ſacerdotes † uiuere neceſſe eſt. Quot fuerunt matronæ, pueri
ſimul & uirgines,a uobis coactæ,nullo interueniente peccato,Salua
innocentia & pudicitia, uobis docentibus pœnitentiam gerere didi
forte † ſexu uexaſtis. cerunt.Nunquid minor eſt infœlicitas,cōtritas † ſexui ixaſtis ætates?
Qualis a Don, indicta fuit pœnitentia. Vere de uobis dictum eſt in Pſalmo xiij. Contritio & infœlicitas
in uijs eorum,& uiam pacis non cognouerunt: Non eſt timor Dei
ante oculos eorum. Indixiſtis pœnitentiam plebibus, Nec e-
nim acta eſt ab aliquo, ſed a uobis exacta: Nec æqualibus ſpacijs
temporū,ſed egiſtis omnia pro perſonis,alter anno toto,alter mēſe,
alter

alter uix tota die: imperantibus uobis pœnitentiam geſsit. Si unitati conſentire (ut uultis) peccatum eſt, ſi eſt ſimilis culpa, quare non eſt æqualis pro eodē reatu pœnitentia? Dubiū non eſt, eſſe populū credentium Iſrael, id eſt, qui mente Deum uideat, & tamen has plebes coegiſtis flectere & inclinare ceruices, Et ✝ ſeri capitum iniunctam maſſam pœnitentiam facere. Has plebes dolet Deus per Ezechielem dicens. Væ filiabus Iſrael, quæ ſarciunt ceruicalia, id eſt, membra ceruicis, ut ſupponant ſub cubito & ſub manu. Vtique ſub cubitibus & ſub manibus ueſtris, cum ſuper earum capita uelamina pœnitentiæ tenditis. Quæ impietas ueſtra & furor oſtenſus eſt, & ſuperbia demonſtrata. Etiā ſtultitia fuerat reuelāda, ſed hāc in ſexto libro demonſtrabo.

forte, ferre

Ezech. 13

Plebibus iniuſte pœnitentia impoſita.

Explicit Liber Secundus.

ARGVMENTVM LIBRI TERTII.

Hic tertius liber continet quatuor cauſas, quibus effectum eſt, ut non ſine aſperitate unitas fieret. Primā, quod Baſilicas ſchiſmatici non neceſſarias fecerint. Secundam, quod Donatus Carthaginem prouocauit, ut unitas fieret. Tertiam, quod Donatus Bagaienſi ✝ Sterelliones collegit, ut operarios unitatis impediret. Quartam, ſine uoluntate Dei nihil eſſe factum.

✝ Circumcelliones.

INCIPIT LIBER TERTIVS.

EX hijs quibus putant aliqui, unitati eſſe faciendum conuitium, ſatis, ut ar bitror, in ſecundo libello de Eccleſia, quæ ſponſa eſt Chriſti, & de eius do tibus, et de hæreditate diximus Salua toris: conſequens eſt, Primo ſchiſma ticorum errores oſtendere. Deinde, quæ fuerit cauſa, ut unitas fieret. Ter tio, quæ fuerit, ut miles ✝ moretur armatus. Ab operarijs unitatis mul ta quidem aſpera facta ſunt, ſed ca quæ imputatis Lentio, Macario uel Taurino, imputate maioribus ueſtris: qui (ſicut in Propheta ſcriptū eſt) ut uobis ſtupeſcerent den tes, ipſi uuas acidas comederunt. Illis primo, qui populum Dei diui ſerunt, & Baſilicas fecerunt non neceſſarias. Deinde Donato Car thaginis, qui prouocauit, ut unitas proximo tempore fieri tempta ret. Tertio Donato Bagaienſi, qui inſanam collegerat multitudinē, à qua & Macarius uiolentiam pateretur, ad ſe, & ad ea qui ferebat tutanda, armati militis poſtulauit auxilium. Venerunt tunc cum pharetris armigeri, repleta eſt unaquæquè ciuitas uociferantium: nunciata unitate, fugiſtis omnes. Nulli dictum eſt, nega Deum. Nul li dictum eſt, incende teſtamentū. Nulli dictū eſt, aut thus pone, aut Baſilicas dirue. Iſtæ enim res ſolent Martyria generare. Renunciata eſt unitas: ſola fuerant hortamenta, ut Deus & ſpiritus eius, a popu lo in unum conueniente, pariter rogaretur. Nullus erat primitus ter ror, Nemo uiderat uirgam, Nemo cuſtodiā, ſola (ut ſupradiximus) fuerant hortamenta. Timuiſtis omnes, fugiſtis, trepidaſtis: ut pro certo uobis dictum ſit, quod in Pſalmo liij. ſcriptum eſt: Trepidaue runt ubi non erat timor: Fugerunt igitur omnes Epiſcopi cum Cle ricis ſuis, aliqui ſunt mortui, qui fortiores fuerunt, Capti longe re legati ſunt. Et tamen horum omnium nihil actum eſt cū uoto no ſtro: Nihil cū conſilio, nihil cum conſcientia, nihil cum opere: Sed ge ſta ſunt omnia in dolore Dei, amare plorātis, et ultionē aquæ, quam contra interdictum iterū mouiſtis: traducentes ad uos aquam anti quæ piſcinæ, ſed neſcio an cū illo piſce, qui Chriſtus intelligitur: Qui in lectione Patriarcharum legitur in Tigride flumine præhenſus cuius fel & iecur tulit Tobias, ad tutelam fœminæ Sarræ & ad illu minationē Tobiæ non uidētis: Eiuſdē piſcis uiſceribus Haſmodeus dæmon

✝ mitteretur.

Aſpera contra Donatiſtas executio per manū militarem.

Ezech. 18

Perſecutio contra ſchiſma non contra Chriſti fidem.

Fuga Donatiſtarum.

Non Catholici ſed Deus ipſe eam perſecutionē procurauit.

Eſaiæ 22.

Chriſtus figuratus in piſce Tobiæ.

Tobiæ 6

dæmon a Sarra puella fugatus eſt, Quæ intelligitur Eccleſia, & cæci
tas a Tobi excluſa eſt. Hic eſt piſcis, qui in baptiſmate per inuocati
one fontalibus undis inſeritur, ut quę aqua fuerat a piſce etiã piſcina
uocitetur. Cuius piſcis nomen ſecundũ appellationẽ grçcam, in uno
nomine per ſingulas literas turbans auctorũ nomen continet Ixort:
Quod eſt Latinum Ieſus Chriſtus, Dei filius, Saluator. Hanc uos
piſcinam, quę in omni catholica per totum orbem terrarum, ad uitã
generis humani, ſalutaribus undis exuberat: Tranſduxiſtis ad uolun
tatem ueſtram, & ſoluiſtis ſingulare Baptiſma, ex quo Baptiſmate
hominibus muri ſancti ſunt ad tutelam, Et feciſtis quaſi alteros mu-
ros, nullum nouum ædificium facientes: non potuiſtis inſtruere, niſi
dirueretis. Et quale poteſt eſſe ædificium, quod de ruina conſtitui-
tur: Hanc rem per Eſaiã Proph. Deus dolet, & flet, cum dicit filiam
ſui generis eſſe contritam: genus Dei eſt non habere genus, qui ex ſe
eſt, & ✝ manet ma. Similis eſt & aqua, quam modo legimus, in cuius
aquę iniuria, indicat Deus lachrymas ſuas, quas uos feciſtis: Quas te-
ſtatur nulla poſſe conſolatione ſiccari, cum ad uos loquitur, dicens.
Miſſum me facite, amare plorabo: Nemo poterit conſolari me in cõ
tritione filię generis mei. Hoc loco defenditur innocẽtia noſtra, cum
Deus cum dolore iracundiã uobis indicat ſuam: Dum et cauſas pro-
dit & traditiones oſtendit. Denique non ait, in Syon, ſed in ✝ uia eius
ualle ſunt celebrata: Non in illo monte Syon, quem Syria Pa-
leſtina a muris Hieruſalem paruus diſterminat riuus. In cuius uerti-
ce, eſt non magna planicies, in qua fuerant ſeptem Synagogę, ubi Iu-
dæorũ populus conueniens, legem, per Moyſen datam, diſceret po-
tius, ſed ubi nulla lis audita eſt, nec ab aliquo celebratum iudicium,
nec aliqua eſt illic ab ullo iudice lata ſententia: Quia locus erat do-
ctrinæ, non controuerſiæ poſt doctrinam. Si quid agendum erat,
intra muros Hieruſalem agebatur. Inde ſcriptum eſt in Eſaia Pro-
pheta. Ex Syon prodiet lex, & uerbum domini de Hieruſalem.
Non ergo in illius montis Syon Eſaias aſpicit uallem, ſed in mon-
tem Syon, qui eſt Eccleſia: Qui per omnem orbem Romanum, ca-
put tulit ſub toto cœlo. In quo monte a Deo patre filius Dei regẽ
ſe conſtitutum eſſe, gratulatur in Pſalmo primo, dicẽs. Quoniã regẽ
cõſtituit me ſuper Syon montẽ ſanctũ ſuũ: utique Eccleſiã, cuius rex &
ſpõſus & caput eſt. Nõ in illo monte, ubi non illæ ſunt portæ, quas
diligit Deus, ſed mõte Eccleſiæ, qui ſpiritaliter appellaĩ. Cuius Eccle
ſiæ portas introeunt innocẽtes, iuſti, miſericordes, cõtinentes, & uir
gines in Pſal. lxxxv. dũ dicit. Fundamenta eius in montib. ſanctis, di
ligit dñs portas Syon: Nõ illius corporalis mõtis, ubi iam nullæ ſunt
portę: Et poſt uictorias Veſpaſiani Imp. uix antiquarũ extãt indicia
ruinarũ. Eſt ergo ſpiritalis Syõ Eccleſia, in qua a deo patre rex cõſti
tutus eſt Chriſtus, quæ eſt in toto orbe terrarũ: In q eſt una Eccleſia

Fons Baptiſmi cur piſcina dicitur.

Peccatum Donatiſtarum contra baptiſmum Eccleſiæ.

Eſaiæ 22

Ego. ✝ in æternum manet.

Vindicta Dei in Don. propter iniuriã baptiſmi.

Eſaiæ 22.

✝ una

Mons Syon ſpiritualiter Eccleſiam Catholicã ſignificat.

Eſaiæ 2

Chriſtus conſtitutus a Deo, rex in monte Syon.

Pſalm. 2

Pſalm. 86

Hic Pſalm. 85. eſt, ſi primi duo pro uno computantur, iuxta antiquos.

Spiritualis Syon Eccleſia Catholica eſt.

Catholica. Nam Syon Eccleſiam eſſe & alio loco ſanctiſsimus Da-
Pſalm. 147
uid Propheta teſtatur, dicens. Lauda Deum tuum Syon, qui confor-
tauit ſeras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te: Singulos intel
Superuacanea templa Don. in Africa.
ligimus montis. Et dum non in toto monte uidit & Eſaias, ſed
in ualle, hoc eſt; ſola Africa, In qua ſola cum ſufficerent templa Dei
quæ fuerant, alia facere uoluerunt principes ueſtri. Et in qua ſola de-
iecti ſunt muri & aqua ſancta, & piſcina tranſuerſa eſt, & nouitas
contra antiquitatem a uobis inſtituta eſt. Hoc totum Deus in uallē
Eſaiæ 22.
montis Syon, & interrogat & increpat, dicens. Vt quid hoc factum
eſt uobis? ideo, quoniam aſcendiſtis in templa ſuperuacanea.
Alia eſt hic in textu translatio, quam ea eſt qua nos utimur
Vnaquæq; ciuitas repleta eſt uociferantium: Vulnerati tui, non uul
nerati gladio, & mortui in te, nō mortui bello, in errore ſunt a mini
mo uſq; ad maximum: Errantes in montibus omnes principes tui,
in uirgam conuerſi ſunt: Et qui capti ſunt, grauiter alligati, & forti-
ores tui longe fugati ſunt. Miſſum me facite, amare plorabo. Nemo
me poterit conſolari in contritione filię generis mei. Et aſcendent E-
Elamitæ.
lamitæ cum Pharetris: Elamitæ latina lingua dicuntur chori caſtro-
rum, et ſecutus eſt dicens. Penetralia ueſtra deferentur ad publicum,
Culpa perſecutionis ipſis imputatur a Deo Donatiſtis.
& ſecreta domus Iſrael nudabuntur. Hoc in Africa factum eſt, et to
tum hoc in Africa factum eſſe indicauit Deus, dum uobis imputat
dicens: Quoniam conuertiſtis aquā antiquæ piſcinæ ad ciuitatem
ueſtram, & deieciſtis muros Hieruſalem, ut faceretis alteram muni-
tionem, et conſtituiſtis aquam inter duas munitiones: & ad piſcinam
antiquam attēdere noluiſtis, nec ad eum, qui ab initio creauit illam.
Iam uides frater Parmeniane, ad uos redundare omnia, a quorum
principibus harum rerum omnium ſeminata eſt cauſa. Deinde
Donat. Carthaginenſis cauſa præcipua perſecutionis.
ad Donatum Carthaginenſem, cuius ueneficio uidetur unitatis ne-
gocium eſſe commotum. In quo oſtendam operarios eius non pro
uoluntate noſtra, nec ſua malitia aliquid feciſſe: Sed prouocantibus
atq; impellentib. cauſis, quas Donatus Carthaginis leuitate ſua con
ſtituit, dum magnum ſe uideri contendit. Quem enim latet præter
Eleemoſynæ Impe. ad pauperes Eccleſiarū in Africa.
te, quia peregrinus es, & potuerunt tibi falſa narrari. Aut quis nega
re poteſt rem, cui tota Carthago principaliter teſtis eſt, Imperatorē
Conſtantem, Paulum & Macarium primitus non ad faciendam
unitatem miſiſſe, ſed cum eleemoſynis: quibus per Eccleſias ſingulas
poſsit reſpirare, ueſtiri, paſci, gaudere paupertas. Qui cum ad Do-
Maledicta Donat. contra Impe. & præfectos.
natum, patrem tuum, uenirent, & quare uenerant indicarent: Ille
ſolito furore ſuccenſus, in hæc uerba prorupit. Quid eſt Imperatori
cum Eccleſia? & de fonte leuitatis ſuæ, multa maledicta effudit: Non
minus quam in Gregorium aliquando, ad quem ſic ſcribere minime
dubitauit. Gregori macula Senatus, & dedecus Præfectorum, & cę
tera talia: cui Donato prę fatus patientia Epiſcopali reſcripſit: harum
epiſtolarum exemplaria multorum ore ubiq; cantantur. Iam tunc
meditaba-

meditabatur,contra præcepta Apoſtoli Pauli,poteſtatibus & regi-
bus iniuriã facere,pro quibus,ſi Apoſtolũ audiret , quotidie rogare *Orandum pro Poteſtatibus.*
debuerat.Sic enim docet B.Apoſtolus Paulus. Rogate pro Regib. 1. Tim. 2
& Poteſtatibus, ut quietam & tranquillã uitam cum ipſis agamus. Ro.Imp. Liba-
Non enim Reſp.eſt in Eccleſia,ſed Eccleſia in Rep.eſt,id eſt,in Imp. *nũ uocat Chriſtus.*
Romano, Quod Libanũ appellat Chriſtus in Canticis Canticorũ, Cant. 4
cum dicit. Veni ſponſa mea,†inuenta de Libano,id eſt,de Imperio † *ueni*
Rom. ubi & ſacerdotia ſancta ſunt, & pudicitia & uirginitas , quæ
barbaris Gentibus non ſunt:& ſi eſſent, tota eſſe non poſſent. Me-
rito Paulus docet , orandum eſſe pro Regibus & Poteſtatibus:Etiã
ſi talis eſſet Imperator,qui gentiliter uiueret,Quanto quod Chriſtia- *Conſtans Imp. religioſus.*
nus,quanto quod Deum timens , quanto quod religioſus, quanto
quod miſericors,& ipſa res probat.Miſerat enim ornamenta domi
bus Dei,miſerat pauperib. eleemoſynam, nihil Donato,Cur ergo
inſaniuit? cur iratus eſt?cur quod miſſum fuerat repudiauit? Et cum *Proteruiſſimus*
illi qui miſsi fuerant , ei dicerent , ſe ire per prouincias ſingulas , & *ille Donatus*
uolentibus accipere ſe daturos:ille dixit,ubique ſe literas premiſiſſe,
Ne id quod adlatum fuerat,pauperibus alicubi diſpenſaretur. † O *forte* † Hoc
conſulere miſeris , O prouidere fuerat pauperibus , O peccatori-
bus ſubuenire :Clamat Deus dicens.Ego ſum qui feci pauperem &
diuitem: Non quia non potuit et pauperibus dare,Sed ſi ambobus
daret,peccator,qui ſibi ſuccurrerent,inuenire non poſſet.Deniq; ſic
ſcriptũ eſt.Quemadmodũ aqua extinguit ignẽ,ſic eleemoſyna extin- Eccle. 3
guit peccatũ.Certe iã apud deũ ſunt ambo, et qui dare uoluit, et qui
obſtitit,ne daretur.Quid ſi iam dicat Deus Donato,Epiſcope,quid
uis fuiſſe Conſtantem? Si innocentem, quare ab innocente accipere *Iuſta increpatio Dei ad Donatum.*
noluiſti?Si peccatorem,quare non permiſiſti dare,propter quem fe-
ci pauperem? Sub hac interrogatione qualis futurus eſt? quid de le-
uitate & furore laborauit tantis pauperibus impedire? Carthaginis *Elatio Donati*
principatum ſe tenuiſſe crediderat: Et cum ſuper Imperatorem non *ſuper Imp.*
ſit, niſi ſolus Deus, qui fecit Imperatorem: Dum ſe Donatus ſuper
Imperatorem extollit,Iam quaſi hominum exceſſerat metas,et ſe, ut
Deum,non hominẽ æſtimaret:Non uerendo eum , qui poſt Deum
ab hominibus timebatur. Denique per Ezechielem increpat ſpi-
ritus ſanctus Principem Tyri, id eſt, Principem Carthaginis , Cum *Donatus ille Princeps Tyri typice dictus*
per Prophetam hĳs loquitur uerbis. Fili hominum, dic aduerſus
Principem Tyri.Hęc dicit dominus Deus,quia exaltatũ eſt cor tuũ,
& dixiſti.Ego ſum Deus. Tyrum Carthaginem eſſe, primo Eſaias Ezech. 28 Eſa. 23
probat,in quo legitur uiſio ſuper Tyrũ. Et ſequitur. Vlulate naues
Carthaginis.Carthaginem ipſam eſſe etiam mundanæ literæ pro-
teſtantur:Et ſi ſit alia ciuitas,quæ hoc nomine cõtinetur,nihil in alia
uidetur factum, quod apud Carthaginẽ conſtat admiſſum.Loque-
re(inquit Deus)aduerſus Principẽ Tyri: Non aduerſus ſæcularem Ezech. 28

aliquem

aliquem regem dicit eſſe loquendum, nec ad multos ſed ad unum, hoc eſt, Donatum Epiſcopũ. Neq; enim faceret Prophetam Ezechi

lego + nominasi.

Superbia illius Donati.

elem, quẽ proxime + non in naui, niſi Epiſcopo comparare, Qui ſibi (ut diximus) principatũ Carthaginis uindicabat, Qui exaltauit cor ſuum, & ab hominibus ſibi ſuperior uidebatur: Et ſub ſe omnes etiã ſocios ſuos, habere uoluiſſet, de quorum oblationibus nunquam eſt dignatus accipere. In qua re media eſt fides, et deus Chriſtus eius, & querelæ multorum, quibus in ipſa ſocietate hanc iniuriam faciebat: ſolus ſecre o neſcio quid ageret, & poſtea cæteris perfunctorie miſceretur, modo exaltatum eſt cor eius, ut ſibi iam non homo, ſed Deus fuiſſe uideretur. Deniq; & in ore populi raro eſt appellatus Epiſcopus, ſed Donatus Carthaginis dicebatur. Et merito princeps Tyri, id eſt, Carthaginis, appellari & increpari meruit: Quia primus Epiſcoporum, quaſi plus eſſet ipſe quam cæteri, Et dum nihil humanum uoluit habere, exaltauit cor ſuum: Non ſicut cor Dei: dũ a cæteris hominib. aliquid plus eſſe cupiebat. Ad quem Deus ſequitur dicens. Dixiſti ego ſum Deus. Ideo, qa quamuis non ſit uſus hac uoce: Tamen aut fecit aut paſſus eſt, quod defectum huius uocis impleret.

Donatus ille uoluit timeri ac uenerari, ſicut Deus.

Extulit cor ſuum, ut nullum hominem ſibi comparandum arbitraretur: Et tumore mentis ſuæ altior ſibi uiſus eſt eſſe. Quicquid eſt ſupra homines, iam quaſi Deus eſt. Deinde cum Epiſcopi Deo debebant famulari, tantum ſibi ipſos exigit, ut eum non minori metu omnes uenerarentur, quam Deum. Hoc eſt, quod ſibi Deus uiſus eſt. Et cum per ſolũ Deum ſolent homines iurare, paſſus eſt homines per ſe ſic iurare, tanq; per Deũ: In quo ſi unuſquiſq; hominũ errauerat, ipſe prohibere debuerat: Cũ non prohibuit, Deus ſibi uiſus eſt.

Diuidere cum Deo populum auſus fuit.

Deinde cum ante ipſius ſuperbiã, omnes qui in Chriſto crediderant, Chriſtiani uocarẽtur, auſus eſt populum cum Deo diuidere, ut qui illum ſecuti ſunt, iam non Chriſtiani uocarentur, ſed Donatiſtæ: Et ſi quando ad eum aliqui ex aliqua Africana prouincia ueniebant.

Iniqua contra catholicos querela, de occiſis a Macario.

Vindicauerit Macarius ſi nihil offenderant, qui occiſi eſſe dicuntur. Sed Macarius reus, in eo quod ſolus nobis neſcientibus, & uobis prouocantibus fecit. Quare nobis fit inuidia, cum aliena ſunt facta? Et in uobis eſt cauſa, quia propter uos, qui foris fuiſtis, quanquam & nunc foris eſſe uideamini, eueniſſe dicitur: Non propter nos, qui intus habitamus, & nunquam de radice receſsimus.

Exempla ſcripturæ de iuſte occiſis.

Exod. 32 Num. 25 3. Reg. 18

Textus noſter habet de Moyſe 21, et de Phinees 24 millia.

Exodi 20

Sed quia ſupra memoratas perſonas per ordinem diximus, uideamus quare Moyſes tria millia hominum iuſsit occidi, Quare Phinees duo, Et quare Elias quadringentos & quinquaginta: Quare Macarius duos, quorum nomina quotidie (ut ſupra dixi) flabella inuidiæ uentilatis. Conſtat in eos uindicaſſe, a quibus iuſsio diuina contempta eſt. Nam non tibi facies ſculptile, Dei uox eſt; Et, non facies adulterium, eiuſdem

dem Dei uox eſt: Non ſacrificabis Idolis, idem Deus locutus eſt.
Et non facies ſchiſma: Et quære pacem, & conſequeris eam: eiuſdem
præceptum eſt. Temporibus Moyſi populus Iſrael caput uituli *Cauſe occiſionis iuſtæ*
coluit, quod illis ſacrilega flamma conflauit, ideo tria millia homi-
num occidi meruerunt, quia Dei uox uidebatur eſſe contempta.
Phinees adulteros uno ictu percuſsit, laudari a Deo meruit: quo-
niam diuinorum præceptorum contemptores occidit. Et quadrin-
gentos & quinquaginta, quos Elias occidiſſe legitur, ideo oc-
ciſi ſunt, quia contra iuſsionem Dei, per quod falſi uates erant,
Dei præcepta contempſerant. Et illi, quorum nominibus *Duo ex Donatiſtis a Macario iuſte occiſi.*
Macarium criminatis, nec a falſis uatibus longe ſunt. Quia uos
Deus dixit futuros eſſe falſos uates, quod proximo loco probatu-
ri ſumus: Et dum pacem noluerunt reſpicere, ne in uno cum fratri-
bus habitarēt, contra pręcepta et contra uoluntatem Dei pertinaci-
ter obſtiterunt. Ergo uidetis a Moyſe, & Phinee, & Elia, & Ma-
cario ſimilia eſſe facta: quia ab omnibus unius Dei proceſſeruut uin-
dicta. Sed uideo uos hoc loco tempora ſeparare, ut alia fuerint tem- *Argumentum de alio tempore legis quam Euangelij.*
pora ante Euāgelium, alia poſt Euangelium: In quo poteſtis dicere,
quia ſcriptum eſt, ut a Petro iam gladius conderetur, quo auriculam
ſerui ſacerdotis abſtulerat, quo ſeruum potuerat quaſi deuotus Matth. 26
Petrus occidere: ſed Chriſtus pati uenerat, nō defendi. Et cogitatum
ſuum Petrus implere in paſsione Chriſti uidetur, Et ſeruus uindica-
ri, non populus liberari. Nam Macarius, gladium a Petro uagina *Macarius gladium nō eduxit*
conditum non eduxit. Hoc probat Deus, dum ad uallē Syon loqui- Eſaiæ 22.
tur dicēs. Vulnerati in te, non uulnerati gladio: Aut probate aliquē
illo tempore gladio eſſe percuſſum. Deinde ait: mortui in te, non
mortui in bello. Quare debetis attendere, nec temerarium ſit, eōs
martyres appellare, qui Chriſtianorum nullum ſenſerunt bellum. *Occiſi a Macario non ſunt martyres dicendi.*
Non enim tale aliquid factum aut auditum eſt, Quod in bello Chri-
ſtianorum dici aut fieri ſolitū eſt. Quod bellum perſecutio dicitur,
quæ operata eſt duabus beſtijs ex illis quatuor, quas Daniel de Danie. 7
mari aſcendentes aſpexit. Prima fuit ut Leo. Hæc erat perſecutio *Duæ perſecutiones nominis Chriſtianorū.*
ſub Decio & Valeriano. Secunda ut Vrſus, alia perſecutio,
quæ fuit ſub Diocleciano & Maximiano. Quo tempore fue-
runt & impij Iudices, bellum Chriſtiano nomini inferentes. Ex
quibus in prouincia Proconſulari (ante annos lx. & quod excurrit)
fuerat Anulinus, in Numidia Florus. Omnibus notum eſt, *Quale bellum eſt perſecutio.*
quod bellum Chriſtianis fuerat indictum, in templis dæmoniorum
diabolus triumphabat, immundis fumabant aræ nidoribus. Et
quia ad ſacrilegia uenire non poterant, ubicunque thus ponere
cogebantur. Omnibus locis templum erat aut ſcelus, Inquina-
bantur prope morientes ſenes, ignorans polluebatur infan-
tia, matribus parui liberi portabantur ad nefas, parentes incru-

enta

enta parricidia facere cogebantur. Alij urgebant templa Dei uiui ſubuertere, Alij Chriſtum negare, Alij leges diuinas accẽdere, Alij thura ponere. Horum aliquid a Macario factum eſſe, nec uos ipſi confingere poteritis. Sub perſecutore Floro Chriſtiani Idolorũ cogebantur ad templa: ſub Macario pigri compellebantur ad Baſilicam; Sub Floro dicebatur, ut negaretur Chriſtus et Idola rogarentur. Contra ſub Macario commonebantur omnes, ut Deus unus pariter in Eccleſia ab omnibus rogaretur. Si ſupra memoratos uideri martyres uultis, probate illos amaſſe pacem, in qua prima ſunt fundamenta martyrij: Aut dilexiſſe Deo placitam unitatem, aut habuiſſe cum fratribus charitatem. Nam omnes Chriſtianos fratres eſſe & in primo libello probauimus, & in quarto procul dubio probaturi ſumus. Quod dicitis debere appellari martyres: quia noluerunt fratres agnoſcere, nullam habuerunt charitatem. Ne dicatur ad excuſationem, quia traditoribus communicare noluerunt: Cum manifeſtiſſime probatum ſit, eoſdem ipſos filios fuiſſe traditorum. Nulla igitur eſt excuſatio, quia charitatem illos non habuiſſe manifeſtiſsime conſtat: Sine qua nullum nec nominari poteſt uel eſſe martyriũ, Sine qua maxima & imperioſa uirtus caret effectu: Sine qua nihil ualet et omnis ſcientia linguarũ: Sine qua nihil poteſt et iam ſocietas angelorũ, Apoſtolo Paulo dicente, Si habeam in me poteſtatẽ imperandi montibus, ut transferant ſe de locis in loca, & loquar omnium gentium linguis, etiã angelorum, & corpus meum flammis tradam, & charitatẽ in me non habeam, nihil ſum: Sed ero æramentum tinniẽs ✝ ut deſerto, ut pereat uocis opus, ubi nullus occurrit auditus. Si tanta res, Si Beatus Paulus, Si uas electionis, quamuis in imperioſa uirtute & angelorum ſocietate, pronunciat ſe nihil eſſe, niſi charitatem habuerit: Videte an non dicantur martyres, ſed aliquid aliud appellari mereantur, quia charitatis deſertores pro eadem deſertione pati aliquid potuerunt. Gaudet totus orbis de unitate Catholica, præter partem Africæ: In qua incendium de ſcintilla conflatum eſt ab operarijs unitatis, In qua crimina neſcio quæ eſſe commiſſa. Hoc non queritur Italia, non Hiſpania, non Pannonia, nõ Gallatia, non Græcia, non cum tot prouincijs ſuis Aſia: Quia nihil illic fuerat emẽdandum. Nullus illuc miſſus eſt (ut ita dixerim) ſartor, & hic in Africa iam dudum populo in unitate manente, ueſtis fuerat ſana, æmula manu inimici diſciſſa eſt. Pendebant quodammodo panni de una ueſtis origine, et de una radice ueniẽtes. Vt quid ſe ſupra alterum pannum alter pannus extollit, cum ſe meliorẽ ſe probare non poterit? Quid enim ſe dicat contemptus pannus in manibus conficientiũ. Simul fuimus apud Lotorem, pariter mundati ſumus: Inimicus nos uoluit ab inuicem excidere, Aduerſarius pulchritudinem noſtram uoluit deformare. In parte ueſtis adhuc unum ſumus, ſed in diuerſa pendemus.

Non fuit tale bellum a Macario contra Donatiſtas.

Cur non poſſunt dici martyres Donatiſtæ occiſi.

Non habuerũt charitatem.

1. Cor. 13

✝ in

Gaudet totus orbis de unitate.

Similitudo de conſciſſa ueſte unius panni.

pẽdemus. Quod enim ſciſſum eſt, ex parte diuiſum eſt, nõ ex toto.
Cum conſtet merito, quia nobis & uobis Eccleſiaſtica una eſt cõuer
ſatio, & ſi hominũ litigant mentes, non litigant Sacramenta. Denicꝫ
poſſumus et nos dicere, pares credimus, et uno ſigillo ſignati ſumus:
Nec aliter baptizati quam uos. Teſtamẽtum diuinum legimus pari
ter, unum Deum rogamus. Oratio dominica apud nos et apud uos
una eſt, Sed ſciſſa (ut ſupradiximus) parte, partibus hinc atcꝫ inde, pẽ
dentibus, ſartura fuerat neceſſaria. Et tamen huius rei artifex aut ope
rarius, dũ uult ueſtẽ in antiquã faciem reuocare, uicina fila compun-
git. Diſplicet tibi ſartor, qui ſciſſurã dum ſanat uulnerat. Ille tibi diſ-
pliceat, qui fecit ut ſartor peccare potuiſſet. Et quæ uos ab opera-
rijs unitatis dicitis eſſe cõmiſſa, aut ad parentes ueſtros pertinẽt: quo
rum cauſa facta ſunt, Aut ex uoluntate Dei deſcendũt: Nos tamen
inde alieni ſumus. Quid ſi quamuis aſpera, tamẽ (ut dixi) cum uolun
tate Dei uidẽtur eſſe commiſſa. Legimus enim in Ezechiele Prophe
ta. Parietem dealbatum, cui Deus cõminatus eſt tempeſtatem, plu
uiã & lapides petrouolos, & accuſationem. Erunt (inquit) falſi uates
qui ædificent ruinoſum parietẽ, dicentes pax pax, Et ubi pax? Recor
damini, quo modo a uobis iam dudũ matris Eccleſiæ mẽbra ab inui
cem deſtructa ſunt. Non enim unamquancꝫ domum ſemel ſeduce
re potuiſtis. Aut iuit uxor, & reſedit maritus: Aut parentes ſeducti
ſunt, & filij ſequi noluerunt: Aut ſtetit frater, ſorore migrante: par-
titionibus ueſtris diuiſa ſunt corpora & nomina pietatis. Et non
potuiſtis prætermittere, quod legitimum eſt. Vticꝫ dixiſtis pax uo-
biſcum: Cũ Deus contra, pax et ubi pax? hoc eſt dicere, quid ſalutas,
de quo non habes quid nomines? Quod exterminaſti, ſalutas de pa
ce. Hij (inquit) ędificant ruinoſum parietem: Domus Dei una eſt.
Qui foras exeuntes partem facere uoluerunt, parietem fecerũt, non
domum: quia non eſt alter Deus, qui alteram domũ inhabitet. Ideo
parietem feciſſe dicuntur falſi uates, in quo ianua fuerit conlocata,
quicuncꝫ intrauerit foris eſt. Nec lapidem habere angularem unus
paries poteſt, quia lapis eſt Chriſtus, duos in ſe ſuſcipiens populos:
unum de Gentibus: Alterum de Iudęis, cui nodo pacis iungit utrun
que parietem. Nam quod commoda habet Domus, tot incommo
da paries. Domus incluſa cuſtodit, pluuiam diffundit, latronẽ aut fu
rem, aut beſtiã non admittit: Sic & Eccleſia Catholica oẽs filios pacis
gremio & ſinu ſuo complectitur. Contra paries, qui eſt ædificatus
ruinoſus, nec lapidem angularem ſuſtinet, & ianuã ſine cauſa habet,
nec inclauſa cuſtodit: pluuię datur, tempeſtatibus cęditur, nec poteſt
arcere latronem, nec uenientẽ prohibet furẽ. Paries de domo eſt, ſed
domus nõ eſt. Et dealbant (inquit) eũ, hoc eſt, q̊d duos ſolos ſanctos
ęſtimatis. Querimini uos, ſine nobis aliqua eſſe paſſos, ergo conſtat
uos ſolos aliqua paſſos. Quia aliud eſt tempus pacis, aliud perſecu-

D tionis.

Marginal notes:

Multa Don. cõmunia cum Catholicis.

Sciſſura non reſarcitur ſine uulnere.

Deus uoluit mitti operarios Vnitatis.

Ezech. 13

Peccatum Donatiſtarum in ſchiſmate.

Non eſt pax in ſchiſmate.

Quid eſt ædificare parietem ruinoſum.

Epheſ. 2

Commoda domus: incommoda parietis.

cutionis: Ipſi perſecutionẽ putatis. Dicite, quid uobiſcũ paſſæ ſunt uniuerſę prouinciæ. In quib. Eccleſia Catholica eſt cõſtituta? Sed quia *Ezech. 13* uindicta fuit, non perſecutio, ſolus paries paſſus eſt, Cui Deus interminatus eſt tempeſtatẽ, pluuiã, & petrouolos & accuſationem. Sic enim locutus eſt, qd ędificatis ruinam? quid dealbaſtis? quid lauiſtis? *Deus prædixit illam uindictã.* Hoc contra uoluntatem meam eſt, dicit dominus. Diſplicẽt uobis tẽpora neſcio cuius Leontij, Vrſatij, Macarij, et cęterorũ: Emendate uoluntatẽ Dei ſi poteſtis. Qui dixit, contra parietem exurgã cum ira mea, & immittã tempeſtatẽ nimiam, & pluuiam, diluuia, & lapides, & petrouolos, & percutiam parietẽ ruinoſum, & diſſoluentur compagines eius. Sed ne quis ueſtrum dicat, ſi unitas bonum eſt, quare totiens facta durare non potuit. Ideo, quia ſic res ipſa a Deo eſt ordinata, qui comminatus eſt tempeſtatem, pluuiam, lapides & accuſa *Metaphora uindictæ Dei.* tionem. Et iſtæ quatuor res non poterant in omni tempore fieri. Fuit primo tempeſtas, agitatus eſt paries, ſed non cecidit, ut haberet pluuia, ut operaretur. Secunda eſt pluuia, udatus eſt paries, ſed non maduit, ut haberent lapides, ubi operarentur. Poſt pluuiam ſecuti ſunt lapides, diſperſus eſt: ſed de fundamentis ſuis ſe iterum reparauit: Iam tria peracta ſunt, debentur uobis accuſationes. Sed quo *Ezech. 13* modo & quando nouit ille, cui placuit de uobis iſta nunciare. Et *Seductores Donatiſtæ.* ne aliquis de hoc intellectu dubitaret, Deus addidit, dicens. Non ſunt quæ dico de luto aut de pariete, ſed de falſis Prophetis, qui ſeducunt populum meum. Hoc uerbo ſeducunt, uidete cui parti competat. Nobiſcum erant oẽs, nobis abſentibus inruiſtis, ſed ut haberetis quos habere deſideraſtis, non potuiſtis niſi ſeducere. Et quę ſint uerba ſeductionis ueſtræ, omnibus notum eſt. Veſtrũ eſt dicere. Attendite poſt nos: ueſtrũ eſt dicere, redimite animas ueſtras: ueſtrũ eſt di *Quid eſt dicere Attendite poſt nos.* cere hominib. fidelibus & Clericis, eſtote Chriſtiani. Sed cũ dicitis, Attẽdite poſt nos, cõtra Euangeliũ facitis, ubi dictũ eſt. Nemo tenẽs *Lucæ 9* manicã aratri, poſt ſe attendens, intrabit regna cælorum. Et uultis ſcire quid meruit, qui poſt ſe attendit, & qui ante ſe? Recordamini So *Geneſ. 19* domorum fugitiuos, Loth uxorem eius, quæ poſt ſe attendit, in ſtatuã ſalis mutata eſt: Qui ante ſe proſpexit, euaſit. Quid eſt ergo quod *Quale eſt iſtud Redimite animas ueſtras.* dicitis, Attendite poſt nos? Nam & cũ dicitis, Redimite animas ueſtras. Vnde illas emiſtis, ut uendatis? Quis eſt neſcio qui angelus, qui nũdinas facit animarũ, quas ante eius aduentũ diabolus poſsidebat? *1. Cor. 7* has ſanguine ſuo Chriſtꝰ ſaluator noſter redemit, Apoſtolo dicẽte, Empti eñ eſt precio magno. Cõſtat eñ ſanguine Chriſti oẽs redemptos, Chriſtus nõ uẽdidit quos redemit. Animæ emptæ a Chriſto, non potuerunt uendi, ut poſsint ſicut uultis a uobis iterum redimi. *Solus Chriſtus eſt animarum redemptor.* Aut quomodo poteſt una anima duos dominos habere? At nunquid eſt alter redemptor, quem Prophetę pronũciauerunt? Alterum eſſe uẽturum, quis Gabriel iterum ad alterã Mariam locutus eſt? Quæ uirgo iterum peperit? Quis uirtutes nouas aut alteras fecit

Si nullus eſt præter unũ, qui redimit animas omniũ credentiũ, quid eſt quod dicitis. Redimite animas ueſtras? Iam illud quale eſt, quod hominibus Chriſtianis etiã Clericis dicitis. Eſtote Chriſtiani? Et cum admiraculo quædam unicuiq; dicere Gaiſei, Non quærebat illud, quod humana ſemper exigit cõſuetudo, de pluuijs, de pace, de prouentu anni aliquid interrogare: Sed illius ad ſingulos quoſq; uenientes hæc erant uerba. Quid apud uos agitur de parte mea? Quaſi iam uere populũ cum Deo diuiſerat, ut intrepidè ſuam diceret partem. Nam a temporibus eius, & uſq; in hodiernum, ſi quando de rebus Eccleſiaſticis in iudicijs publicis aliqua celebrata eſt actio: Interrogati ſinguli, ſic apud acta locuti ſunt, ut dicerent ſe de parte eſſe Donati, de Chriſto tacuerũt. Et quid de Clericis dicã, cum legantur preces: quarum in Primo libro fecimus mentionẽ, iam dudũ ad Cõſtantinũ miſſæ & ſubſcriptæ, quæ Epiſcoporũ nomina continebãt, ſic datæ a Capitone & Naſucio, Digno, & cæteris Epiſcopis partis Donati. Et poſtulabant utiq; contra Epiſcopos, qui dum non erant in parte Donati, in Chriſti Catholica habitabãt. Et dum Epiſcopus inter coepiſcopos ſuos non fuit, nec homo inter homines eſſe uoluit cõſtat, quod extulit cor ſuũ, & Deus ſibi fuiſſe uidebat. Nã & ordinatores tui, quorum nomina frater Parmeniane bene noſti, et ubi fuerint non ignoras, & qui uel a quo petiuerint, & qualẽ rogauerint ut redirent, & tecum uenire potuiſſent, & nos dicimus cum eaſdem preces quas dederunt, ut ad Africanos iudices allegarent ‡ in addendum Epiſcoporum de actis: De quibus infra ſcriptum eſt. Datæ ab Epiſcopis partis Donati. Hic iam quid reſponſuri ſunt in illo imminenti diuino iudicio, qui in hoc ſæculo alio modo confeſsi ſunt, non ſe eſſe de Eccleſia Chriſti, qui libenter profeſsi ſunt de parte fuiſſe ſe Donati: Cum in Euangelio ſcriptum eſt, Chriſto dicente. Qui me confeſſus fuerit coram hominib. confitebor eum coram patre meo: Iſti Donatũ cõfeſsi ſunt nõ Chriſtũ. Et ne parua ſit iſta probatio quã ad ipſius perſonã pertinere manifeſtũ eſt. Accedit ad illud teſtimoniũ, quo ſupra memorata increpatio clauſa eſt, Quod dixit illũ deus non in terra moriturũ: Et ita factum eſſe omnibus notũ eſt. Habitabat in domo Dei, et erat in corde maris. Vbiq; mare ſęculũ legimus, cũ eſſet ipſe non tantũ in amore aliquorũ Chriſtianorũ: Sed propter ſcientiam mundanarũ literarum, erat etiam in corde maris .i. in amore ſæculi. Sed & de ſcientia ſua ſapiens ſibi uiſus eſt: Sed hanc ſapiẽtiam eius euacuauit Deus dum dicit. Nunquid ſapientior tu quam Daniel? Quam & bene eius ſapientia humiliata eſt, qua putauit, ſe Daniele eſſe ſapientiorem: in repudiandis muneribus Regis, dum accipere noluit, quod ab Imperatore Chriſtiano miſſum eſſe uidebatur. Et uiſus eſt ſibi aut Daniel nouus, aut ſapientia Danieli prælatus; quia & ipſe Daniel aliquando a Baltaſſar

Quid hoc? Eſtote Chriſtiani.

Quid hoc? de parte mea, aut de parte Don.

Preces & literæ ſubſcriptæ, de parte Don.

Ordinatores Parmenia .i.

lego ‡ in Epiſcoporum actis

Non Chriſtum ſed Donatum confitebantur Donatiſtæ.

Matth. 10

Quomodo mortuus eſt Donatus in corde maris.

Stulta Donati ſapientia.

Ezech. 28

Dan. 5

Rege,cum cogeretur accipere munera, id eſt, anulum, torquem & cætera, dixiſſe legitur, Dona tua tecum ſint Rex. Et ſapienter reſpondit,& conuitia Regi non fecit, & quod offerebatur non damnauit, ſed diſtulit: Non quo modo Donatus, qui & conuitia Conſtanti quanta potuit dixit, & quod ab eo pauperibus miſſum fuerat,repudiauit. Sed Daniel ſanctus,ſapiens inuentus eſt, ut munera oblata illa die non acciperet. Illud enim quod ab eo petebatur, adhuc in cœlo erat, & inſipiens eſſet, huius rei quaſi mercedem accipere,quam nondum habuit in poteſtate. Idcirco munera oblata, illa die ad tempus accipere noluit. Deniq; cum ei Deus oſtenderet, quod regi ſupradicto indicaret, Baltaſſari retulit. Et quod iam dudum repudiaſſe uiſus eſt, poſtea libenter accepit. Merito increpat Deus Principē Tyri, Donatum, cum dicit: Nunquid tu ſapientior quam Daniel. Sed o quam longe eſt præſumptio Donati a perſona Danielis. Quod enim Baltaſſar dabat, Danieli dabat,non pauperibus:quod Conſtans,Chriſtianus Imperator,tunc miſerat, pauperibus tranſmiſerat,non Donato. Deniq; ait. Sapientes te non docuerunt ſapientiam ſuam, quia illud a Salomone diſcere noluiſti, quod ait, Abſconde panem in corde pauperis, & ipſe pro te rogabit. Quia etiam illud ab ipſo Daniele diſcere noluit,quod dedit Nabugodonoſor cōſilium,quo ſatisfaceret qui offenderat Deum. Et tu(inquit) audi Rex cōſilium meum, & placeat tibi. Peccata tua eleemoſynis redime,& iniuſtitias tuas in miſeratione pauperū. Daniel Regi peccatori & ſacrilego faciendas eleemoſynas ſuadet:Donatus, qui increpari meruit,Conſtanti peccatori Chriſtiano, ne miſericors eſſet,obſtitit. Ideo increpatur,quod eum ſapientes non docuerunt ſapientiam ſuam, Quicquid a Rege miſſum fuerat, per ſe dari paſſus non eſt. Vnde conſtat, Donatum malarum fontem fuiſſe cauſarum. Quicquid itaq; in unitate faciēda aſpere potuit geri, uides frater Parmeniane cui debeat imputari. A nobis Catholicis petitum militem eſſe dicitis:Si ita eſt,quare in prouincia Proconſulari tunc nullus armatum militem uidit? ueniebant Paulus & Macarius,qui pauperes ubiq; diſpungerent,et ad unitatē ſingulos hortarentur. Et cum Baiagenſem ciuitatem proximarent,tunc alter Donatus(ſicut ſupra diximus)eiuſdem ciuitatis Epiſcopus,impedimentum unitati & obicem uenientibus ſupra memoratis opponere cupiens,præcones per uicina loca & per omnes nundinas miſit:Circumcelliones, Agoniſticos nuncupans,ad prædictum locum ut concurrerent inuitauit:Et eorū illo tempore concurſus eſt flagitatus, quorum dementia paulo ante ab ipſis Epiſcopis impie uidebatur ſuccenſa. Nam cum huiuſmodi hominum genus ante unitatē per loca ſingula uagarentur:Cū Maxido & Faſir, ab ipſis inſanientibus ſanctorum duces appellarentur, nulli licuit ſecurum eſſe in poſſeſsionibus ſuis;debitorū chirographa amiſerant

Sapientia Danielis circa munera Regis.

Longe diſpar Danielis Donatus.

Eccl. 29

Dan. 4

Ezech. 28

Donatus malarum fons cauſarum.

A quo uocati fuerunt ad arma Circumcelliones.

Quanta ubiq; iniuria & uiolentia Circumcellionum.

amiſerant uires: nullus creditor illo tempore exigendi habuit liberta tem. Terrebãtur omnes literis eorum, qui ſe ſanctorum duces fuiſſe iactabant: Et ſi in obtemperando eorum iuſsionibus tardaretur, aduolabat ſubito multitudo inſana, et pręcedẽti errore creditores periculis uallabantur. Et qui pro præſtitis ſuis rogari meruerant, metu mortis impellerentur in preces. Feſtinabat unuſquiſq; debita etiã maxima perdere: Et lucrum computabatur, euaſiſſe ab eorum iniurijs. Etiam itinera non poterant eſſe tutiſsima, quod domini de uehiculis ſuis excuſsi: ante mancipia ſua, dominorum locis ſedentia, ſeruiliter cucurrerũt. Illorum iudicio & imperio inter dominos & ſeruos conditio mutabatur. Vnde cum ueſtræ partis Epiſcopis tunc inuidia fieret, Taurino tunc Comiti ſcripſiſſe dicuntur, huiuſmodi homines corrigi in Eccleſia non poſſe: mandauerũt, ut a ſupradicto Comite acciperent diſciplinam. Tũc Taurinus ad eorum literas, ire militem iuſsit armatum per nundinas, ubi Circumcellionum furor uagari conſueuerat. In loco Octauenſi occiſi ſunt plurimi, detruncati ſunt multi: Quorum corpora uſq; in hodiernum, per dealbatas aras aut menſas poterunt numerari. Ex quorum numero cum aliqui in Baſilicis ſepeliri cœpiſſent, Clarius presbyter in loco Subbulenſi, ab Epiſcopo ſuo coactus eſt, ut inſepultã faceret ſepulturam. Vnde proditum eſt, mandatum fuiſſe fieri, quod factum eſt: Quando nec ſepultura in domo Dei exhiberi conceſſa eſt, Eorum poſtea cõualuerit multitudo. Sic inuenit Donatus Bagaienſis, unde contra Macarium furioſam conduceret turbam. Ex ipſo genere fuerunt qui ſibi percuſſores ſub cupiditate falſi martyrij in ſuam perniciem conducebant. Inde etiam illi, qui ex altorum montium cacuminibus uiles animas projicientes, ſe præcipites dabant. Ecce ex quali numero ſibi Epiſcopus, alter Donatus, cohortes effecerat. Hoc metu deterriti illi, qui prope theſauros ferrent, quos pauperibus erogarent: Inuenerunt in tanta neceſsitate conſilium, ut a Syluestro Comite armatum militem poſtularent: Non per quem alicui uim facerent, ſed ut uim, a Donato ſupra memorato Epiſcopo diſpoſitã, prohiberẽt. Hac ratione factum eſt, ut miles uideretur armatus. Iam quicquid ſubſecutum eſt, uidete, cui debeat ac poſsit aſcribi. Habebant illic uocatorum infinitam turbam, et annonam competentem conſtat fuiſſe præparatam, de Baſilica quaſi publica fecerunt horrea: expectantes ut uenirent, in quos furorem ſuum exercere potuiſſent: & facerẽt quicquid illis dementia ſua dictaſſet, niſi pręſentia armati militis obſtitiſſet. Nam cũ ante uenturos milites, metatores (ut fieri ſolet) mitterentur, ✝contra Apoſtoli præcepta competenter ſuſcepti diuina contemptui debuerant: Quibus præceptum eſt. Quære pacem, & conſequeris eam. Et iterum. Quam bonum & quam iocundum habitare fratres in unum. Et iterũ. Fœlices pacifici, quia ipſi filij Dei

Taurinus Comes contra Circũcelliones milites miſit.

Cur Catholici poſtularunt militem a Syluestro Comite.

Latrocinantes turbæ Don.

✝Deprauatus eſt nimium hic textus. Ego ſic lego. Cõtra Apoſtoli præcep.

ta non ſunt cõ- uocabuntur. Hoc qui nec libenter uolebant audire, nec deuote face
petenter ſuſce- re uoluerunt, quicquid potuerũt pati: ſi occidi malũ eſt, mali ſui ipſi
pti, nec diuina ſunt cauſa. Sed arguendus (ut dicitis) uobis uidetur eſſe Macarius,
contemni debu- quod ſine uoluntate Dei ęſtimatis eum hoc facere potuiſſe. Habetis
erant. huiuſmodi reos antiquos: Accuſate primo Moyſen, ipſum legis lato
✝propere rem, Qui cum de Syna monte deſcenderet, ✝ prope, Nec dum pro-
Nos habemus poſitis tabulis legis, in quibus ſcriptum erat, Nõ Occides: ✝ Tria mil
✝xxiij. lia hominum uno momento iuſsit occidi. Macarium differte paulis-
per, Phineem filium ſacerdotis, quem paulo ante memoraui, primo
Nume. 25 in iudicium prouocate: Si tamen inueneritis præter Deum aliquem
iudicem. Nam quod accuſatis in perſona ipſius, a Deo laudatum eſt
3 Reg. 18 quod in zelo Dei factum eſt. Supprimite interim uoces, quaſi in
Macarium dicta, in uia recurrite, & primo ad alium prophetam, qui
✝lego non in riuo Cyſon, ✝ cũ præter uoluntatẽ Dei quinquaginta & quadrin
Iuſta Dei uin- gentos occidit. Sed forte dicitis, illos merito occiſos: iſtos indigne.
dicta in Don. Nunq̃ ſequitř uindicta, niſi eius anteceſſerit cauſa. Vindicauit (ut di-
✝hoc emendet ximus) Moyſes, uindicauit Helyas, uindicauit Phinees, Et nõ uultis
qui poteſt.
lego ✝ pagana ✝ Gaiaſci adhuc paganus aut ✝ pagancum, quia ad Deum ſe conuer-
Eum qui. ſum eſſe profeſſus eſt, paganum uocas. Eum qui uel a nobis uel a
uobis, non in nomine noſtro uel ueſtro, ſed in nomine Chriſti tin-
ctus eſt, paganum uocas. Sunt enim qui & a uobis baptizati ſunt, et
ad noſtram communionem poſtea tranſierunt. Paganũ uocas eum,
forte ✝ aram qui Deum patrem per filium eius ante ✝ horã rogauerit. Paganum
uocas, quicunque enim crediderat, in nomine patris & filij & ſpiri-
addo ✝ paganũ tus ſancti credidit, Et tu eum ✝ uocas poſt profeſsionem fidei. Si ali-
quis Chriſtianus (quod abſit) unuſquiſq; delinqueret, peccator dici
poteſt, Paganus iterum eſſe nõ poteſt: Sed hæc omnia uultis nullius
Quomodo ſe- eſſe momenti. At ſi tibi ipſi conſenſerit quem ſeducis, unus conſen-
ducunt Catho- ſus & manus tuæ porrectio, & pauca uerba iam tibi Chriſtianum fa
licos. ciunt de Chriſtiano: Et ille uobis uidebitur Chriſtianus, qui quod
uultis fecerit, non quem fides adduxerit. Et ſi ſeductionis ueſtræ
paulo tardius fuerit accommodatus adſenſus, etiam illa uobis argu-
menta non deſunt: Quibus quale facile etiã nolentibus quod uultis
ſuadere poſsitis, dum dicitis, aut dictum eſſe ex ore eorũ, qui iam du
Calũnia cõtra dum in ueſtro collegio fuerant. Quod qui guſtaret aut acciperet de
ſacrificium Ca- ſacrificio aduentantis unitatis, de ſacro guſtare uideretur. Non ne-
tholicorũ, qua- gamus ab aliquibus eſſe hæc dicta, quos conſtat poſtea tota ſecuri-
ſi eſſet ſacrum
Paganorum. tate feciſſe, unde paulo ante populos deterrebant: ſed alia ratio
exigit has uoces, alias inuitauit in factum. Nam ut hæc dicerent
qui feruntur iſta dixiſſe, opinio falſa eorum aures & omnium po-
pulorum oppleuerat. Dicebatur enim illo tempore uenturos Pau-
lum & Macarium, qui intereſſent ſacrificio, ut cum altaria ſolen-
niter aptarentur, proferrent illic imaginem, quam primo in altare
ponerent

ponerent, ſic ſacrificium offerretur. Hoc cum acciperent aures, per-
cuſsi ſunt & animi, & uniuſcuiuſque lingua in hæc uerba commo-
ta eſt, ut omnis qui hoc audierat diceret. Qui deguſtat, de ſacro
guſtat. Et recte dictum erat, ſi talem famam ſimilis ueritas ſeque-
retur. At ubi uentum eſt a ſupradictis, & nihil tale uiſum eſt,
ex eo quod fuerat paulo ante mentita fama, Nihil uiderunt ocu-
li ✝ non ſunt. Qui ait. Cui honorem honorem: Cui uectigal uecti- [addo ✝ Apoſto-
gal: Cui tributum tributum, Nemini quicquam debueritis. lum imitati. Rom. 13]

Qui miſsi fuerant, cum equis concuſsi ſunt ab hijs, quorum nomi- [Milites a Don.
na flabello inuidiæ uentilaſti. Ipſi magiſtri fuerant iniuriæ ſuæ, Et concuſsi, uindi-
qui pati poſſent ipſi prærogatis iniurijs docuerunt. Reuerterunt cando ſe cædē
uexati milites ad numeros ſuos, & quod duo uel tres paſsi fue- fecerant.]
rant, uniuerſi doluerunt. Commoti ſunt omnes, iratos mi-
lites retinere, nec eorum præpoſiti ualuerunt. Sic admiſſum eſt,
quod inuidiam unitati factam eſſe memoraſti. Hæc & cætera ue- [Catholici non
ſtra & ſuas cauſas habent, & quas oſtendi perſonas obnoxias. Hoc fuerunt cauſa
nos nec uidimus quidem, ſed uobiſcum audiuimus. Si audiſtis, faci- cædis aut exceſ-
te reos: Tenemus uos ſocios, quia ſimiliter audiuimus. Si a fa- ſus militum.]
cto auditus immunis eſt, quod ab alijs uobis prouocantibus factum
eſt, nobis non debet imputari. Querelam per ordinem deponitis
ſub Leontio, ſub Vrſatio: iniuriatos eſſe quam plurimos ſub Pau-
lo & Macario: aliquos necatos a ſequentibus eorum, ✝ ne ſi quis [forte ✝ neſcio
ad tempus eſſe proſcriptos. Quid hoc ad nos? quid ad Eccleſiam quos.]
Catholicam pertinet? Quicquid obieciſtis, uos feciſtis. A Deo com-
mendatam noluiſtis libenter excipere ✝ chariorem æſtimantes hæ- [addo ✝ unitatē]
reditatem ſchiſmatis, quam præcepta præpoſiti ſaluatoris. Ar-
guiſtis operarios unitatis, ipſam unitatem improbate ſi poteſtis.
Nam æſtimo uos non negare, unitatem ſummum bonum eſſe.
Quid noſtra, quales fuerint operarij, dummodo quod operatum
eſt, bonum eſſe conſtet? Nam & ✝ unum a peccatoribus operarijs [lego ✝ uinum]
& calcatur & premitur: Et ſic inde Deo ſacrificium offertur: Oleum
quoque a ſordidis, & nonnullis male uiuentibus, & immunda lo-
quentibus conficitur: Et tamen ✝ ſapore in lumine etiam in ſancto [forte ✝ liquor]
Chriſmate ſimpliciter erogatur. Operarios unitatis in ✝ cælos [for. ✝ inciuiles
fuiſſe dicitis: Forte cum uoluntate Dei, cui nonnunquam placet e- aut in cæde.]
tiam quod ab ipſo potuit prohiberi. Nam quædam mala male [Quædam ma-
fiunt, Quædam mala bene fiunt. Malum male latro facit, ma- la bene fiunt.]
lum bene iudex facit, dum uindicat quod latro peccauit. Nam [Exod. 20]
hæc Dei uox eſt, Non occides. Et ipſius uox eſt. Si inuentus fue- [Deut. 22]
rit homo, dormiens cum muliere habente maritum, occidetis u-
troſque. In primo libro Regnorum unus Deus, et duæ diuerſæ uo-
ces. Denique dum Phinees, filius ſacerdotis, adulterum cum adul- [Nume. 25]
tera inueniret, leuauit cum gladio manum, & inter duas uoces Dei

dubius ſtetit:Hinc ad illum ſonabat.Non occidas:Inde ſonabat,occidetis utroſq;.Si feriret,peccaret:Si non feriret,delinqueret. Elegit melius peccatum, ut percuteret. Et forte non defuerant,qui huius rei uindicem quaſi homicidam notare uoluiſſent,Sed ut oſtenderet Deus, aliqua mala bene fieri,locutus eſt dicēs.Phinces mitigauit irā

Num. 25. meam & placuit Deo homicidiū,quia uindicatum eſt adulterium.

Quid ſi & modo Deo placuit,quod paſſos uos eſſe dicitis,qui unitatem cum toto orbe terrarum,& cum memoriis Apoſtolorū, quæ Deo placita eſt,habere noluiſtis.Inuitus cogor hoc loco etiā illorum quorū nolo hominum,facere mentionem, quos uos inter martyres ponitis: per quos tanq; per unicam religionem, ueſtræ communionis homines iurāt. Quos quidem uellem ſilentio præterire,ſed ratio ueritatis ſe ſileri non patit̄,Et ex ipſis nominib. contra unitatē incōſyderate latrat inuidia,et aſpernētes aliqui accuſandam aut fugiendā æſtimant unitatem,quod Marculus & Donatus dicantur occiſi &

Calumniarū de Miſſa, confutatio. mortui.Quaſi omnino in uindictam Dei nullus mereatur occidi. Nemo erat lædēdus ab operariis unitatis,ſed nec ab Epiſcopis mandata Chriſtiani quod horrerent.Nihil probabit aſpectus ex hiis,quibus perturbatus erat auditus. Viſa eſt puritas, & ritu ſolita ſolennis conſuetudo perſpecta eſt:Cum uiderent diuinis ſacrificiis,nec mutatum quicquam,nec auditum nec albatum. Pax Deo commendata, uolentibus placuit.Quare nullus eorum debet argui, qui de collegio ueſtro ad pacem tranſitū fecit. Qui fuerant in iſta opinione turbati,ſimplici ac plena ueritate firmati ſunt. Nec dicantur de amaro fe-

Eſaiæ 5 ciſſe dulce,aut de dulci amarum. Amaritudo quæ de falſitate uidebatur fuiſſe nunciata,in ſinu opinionis ✝ ſed ditare manſit ueritas perſpecta oculis, dulcedinem in ſe habens, a falſę opinionis limitibus ſeparatam. Ergo nec de amaro factum eſt dulce,nec de dulci amarum:✝qui & aliud & extra eſt,quod eſt uiſum.Et longe fuerat quod uidebatur auditum.

lego ✝ ſedit, at

✝ quia

Explicit Liber Tertius.

ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

IN hoc Quarto Libro, iudicio Dei oſtenduntur, qui ſint hoc tempore peccatores, & quia Deus per Hieremiam Prophetam Iudæis iraſcitur, non Chriſtianis: Et quia Idola ſunt lacus detriti, non Macarius aut Taurinus, ſicuti Parmeniano uiſum eſt.

Incipit

INCIPIT LIBER QVARTVS.

ATe nobis, frater Parmeniane, de petito milite fruſtra calumniã factam eſſe, aperte delucideq; monſtratum eſt. Etiam illud diſce, quod dixiſti de oleo & ſacrificio peccatorum, ad uos potius pertinere. Nõ enim ille debet eſſe peccator, quem uos uolueritis. *Non hominum ſed Dei iudicio cenſeri debet peccator.* Nam et nos ueſtram prçſumptionem poſſumus imitari, & dicere, uos eſſe peccatores. Sed facite, ut ex utraque parte nullus noſtrum humano iudicio alterum damnet. Dei eſt noſſe ueram illius ferre ſententiam: Taceamus omnes homines, Solus Deus iudicet peccatorem, cuius ſacrificium ſit Canina uictima, & cuius oleum ungui deſideranti ingerat metum. Huius rei apertiſsimam ueritatem, Parmeniane frater, agnoſce. *Fratres ſumus, ſub uno patre Deo.* Si tamen hoc nomẽ fraternitatis, frequenter a me dictũ, libenter audire dignaris, fac, ut tibi ſit iuſta probatio huius nominis, tacẽdo rei eſſe iudicamur. Si enim tu non uis eſſe frater, ego eſſe incipio impius, ſi de nomine iſto tacuero. Eſtis enim fratres noſtri, & nos ueſtri, *Eſaiæ 63* Propheta dicente: Nonne nos unus Deus creauit, et unus pater genuit? Non enim poteſtis non eſſe fratres, cum omnibus dictum ſit, Dij eſtis, & filij altiſsimi omnes. *Pſalm 81* Et nos & uos ſumus qui præceptum accepimus, in quo dictum eſt. *Matth. 23* Ne uocetis uobis quenquam patrem in terris, quia unus eſt pater ueſter in cœlis, ſaluator noſter Chriſtus. Solus natus eſt filius Dei, ſed & nos & uos filij uno modo facti Dei ſumus: *Quomodo filij Dei ſumus.* Sicut in Euangelio ſcriptũ eſt. *Ioan. 1* Venit filius Dei, quotquot eum receperunt, dedit eis poteſtatem, ut filij Dei fierent. Nos & facti ſumus & dicimur: uos & facti eſtis & nõ dicimini, quia pacifici eſſe non uultis: *Matth. 5* Nec audire ipſum filium Dei dicentem. Fœlices pacifici, quia ipſi filij Dei uocabuntur. Chriſtus ueniens, Deum & hominem reuocauit in pacem, & fecit ambos unum: tollens medium ſepem parietis. *Epheſ. 2* Vos nobiſcum, id eſt, cum fratribus, pacem habere non uultis. *Male negant ſe fratres noſtros Donatiſtæ* Non enim poteſtis non eſſe fratres, quos eiſdem Sacramentorum uiſceribus una mater Eccleſia genuit: quos eodem modo adoptiuos filios Deus pater excepit. Vnde huius temporis præſcius Chriſtus, quia futurum erat, ut a nobis hodie diſcordaretis, talia dedit orandi mandata, uel in oratione unitas remaneret, ut preces iungerẽt, † quas diſcrepaturę fuerant partes. *† quos diſcrepare facerent partes* Oramus pro uobis

uobis, quia uolumus & uos pro nobis,& cũ non uultis,aut dicat unuſquiſq; ueſtrũ, pater meus,qui in cœlis es:& panẽ meum quotidianum da mihi hodie: Et dimitte mihi peccata, quomodo & ego debitori meo. Igitur quæ mandata ſunt, mutari non poſſunt. Videtis nos non in totum ab inuicem eſſe ſeparatos, dum & nos pro uobis oramus,uolentes:& uos pro nobis oretis,& ſi nolentes. Vides, frater Parmeniane, ſancta gemina uincula inter nos & uos, in totum rumpi non poſſe. Iam peccator quærendus eſt,cuius potuit uel oleũ

Quem dicit Deus peccatorem. timeri,uel ſacrificium repudiari.Ceſſet humana ſuſpicio,utriuſq; partis præſumptio ſileat,quid ſit peccator ſolus iudicet Deus.Legimus

Nos habemus ✝xxxviij. Pſalmo ſub ſecũdo diapſalmate, Spiritum Sanctũ dixiſſe.

✝Pſalm.49 Peccatori autem dixit Deus. Hoc loco aduertenda eſt tota mentis intentio, &uidendum, quis ſit peccator. Si enim poſt lectum eſt, Peccatori autem dixit Deus, uerba huiuſmodi ſequerentur, ut diceret. Tuliſti arma, proieciſti caſtris, ſtetiſti contra hoſtes in acie:

Miles Negociator timendum erat militi, quia potuit ipſe uideri peccator. Aut ſi diceret, comparaſti merces, peregrinatus es, egiſti nundinas, lucri cauſa quod emeras uendidiſti:timẽdum erat negociatori, quia potuit ipſe

Nauta uideri peccator. Aut ſi diceret fabricaſti nauem, ſtruxiſti funibus, ornaſti uelis,opportunos ut nauigares captaſti uẽtos: timendũ erat

Catholicus nautę,quia potuit ipſe uideri peccator. Aut poſt quod lectum eſt. Peccatori autẽ dixit Deus:ſi ſequerẽtur hæc uerba,diſſenſio & ſchiſmata tibi diſplicent.Concordaſti cum fratre tuo,& cum una Eccleſia,quæ eſt in toto orbe terrarum. Communicaſti ſeptem Eccleſijs & memorijs Apoſtolorum, amplexus es unitatem. Si hæc ſubſequens lectio contineret,nobis timẽdum erat,nos eſſe potuimus pec-

Pſalm.49 catores.Cũ autẽ dicit Deus, Ad quid exponis iuſtitias meas,et aſſu-

Donatiſta mis teſtamentum meum per os tuum? Tu autem contempſiſti diſciplinam, & abieciſti ſermones meos retro: Sedẽs aduerſum fratrem tuum, denotabas,& aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.Videbas furem, & cõcurrebas cum eo, &cum adulteris porti-

Donatiſtæ contemnunt diſciplinam. onem tuam ponebas. Hæc ad uos dicta ſunt omnia. Excuſate uos ab hijs omnibus,ſi poteſtis. A uobis enim contempta eſt diſciplina: ut quid recitas teſtamentum,qui teſtamẽtum non ſeruas, in quo deſcripta eſt diſciplina,quam ſeruare non uultis? Non enim poteſtis di-

Pſalm. 33 cere,nos eam ſeruaſſe,contra quã militatis,Deus dicit.Quære pacẽ, & conſequeris eam.Tu repudiaſti pacem,Non eſt contemnere diſciplinam? In Euangelio legitur.Pax hominibus in terra bonæ uolun-

Lucæ.2 tatis.Tu nec uoluntatem bonam uis habere nec pacem,Non eſt contemnere diſciplinam? Item in Pſalmo cxxxij.legitur. Ecce quam bonum eſt et iocundum, habitare in unum. In unum habitare cum fratribus non uis, Non eſt contemnere diſciplinam? Chriſtus dicit

Ioann.13 in Euangelio.Qui ſemel lotus eſt,non habet iterum neceſsitatem lauandi;

uandi: Tu rebaptizando iterum lauas, Non eſt contemnere diſci-
plinam? Deus dicit. Ne tetigeritis Chriſtianos meos, neq; in prophe- Pſalm. 103
tas meos manũ miſeritis: uos tot ſacerdotes Dei honoribus expoli-
aſtis, Nõ eſt cõtemnere diſciplinã? Chriſtus dicit. Vnde ſcio quia diſ-
cipuli mei eſtis, ſi uos inuicẽ diligatis: odio nos habetis, fratres utiq;
ueſtros. Nec Apoſtolos imitari uoluiſtis, a quibus etiam negator di-
lectus eſt Petrus, Nõ eſt contẽnere diſciplinã? exponis iuſtificationes
Dei, et aſſumis teſtamentũ per os tuum. Quomodo diſputas, Quæ-
re pacem, cum tu non habeas pacem? Teſtamentum non ſeruas.

Electi eſtis, qui ſedentes populum doceatis, & detrahitis nobis, Donatiſtarum
utiq; fratrib. ueſtris. Quoniã (ſicut ſupra dixi) una nos mater Eccle- ſuperbia cõtra
ſia genuit, unus nos Deus pater excepit. Et tamen ſcandala contra Catholicos.
nos ponitis, mandando ſingulis, ne nos ſalutent: Ne a nobis digna-
tionẽ accipiant. Conſyderate uerba ſuperbiæ ueſtræ. Conſyderate
tractatus, mandata, actus quoq; ueſtros reuoluite. Inuenietis oleum
ueſtrum timuiſſe, qui rogabat. Nullus ueſtrum eſt, qui non conuitia
noſtra ſuis tractatibus miſceat, Qui non aut aliud † mitet aut aliud + mutet.
explicet. Lectiones dominicas incipitis, & tractatus ueſtros ad no-
ſtras iniurias explicatis. Profertis Euangelium & facitis abſenti fratri
conuitiũ. Auditorum animas infigitis odio, inimicitias ſuadendo, do-
cendo ſuadetis. Hæc omnia dicendo, contra nos ſcandala ponitis.
Ergo unicuiq; ueſtrũ dictũ eſt. Sedens aduerſus fratrem tuũ denota- Sedentes aduer
bas, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Peccatorem ſus fratrem,
arguit, & ſedentem increpat Deus, ſpecialiter ad uos dictum eſſe con- ſunt Epiſcopi
ſtat, non ad populum, qui in Eccleſia non habẽt ſedendi licentiam. Donatiſtarum.
Vides ergo ꝓculdubio uobis imputari debere cũ dicit Deus: Sedẽs
aduerſus filium matris tuæ, ponebas ſcandala. Vnam matrem nos
habere iam totiens comprobaui. Nec uos negare poteſtis, qui con- Prohibent ſuis
tra nos ſcandala ponitis, dum aliqui ueſtrũ & non intellectas profe- ſalutare Catho
runt lectiones: ut auferãt etiam illud, quod inter omnes ſolet eſſe cõ- licos.
mune, ſalutationis uidelicet officium. Nam & uos ipſi aliqui imper-
functoria ſalutatione oſcula denegatis ſolita. Et docentur multi, ne
Aue dicant cu.q; noſtrũ: Et uidẽtur ſibi hoc de lectione, ſed nõ intel-
lecta, mandare; Ignorãtes, de quibus Apoſtolus hoc dixerit, Cũ his 1. Cor. 5
nec cibũ capere, Aue illi ne dixeritis. Serpit enĩ eorũ ſermo uelut Cã-
cer. Dixit hoc de hæreticis, quorũ cœperat illis temporib. uitioſa eſſe 2 Tim. 2
doctrina: Qui ſubtili ſeductiõe uerborũ, morbis obſcure ſerpentib.
corrũperent fidei ſanitatẽ. Vt Marcion, qui ex Epiſcopo Apoſtata
fact9, inducebat duos deos, et duos ſcriptos. Vt Simon, qm̃ argumẽ-
tabaĩ ſe patrẽ eſſe, nõ filiũ. Vt Valẽtinus, qui conabaĩ carnẽ Chriſto
ſubducere. Horũ eſt ſermo, qui habuit Cancrũ ad fidei membra uex-
anda. Talis ſermo eſt & Corpiani hæretici, qui negabat debere eſſe
martyria, ſed uenena ſua ſibi ſerpant, Nec eorum relatio auditorum
intellectus

intellectus ſimplices uel leuiter uexet. Huius igitur ſermo eſt, qui ui-
Arrius tandus eſt, ne ſerpat ſicut cancer. Dictum eſt hoc & de Arrio, qui
conabatur docere filium Dei ex nullis ſubſtantijs factum eſſe, non
ex Deo natum: cuius doctrina, niſi Nicæno Concilio a trecentis de-
cem & octo Epiſcopis diſsiparetur, peccata multorum ſicuti Cancer
Photinus intrauerat. Dictum eſt hoc de Photino præſentis temporis hære
tico, qui filium Dei auſus eſt dicere, tantummodo hominem fuiſſe,
Sermo Donatiſtarum ut Cancer eſt. non Deum. Potuit hoc & de uobis dici, quia ueſter ſermo animis
& auribus aliquorum non leuem intulit Cancrum. Veſter enim ſer-
mo eſt, quem ad pacis filios habetis: Dum dicitis, perdiſtis, Attendi-
te poſt nos, peribit anima ueſtra, quam diu uos tenetis? Sic feciſtis de
fidelibus pœnitẽtes: Sic mortificaſtis in ſacerdotibus honores. Ecce
& ueſter ſermo eſt, qui ſerpit uelut Cancer hodie, ut ſalutationes &
conuictus prohibeatis. Noſter ſermo quid tale facere potuit? qui ſim
plici doctrina filios pacis retinemus: Nõ alienos ſeducimus, nec quẽ-
quam exterminamns. Manifeſtum eſt igitur, uos contra nos quoti-
die ſcandala ponitis. Nam & cum dicit, Videbas furem, & con-
currebas cum eo. De qua re hoc putatis dictum eſſe? Nunquid de
ſubducto ueſtimento, aut de inuolato gremio, aut de aliquibus re-
bus, quæ ablatæ uel lucra uel damna inter homines faciunt? Equidẽ
ſunt & iſta prohibita, ſed in hac lectione illa furta increpat deus, quę
ſibi ſunt facta. Quæritis quæ furta ſunt Deo facta? apud uos inueni-
untur. Poſſeſsio Dei, eſt turba fidelium, ex qua quotidie fur diabo-
lus cupit aliquid inuolare: Chriſtiani aut Chriſtianæ uult uel mo-
res ex aliqua parte corrumpere, & ſi nõ totum hominem, ſed quod-
cunq; de homine rapere. Talem furem cum uideatis contra nos eum
Exorciſmo baptiſmali expellitur Diabolus facere ueſtris operibus adiuuiſtis. Nam neminem fugit, quod omnis
homo qui naſcitur, quamuis de parentibus Chriſtianis naſcatur, ſi-
ne ſpiritu mundi eſſe non poſsit, quem neceſſe ſit ante ſalutare laua-
crũ ab homine excludi & ſeparari. Hoc exorciſmus operaẽ, per quẽ
ſpiritus immundus depellitur, & in loca deſerta fugatur. Fit domus
uacua in pectore credentis, fit domus munda: intrat Deus & habi-
1. Cor. 3 tat, Apoſtolo dicente. Vos eſtis templum Dei, & in uobis Deus ha
Horrenda blaſphemia in rebaptizando Catholicum. bitat. Et cum Deo unuſquiſq; plenus ſit, de quo fur diabolus ali
quid inuolare contendit: Vos rebaptizando exorcizatis hominem
fidelem, et dicitis Deo habitanti. Maledicte exi foras, ut compleatur
Ezech. 13 quod a Deo dictum eſt, per Prophetam Ezechielem. Et maledice-
Textus noſter ſic †propter pugillum hordei et fragmen panis. bant mihi in populo meo, propter † plenam manũ hordei & buccel-
lam, ut occiderent animas, quas non oportuit mori. Audit ergo De
us iniurias non ſibi debitas, et huiuſmodi habitaculum deſerit: Et ho
mo, qui Deo plenus in Eccleſia intrauerat, egrediẽ uas inane. Diabo
Furtum diaboli per Donatiſtas lus qui uolebat quaſi fur aliquid inuolare, adiutus operibus ueſtris,
uidet totum ſuum factum eſſe, unde uolebat paululum aliquid tol-
lere.

ſere. Ergo de uobis dixit Deus. Videbas furem, & concurrebas cum Pſalm.49
eo. Denicp in Euangelio ſic ſcriptum eſt, Cum autem Deus deſerue Matth.12
rit hominem, remanet uas inane: ſpiritus autem immundus errans
per loca deſerta, ieiunus dicet, Domus mea uacua eſt: Hoc eſt dicere,
qui me excluſerat, excluſus eſt. Reuertar illuc & habitabo, Et ad-
ducit ſecum alios ſeptem †ſęuiores, & habitabit illic, & erunt homi- Textus noſter
nis illius peiora nouiſsima, quam quod fuerunt prima: Hoc eſt, uide †nequiores ſe
bas furem, et concurrebas cum eo, Et cum mœchis particulam tuam Hæretici dicũ
ponebas. Hæreticos dicit mœchos, et mœchas Eccleſias illorũ: quas tur Mœchi.
aſpernatur et repudiat Chriſtus, in Canticis canticorum, quaſi dicat. Cant. 6
Quid mihi colligitis nõ neceſſarias? una eſt dilecta mea, una eſt ſpon
ſa mea, una eſt columba mea, id eſt, Catholica: In qua et uos cum eſſe
poſſetis, rebaptizando inter mœchos particulam habere uoluiſtis.
Et quoniam uos eſſe peccatores, diuino teſtimonio manifeſtiſsime Parmeniani au
comprobatum eſt: Etiam illud oſtenſum eſt, tua auxilia contra te mi- xilia cõtra ſe
litaſſe. In auxilium meum addideras prophetam, in quo lectum eſt. ipſum
Sacrificium peccatoris, quaſi qui uictimet canẽ. Iam peccatores uos Eſaiæ 66
eſſe, ſi pudor eſt ullus, cum dolore cognoſce. Etiam illud diſce, cuius Pſalm.140
uox ſit, Oleum peccatoris non unguet caput meum. Tu enim non
intellexiſti, cuius hæc uox ſit: uticp Chriſti, qui nec dum unctus fue-
rat, cum rogaret, ut oleum peccatoris non iniquinaret caput eius.
Hęc tu non intelligens, dixiſti. Quia Dauid Propheta timuit oleum
peccatoris, a Samuele iam dudum perunctus fuerat, Qui cantabat, 1. Reg.16
non fuit ratio ut iterum ungueretur: Ergo uox eſt Chriſti dicentis.
Oleum peccatoris non unguet caput meum. Preces ſunt, non iuſsi
ones: Deſideria ſunt, non præcepta. Nam ſi iuſsio eſſet, diceret, Oleũ
peccatoris non unguat caput meum. Vox quæ illic nata non eſt, la-
cus eſt arte detritus, cuius fabrica †uexatione, ut aquam nec habeat, forte †uitiata
& acceptam continere non poſsit. Sic & Idolum nec de ſe eſt ali- eſt
quid, & dum colitur nihil eſt. Hoc eſt quod dixit Deus. Duo mala 1 Cor.8 Hiere.2
feciſſe populum ſuum, quia dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, &
effoſſos & detritos ſibi fecerunt lacus. Etenim Iudæorum populus
deſeruerat ueram aquam, non nouerat maieſtatem Dei, Idolorum
inquinatam ſectatus religionem. Hoc eſt quod dolet Deus. Hoc eſt
quod dicit Deus exhorruiſſe. Nam & per Eſaiam idem Dei dolor
eſt, dum in hoc Duo teſtantur Elementa, dum ait. Audi cœlum & Eſaiæ 1
percipe auribus terra. Filios generaui, et exaltaui: ipſi autem me dere
liquerunt. Quare non de hac lectione aliquid, frater Parme- Improbitas
niane dixiſti? An quia hic non eſt aqua nominata? Intelligeris enim Parm. in argu
ſtudio criminandi ſic pulſaſſe legem, ut ubicunq aquam ſcriptum mentando.
legeris, præſtigijs quibuſdam ad inuidiã collegiſſe, & curriculo quo-
dam malitiæ argumentorum intexto, ad te omnia quæ ſunt bona
traxiſti. Nam qualis eſt tuus intellectus in hoc capitulo Hieremiæ, Hiere.2

cum clamet Deus ſe deſertum eſſe, & ſic effoſſus lacus: pro ſe iraſcitur, non pro re ſua. Aqua enim Baptiſmatis res Dei eſt, nō Deus. Et ſi putatis deſertos eſſe, quando apud uos fuerunt, qui apud nos baptizati ſunt, ut merito ueſtri deſertores ad nos uenire uiderentur. Quare uides, te ſine cauſa conuitium fingens pro arbitrio tuo, quod uoluiſti, ut Taurinum & Macarium lacerares, perdidiſti, quod ſapiens uideris, dum ſenſus tuos inuidia deprauauit, & intelligendi tibi aditus clauſit. Probatum eſt ergo, te ea nō contra nos, ſed cōtra uos dixiſſe, quod ante dictū eſt de oleo & ſacrificio peccatoris.

Explicit Liber Quartus.

ARGVMENTVM LIBRI QVINTI.

4 quid *IN hoc Quinto libro oſtēditur, † qui in baptiſmate homines operātur. Et quia Deus lauat, & Chriſtus eius dat quod in baptiſmate accipitur. Et quia rebaptizati regnum Dei non poſſidebunt. Nam & qui fuerunt traditores & autores ſchiſmatis, in primo libro manifeſtiſſimis documentis oſtendimus. Et apud nos eſſe unam ueram Eccleſiam Catholicam ſecundo monſtrauimus. Tertio uero probauimus, quæ aſpera facta eſſe dicuntur, ad nos minime pertinere, & uos magis peccatores eſſe iudicio diuino docuimus. Iam de baptiſmate hoc loco dicendum eſt.*

INCIPIT LIBER QVINTVS.

INquire quæ nunc agitur quæſtio. Tota conſiſtit, quod baptiſma ueſtra uiolauit audacia, dum id uoluiſtis iterare, quod ſemel mādauit Chriſtus. Quod nec tu negas, frater Parmeniane, quia in principio tractatus tui, multa cōtra uos pro uobis, quę ſunt noſtra dixiſti. Commemoraſti enim in comparatione baptiſmatis, ſemel factum eſſe diluuium. Et unam Circumciſionem fuiſſe ad populum Iudæorum. Et cum eſt

Emendet hec quiſquis poteſt igitur filij Dei, iam tunc metuētis oleū peccatoris incurrerunt, id eſt,

eiuſdem

eiuſdem hominis: Quia nemo qui non eſt peccator, niſi ſolus Deus.
Ideo filius eius timuit oleum hominis, quia fœdum fuerat, ut Deus
ab homine ungueretur. Ideo deprecatur patrem, ut non unguatur ab
homine, ſed ab ipſo domino patre. Petit ergo filius, uideamus an cõ-
ſenſerit pater. Hoc ſpiritus ſanctus indicat & manifeſtat in Pſalmo
xliiij. ubi ait ad ipſum filium. Vnget te Dominus Deus tuus oleo ex-
ultationis aliter a conſortibus tuis. Conſortes fuerant Iudæorum *Chriſtus unctus præ conſortibus ſuis.*
Sacerdotes & Reges, quos ſingulos unctos ab hominibus conſtat:
Sed quia filius a patre, Deus a Deo, erat unguẽdus, ſecundum quod
filius petijt, & ſpiritus promiſſa nunciauit, compleuit pater in Iorda-
ne. Qui, cum ueniret filius Dei, ſaluator noſter, ad Ioannem oſtẽſus Ioann. 1
eſt hijs uerbis. Ecce agnus Dei. Hic eſt, qui tollit peccata mundi. Deſ-
cendit in aquam, non quia erat quod in ✝Deo mundaretur, ſed uen- ✝eo
turum oleum, aqua debuit antecedere, ad miniſteria initianda &
ordinanda, & implẽda: baptiſmatis locus, cum in Ioannis manibus
haberetur. Secutus eſt ordo miniſterij, & compleuit pater, quod *Vnctio Chriſti in eius baptiſmo.*
rogauerat filius, & quod nunciauerat ſpiritus ſanctus. Apertum eſt
cœlum Deo patre unguente, ſpiritale oleum ſtatim in imagine co-
lumbæ deſcendit, & ſedit capiti eius, & perfudit eum, & digeſta eſt
✝unde cœpit Chriſtus, quando unctus eſt a Deo patre, Cui ne ma- addo ✝unctio
nus impoſita defuiſſe uideretur, uox audita eſt Dei de nube dicentis. Matth. 3.
Hic eſt filius meus, de quo bene ſenſi, hunc audite. Hoc eſt igit quod Pſalmo 140.
lectum eſt, Oleum peccatoris non unguat caput meum. Rationem
ueritatis, frater Parmeniane, uel ſero addiſce, quam nunc tempus
eſt inuenire diſcendi. Et illud quod in Salomone Propheta le-
ctum eſſe dixiſti: Filios adulterorum conſumatis, et ſpuria ✝uitulami- id eſt ✝ plantationes.
na altas radices dare non poſſe. Hoc & ſimpliciter dictum eſſe intelli- Sap. 4.
gi poteſt. Vnde ſi figuram facias, ueros adulteros excuſaſti. Sed fac,
ut figuraliter dictum ſit, hoc de hæreticis dictum eſt, apud quos ſunt
Sacramentorum falſa connubia: Et in quorum choris iniquitas inue-
nitur. Vbi in exterminium fidei corrupta ſunt ſemina. Dum Va- *Valentini hæreſis de filio Dei.*
lentinus filium Dei in Phantaſmatis non in carne fuiſſe contendit, fi-
dem ſuam ſuorumq; corrupit. Natiuitatis eorum ſemen extermina-
tum eſt, qui non crediderunt filium Dei in carne natum de uirgine
Maria, & paſſum in carne. Nam & illud quod in Hieremia Pro- Hierem. 2
pheta te legiſſe commemoras, exhorruiſſe cœlum, quod duo mali- *Peruertere ſenſum ſcripturæ.*
gna populus Dei fecerit, ut derelinquerent fontem aquæ uiuæ, & fo-
derent ſibi lacus detritos, qui non poſſent aquam continere: Legiſti
quidem, ſed ut ſe res habent intelligere noluiſti, ſtudio criminandi
ad conuitium Catholicorum cuncta componens, multum ad arbi-
trium tuum deſtinare conatus es. Si enim putas per prophetas ſic di-
cta eſſe omnia, ut ad tempora noſtra pertineant. Excuſa tu Iudæos,
de quibus hęc dicta eſſe conſtat, qui dimiſerũt Deum unum, Deum

uerum, Deum qui illis beneficia præſtitit. Et fecerunt ſibi Idola,
hoc eſt, lacus detritos, qui non poſſunt aquam continere. Ideo per-
forte ✝ deſluēs exultat. ennis male ✝deſtans exultant. Sicut in fonte, aquæ largiter de-
fluentibus uenis exuberant. Idola uero ſi non fiant, non ſunt,
& lacus niſi fodiatur, ſinus capaces habere non poteſt. Lacus ſine
arte & ferramentis cauari non poteſt: Nec Idolum ſine artifice fieri
forte ✝ errore poteſt: In Idolis uirtus naturalis nulla eſt, ſed hominum ✝ meror
adiunguntur & applicantur, æſtimantur Idola uirtus.

Hæc initio dictionis tuæ mala tractaueras, in proceſſu tractatus
tui tamen horum immemor factus es, Inducendo duas aquas, ✝&
forte ✝ lethargo mentis argumentis de aqua uera & falſa dicturus, principium ſermo-
nis tui inſipienter præſciens ordinaſti: Infirmando, confirmas ſan-
cti Baptiſmatis unionem: de Circunciſione Iudaica, quaſi fun-
damentum iactare uoluiſti, quod baptiſma Chriſtianorum in He-
bræorum Circunciſione fuerat adumbratum. Defendiſti Catho-
licam dum impugnas. Etenim in progreſſu tractatus tui, alterum
re inanire profeſſus es, ut alterum replere uidereris. Extra hære-
ticorum baptiſmata, dum dicis alterum & alterum, licet diuerſa
oſtendere conatus ſis, non poſsis negare: quia duo ſunt, ex qui-
bus dum conaris auferre alterum, laboraſti ut de ſecundo quaſi
primum facere uidereris. Circunciſio ante baptiſmatis in figura præ-
miſſa eſt, & a te tractatum eſt, apud Chriſtianos duas eſſe aquas.
Ergo & apud Iudæos duas Circunciſiones oſtende, alteram me-
liorem, peiorem alteram. Hoc ſi quæras, non poteris inuenire. Abra
lego ✝ proſapiam hæ ✝ pro ſapientia, qua Iudæi cenſentur, hoc ſigillo ſe inſigniri
gloriantur. Ergo talis debet ueritas ſequi, qualis eius imago præ-
miſſa eſt. Nam & Deus, qui uoluit oſtendere ſingularem poſt
eſſe debere in ſequēti ueritate, non de auricula, non de digito uoluit
lego ✝ deperire, ut ſemel ablatum. aliquid tolli: ſed ea pars corporis electa eſt ✝ deperito, menſemel
ablatum ſalutare in illis faciat ſignum, quod non poteſt iterum
fieri. Semel enim factum ſeruat ſalutem: Si iterum fiat, poteſt af-
ferre perniciem. Sic & Baptiſma Chriſtianorum, Trinitate con-
fectum, confert gratiam: Si repetatur, facit uitæ iacturam.

Quid igitur tibi placuit, frater Parmeniane, rem ſingularem pro-
for. ✝ e diuerſo ponere, & contra hanc ✝ licet diuerſa duo baptiſmata comparare,
Vnum uerum alterum falſum? Sic enim poſtea diſputaſti, duas a-
quas eſſe, cum uobis unam uindicans ueram, nobis mendacem aſcri-
Sicut unū fuit diluuiū: ita & unum eſt baptiſma bere uoluiſti. Poſt hoc & Cataclyſim feciſti mentionem. Erat
quidem imago baptiſmatis, ut inquinatus totus orbis, demerſis pec-
catoribus, lauacro interueniente, in facie priſtina mundaretur. Sed
qui poſtea dicturus eras, extra hæreticorum morbidos fontes eſſe,
etiam aliam aquam, id eſt, mendacem, contra ueram: ut quid Cata-
cliſmum (quod ſemel fit) commemorare uoluiſti? Si ita eſt, oſtende
prius

prius duas Arcas & non ſimiles, & duas columbas diſpares, diuerſos ramos ore ſuo portantes, ſi aquam ueram & falſam probaturus es. Aqua igitur ſola & uera illa eſt, quæ non de loco, non de perſona, ſed de Trinitate condita eſt. Et quia dixiſti, & aquam eſſe mendacem, Et hanc diſce, ubi eam poteris inuenire, ✝ aut flauionem Praxeam, Patripaſsianum, qui ex toto filium negat, & patrẽ paſſum eſſe contendit. Et cum ſit filius Dei ueritas, ſicut ipſe teſtatur dicens, Ego ſum ianua & uia, & ueritas. Ergo filius Dei eſt ueritas. Vbi ipſe non eſt, mendacium eſt. Cum apud Patripaſsianum non eſt filius, non eſt nec ueritas: Et ubi ueritas non eſt, ibi eſt aqua mendax. Quare uel ſero ✝ quã deſine cõfingere crimina, et quod in Patripaſſianos dictum eſt, in Catholicos noli transferre. Nunc quoniam manifeſte monſtratum eſt, a nobis & pro uobis dici potuiſſe, quod de diluuio & Circunciſione locutus es: Conſequens eſt oſtendere, quomodo laudem baptiſmatis ita dixeris, ut in ea multa pro nobis & pro uobis, aliquid tamen contra uos. Pro utriſq; illud eſt, quod & nobis commune eſt. Ideo & uobis, quia ex nobis exiſtis. Denique & apud nos una eſt Eccleſiaſtica conuerſatio, communes lectiones: Eadem fides, ✝ ipſa fidei Sacramenta, eadem myſteria. Bene igitur laudaſti baptiſma. Quis enim fidelium neſciat, ſingulare baptiſma uirtutum uitam, criminum mortem, natiuitatem immortalem, cœleſtis regni comparationem, innocentię portum, peccatorũ (ut & tu dixiſti) naufragium. Has res unicuique, non eiuſdem rei operarius, ſed credentis fides & Trinitas præſtat. Deinde quæris, quid in laude baptiſmatis contra uos dixeris? Audi, ſed prius eſt fatearis, q̃d omnes negare minime poteritis. Dicitis enim, Trinitatẽ pro nihilo habere, ubi non interfuerit ueſtra præſentia. Si nobis derogatis, uel Deum reueremini, qui in Trinitate prior eſt: Qui cũ filio ſuo & ſpiritu ſancto omnia operatur & complet, etiam & illic ubi non fuerit humana perſona. Cum uero frater Parmeniane, in laude aquæ de Geneſiorum lectione dixiſti, aquas primum uiuas animas ædiſſe, nunquid non & illic fuerat tota Trinitas? utique & illic fuerat Deus pater qui iubere dignatus eſt, qui dixit, Educant aquæ natantia, uolatilia & cætera. Quod ſi ſine operante fieret quod factum eſt, diceret Deus. Educat ea quæ ibi erat. Ergo filius Dei qui operabatur. Ibi erat ſpiritus ſanctus, ſicuti lectum eſt. Et ſpiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquas. Nihil illic uideo quartum, nihil minus a tribus, & tamen natum eſt quod Trinitas operata eſt. Et non ibi fuiſtis. Aut ſi ſine uobis nihil debet licere trinitati, reuocate piſces in originem: Iam uolantes aues fluctibus mergitis, ſi uobis abſentibus nihil debet Trinitas operari. Cum ergo dixeris & unum fuiſſe diluuium, & Circumciſionem repeti non poſſe. Et nos docuimus cœleſte munus unicuique credenti a Trinitate conferri, non

Geneſ. 8

forte ✝ apud flauium.

Tertul. Praxeas paracletũ fugauit, patrẽ crucifixit.

Ioan. 14

✝ iam

Laudes baptiſmatis, commu nes nobis & Donat.

✝ eadem.

Error Don. circa Baptiſmum.

Opus Trinitatis in aquarum generatione.

Geneſ. 1

ab homine: Et quid uobis uiſum eſt, non poſt nos, ſed poſt
Trinitatem, Baptiſma geminare? Cuius de Sacramento non le-
ue certamen innatum eſt, & dubitatur, An poſt Trinitatem in
eadem Trinitate hoc iterum liceat facere. Vos dicitis, licet: Nos di-
cimus, non licet. Inter licet ueſtrum, & non licet noſtrum, nu-
tant & remigant animæ populorum. Nemo uobis credat, nemo

Quis erit iudex inter contentioſos.

nobis, omnes contentioſi homines ſumus. Quærendi ſunt iu-
dices: Si Chriſtiani, de utraque parte dari non poſſunt: quia ſtudijs
ueritas impeditur. Deforis quærendus eſt iudex: Si Paganus, non
poteſt noſſe Chriſtiana ſecreta. Si Iudæus, inimicus eſt Chriſtiani ba-
ptiſmatis: Ergo in terris de hac re nullum poterit reperiri iudicium,
de cœlo quærendus eſt iudex. Sed ut quid pulſamus ad cœlum,
cum habemus hic in Euangelio? teſtamentum inquam, quia hoc lo-

Similitudo de teſtamento patris ad ſuos filios.

co recte poſſunt terrena cœleſtibus comparari. Tale eſt quod
quiuis hominum habens numeroſe filios. Hijs, quam diu pater præ-
ſens eſt, ipſe imperat ſingulis: Non eſt adhuc neceſſarium teſtamen-
tum. Sic & Chriſtus, quã diu præſens in terris fuit (quamuis nec mo
do deſit) pro tẽpore quicquid neceſſariũ erat, Apoſtolis imperauit.
Sed quo modo terrenus pater, dum ſe in confinio ſenſerit mortis:
timens ne poſt mortem ſuam, rupta pace, litigent fratres: Adhibitis
teſtibus, uoluntatem ſuam de pectore morituro transfert in tabulas

forte + duraturas.

diu + duratas. Et ſi fuerit inter fratres contentio nata, non itur ad tu-
mulum, ſed quæritur teſtamentum: Et qui in tumulo quieſcit, taci-
tus de tabulis loquitur. Vnus cuius eſt teſtamentum, in cœlo eſt.

Iudicium Chriſti de iſta contentione

Ergo uoluntas eius, uelut in teſtamẽto, ſic in Euangelio inquiratur.
Etenim præſentia, quæ modo facitis, iam futura conſpexerat Chri-

Ioan. 13

ſtus. Deniq; cum lauaret pedes diſcipulis ſuis, Sic ait Petro filius

adde + modo

Dei. Quod ego facio, tu neſcis, + Scies autem poſtea. Dicendo, Scies
poſtea, hæc tempora deſignabat. Ergo inter cæteros teſtamenti ti-
tulos, hunc titulum de aqua conſtituit. Cum lauaret pedes diſcipulis
ſuis, tacentibus cæteris, ſi taceret & Petrus, ſolam fecerat formam
humilitatis, nihil pronunciauerat de Sacramento baptiſmatis: Sed
cum Petrus recuſat, nec pedes ſibi lauari permiſit, negat illi Chriſtus
regnum, niſi accepiſſet obſequium. Sed cum cœleſtis regni mentio
fieret, quo pars corporis petebatur ad obſequium, totum corpus

Audiant ergo ſententiã Chriſti Don. qui rebaptizant

obtulit ad lauacrum. Nunc adeſtote omnes turbæ, & ſinguli
Chriſtiani populi, Quid liceat diſcite: dum prouocat Petrus, Chri-
ſtus docet: Qui dubitat, diſcat. Chriſti enim uox eſt, Qui ſemel lotus
eſt, non habet iterum neceſſitatem lauandi: quia eſt mundus totus.
Et de eo lauacro pronunciauit, quod de Trinitate celebrandum eſſe
mandauerat: Non de Iudæorum aut hæreticorum, qui dum lauant,

lego + de triũ.

ſordidant, ſed de aqua ſancta, quæ + deterium nominum fontibus
mundat. Sic enim ipſe dominus Chriſtus præcepit dicendo. Ite

bapti-

baptizate omnes Gentes, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. De hoc lauacro dixit, Qui ſemel lotus eſt, nõ habet iterum neceſsitatem lauandi. Qui ſemel dixit, prohibuit iterum fieri. Et de re locutus eſt, non de perſona. Nam ſi eſſet diſtantia, diceret, Qui ſemel bene lotus fuerit. Sed dum non addidit uerbum, indicat bene, quia quicquid in Trinitate factum fuerit, bene eſt. Inde eſt, quod ſimpliciter a uobis uenientes excipimus, cum dicit, Non habet neceſsitatem iterum lauandi. Ideo quotiens a uobis baptizatus aliquis, ad nos tranſitum uoluerit facere, uenientem hoc ✝ magiſterio exemplo tota ſimplicitate ſuſcipimus. Abſit enim, ut iam lotum reuocemus ad fontem: Abſit, ut in ſpiritum ſanctum peccemus, cui facinori præſenti & futuro ſæculo Indulgentia denegatur: Abſit, ut iteremus, quod ſemel eſt, aut publicemus quod unum. Sic enim ſcriptum eſt, Apoſtolo dicẽte. Vnus Deus, unus Chriſtus, una fides, una tinctio.

✝ magiſtri. *Matth. 12.* *Ephes. 4*

Deniq; uos, qui baptiſma quaſi libenter duplicare contenditis: ſi datis alterum baptiſma, date alteram fidem: Si datis alteram fidẽ, date & alterum Chriſtum: Si datis alterum Chriſtum, date alterum Deum. Vnum Deum eſſe negare non poteſtis, ne in Martionis foueas incidatis. Ergo Deus unus eſt, de uno Deo unus eſt Chriſtus, Qui rebaptizatur, iã Chriſtianus fuerat, Quomodo dici poteſt iterũ Chriſtianus? Vna fides hoc loco, ab hæreticorum erroribus et ab eorum uaria fide, fides unica ſeparatur. Et iam uobis præſcribitur, qui poſt ſemel iterum facitis, totum ponendo in dotibus, nihil in Sacramentis. Cũ hoc nomẽ fidei pertineat ad credentem, nõ ad operantẽ, Quocunq; enim interrogante qui credidit Deo credit: Et poſt illius unum credo, tu exigis alterũ credo. Deinde ſequitur unũ baptiſma, ut quia quod unum eſt, ſanctum eſt, per quod unum eſt: Nõ ſolum ab hęreticorum prophanis & ſacrilegis baptiſmatibus ſeparatur, ſed ne duplicetur quod unum eſt, aut iteretur quod ſemel eſt. In hoc Sacramẽto baptiſmatis celebrãdo, tres eſſe ſpecies cõſtat, Quas & uos, nec augere, nec minuere, nec prætermittere poteritis. Prima ſpecies eſt in Trinitate. Secunda in credente. Tertia in operante. Sed nõ pari libramine ponderãdæ ſunt ſingulæ: Duas enim uideo neceſſarias, & unam quaſi neceſſariam. Et principalem locum Trinitas poſsidet, ſine qua res ipſa non poteſt geri: hanc ſequitur fides credentis. Iã perſona operantis uicina eſt, quę ſimili autoritate eſſe nõ poteſt. Duæ priores permanent ſemper immutabiles & immotæ. Trinitas enim ſemper ipſa eſt, fides in ſingulis una eſt, uim ſuam ſemper retinent ambę. Perſona uero operantis, intelligitur duabus prioribus ſpeciebus, par eſſe non poſſe, Ideo quod ſola eſſe uideatur mutabilis. Inter nos & uos uultis eiuſdem perſonæ eſſe diſtantiam, Et ſanctiores uos ęſtimantes, ſuperbiam ueſtram non dubitatis anteponere Trinitati: Cum perſona operantis mutari poſsit, Trinitas mutari non poſsit.

Vnus Deus, una fides, unum baptiſma. *Redargutio Donat.* *Tres in baptiſmo ſpecies.* *Trinitas & fides non mutantur, ſicut perſona operãtis.*

Abuſus & error Don. Et cum accipientibus baptiſma deſiderari debeat, uos deſide-
randos eſſe proponitis. Cum operantes inter alios ſitis, oſtendite
qualem in eodem myſterio locum habeatis. Et an ex eodem corpo
re eſſe poſsitis. Baptiſmatis unicum nomen eſt, cui ſubeſt proprium
corpus, cui corpori certa ſunt membra, quibus nec addi nec auferri
aliquid poteſt. Inter quæ membra: quia & eligendus operarius inue-
nitur, totum corpus ad operantem pertinet. Hæc omnia huius cor-
poris membra, & ſemper & ſemel ſecũ ſunt, & mutari non poſſunt.
Operarij uero quotidie mutantur & locis, & temporibus, & perſo-
nis. Neque enim unus homo eſt, qui ſemper aut ubique baptizat in
hoc opere. Iam dudum alij fuerunt, Modo alij, Poſtea alij futuri
ſunt: Operarij mutari poſſunt, Sacramenta mutari non poſſunt.

Impius error & ſuperbia Donat. Cum ergo uideatis, omnes qui baptizant, operarios eſſe, non
dominos, Et Sacramenta per ſe eſſe ſancta, non per homines, Quid
eſt, quod uobis tantum uindicatis? Quid eſt, quod Deum a muneri
bus ſuis excludere contenditis? Concedite Deo, præſtare quæ ſua
ſunt: Non enim poteſt munus ab homine dari, quod diuinum eſt.
Si ſic putatis, prophetarum uoces, & Dei promiſſa inanire conten-
Deus lauat, nõ homo. ditis, quibus probatur, quia Deus lauat, non homo. Adeſt contra
uos Dauid Propheta, qui ait in Pſalmo L. Lauabis me et ſuper niuẽ
Pſalmo 50 dealbabor, Item in eodem Pſalmo. Deus laua me ab iniuſtitia mea,
& a delicto meo munda me. Laua me, dixit: Non dixit, elegi per
Eſaiæ 4 quem lauer. Et Eſaias Propheta ſic dixit. Quoniã abluet dominus
ſordes filiorum & filiarum Syon. Non dixit: lauabunt me, qui ſe
ſanctos putant. Dignamini, uel Prophetę uos uincant, uel ſic agnoſ-
Solus Deus lauat mentem. cite: quia non lauat homo, ſed Deus. Quã diu dicitis, qui non habet
quod det, quando dat? Videte Deũ unumquenq; mũdare. Sordes
enim & maculas mentis lauare non poteſt, niſi qui eiuſdem fabrica-
tor eſt mentis, Aut ſi putatis, quia lauacrum ueſtrum eſt, dicite,
qualis eſt ipſa mens, quæ per corpus lauatur: Aut quam habet for-
mam: Aut quo loco in homine habitet. Hoc homini ſcire negatum
eſt. Ergo quomodo putas quia lauas, qui neſcis quale ſit quod la-
Eſaiæ 1 uas? Dei eſt mundare, non hominis: ipſe per Prophetam Eſaiam
promiſit ſe loturum, dum ait, Et ſi fuerint peccata ueſtra uelut coc-
forte ✝ met ea inalbari. cum, ut niuem inalbabo. Dixit, faciam ✝ nec ab inalbari. Si hoc deus
ꝓmiſit, quare uos uultis reddere, quod uobis nec promittere licet,
nec reddere, nec habere? Ecce in Eſaia ſe promiſit deus inalbare pec-
Chriſtus per ſe dat aquã, quæ mundat, non per ſanctitatẽ miniſtri. catis affectos, non per hominem. Reuertimini ad Euangelium:
Videte, quid in ſalute generis humani ſit pollicitus Chriſtus. Cui
cum mulier Samaritana aquam negaret, tunc a filio Dei dictum
eſt, quod præſcribat præſumptionibus ueſtris. Aquã (inquit) quam
Ioan. 4 ego do qui biberit, nõ ſitiet in æternũ. Aquam quam egó do, inquit,
non dixit, quam dederint, qui ſe ſanctos putant, ſicut uos uidemini:

ſed

ſed ſic dixit daturum. Ipſe eſt ergo qui dat: ipſius eſt, quod datur: Quid eſt quod uobis tota importunitate uindicare contenditis?

Cum hanc rem tumulet Ioannes baptiſta, qui præcurſor uene- *Verba Ioann.*
rat ſaluatoris, Cum multos tingueret in pœnitentia & remiſſa *baptiſtæ de*
peccatorum, nunciauit filium Dei eſſe uenturum: Cuius uerba hæc *Chriſto.*
ſunt. Ecce uenit qui uos baptizet. Et tamen non legimus poſt Io- *Ioan. 1*
annem Chriſtum aliquem rebaptizaſſe. Quod ergo dixit, Qui uos
baptizet. Veniens Chriſtus illo tempore poſt Ioannem, tinxit. Pro-
miſſum erat temporibus noſtris, ut ipſe daret quod hodie daturus,
ſecundum quod ait. Aquam quam ego do qui biberit, non ſitiet *Ioan. 4*
in æternum. Nam & diſcipuli Ioannis, cum dicerent magiſtro ſuo. *Ioan 3*
Ecce quem baptizabas baptizat, baptizabat quidẽ: Sed per manus
Apoſtolorum, quibus leges baptiſmatis dederat. Denique lectum *Ioan. 4*
eſt alio loco. Nam ipſe neminem baptizauit, ſed diſcipuli eius. In *Baptiſma Ioan*
hac re omnes diſcipuli eius ſumus, ut nos operemur, ut ille det *nis in pœniten*
qui ſe daturum eſſe promiſit. Et tamen cum Ioannes infinita mil- *tiam.*
lia hominum baptizaret, iam Chriſto præſente + operaret formam. *forte + operi-*
Per acceptum non modicum tempus millia hominum in pœniten- *ret*
tiæ remiſsione tincta ſunt peccatorum. Sed nemo tinctus fuerat in
trinitate, + adhuc nouerat Chriſtum, Nemo audierat eſſe Chriſtum *addo + nemo.*
ſanctum. At ubi uenit tempus plenitudinis, certo tempore dedit *Baptiſma Chri*
leges baptiſmatis filius Dei, Et dedit uiam, qua iretur ad regna cœ- *ſti in nomine*
lorum. Et iam tunc præcepit dicens. Ite docete omnes gentes, bapti- *Trinitatis.*
zantes eas, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Ex ea die opor *Matt. 28*
tuit fieri quod mandatum eſt. Ante tempus noluit emendare quod
operatum eſt, Ne licentia rebaptizaret quamuis alterum fuerit bap-
tiſma Ioannis, & alterum ſit Chriſti baptiſma. Ioannes ante le-
ges pro pleno + uoluit eſſe, quod non erat plenum. Et tamen *+ noluit.*
ſupra memorata millia hominum, qui in Deo crediderant: Quam- *Baptizati a Io*
uis ignorarent filium Dei & ſpiritum ſanctum, regnum cœlorum *anne, non fue-*
eis denegare non potuit. Inde eſt uox filij Dei dicentis. A diebus Io- *runt a regno*
annis uſque in hodiernum regnũ dei uim patitur. Et qui uim faciunt, *cœlorũ excluſi*
diripiunt illud: quia adhuc baptizabat Ioannes. Denique, quia *Match. 11*
alterum tempus erat ante præcepta, Qui poſt præcepta in nomine
ſaluatoris baptizati ſunt, in regnum legibus intrauerunt: Qui ante
præcepta ſine lege uim fecerunt, ſed excluſi non ſunt. Ergo ante præ- *for. + proper-*
cepta, baptiſma Ioannis, cum eſſet imperfectum + profecto iudica- *fecto.*
tum eſt ab eo, cui nemo iudicat. Et quia quaſi limes quidem fixus
eſſet iuſsionis, inter tempora antecedentia & ſequentia: Cum apud
Epheſum baptizarentur aliqui in baptiſmate Ioannis poſt præ-
cepta, Hos uidens Beatiſsimus Paulus, interrogauit, An acce- *Act. 19*
piſſent ſpiritum ſanctum. Dixerunt ſe illi neſcire, an eſſet ſpiritus
ſanctus. Et dixit illis, ut poſt baptiſma Ioannis acciperent ſpiritum

ſanctum

ſanctum. Sic enim baptizati erant, quemadmodum multi a Ioanne fuerunt baptizati. Sed qui ante legem baptizati ſunt, ad indulgentiam pertinuerunt, Quia præſens fuerat, qui indulgentiam daret: Non erant ex toto rei, qui legibus non fuerunt occupati. Hi uero, qui apud Epheſum poſt legem, Ioannis baptiſmate baptizati fuiſſe leguntur, poſt leges in Sacramento errauerant: Quia iam introductum fuerat baptiſma domini, & excluſum fuerat ſerui. Et ideo, quia poſt mandata diuina, legibus debuerant ire in regnum, non per uiolentiam. Iam enim terminum temporis fixerat Chriſtus, dicendo. A diebus Ioannis uſque in hodiernum. Poſt hodiernum iam non licebat quod heri licuit. Quare nolite uobis blandiri de dicto Apoſtoli Pauli, Qui nō poſt perſonam operarij interrogabat, ſed poſt rem: Cui res non perſona diſplicuit: Denique baptiſma ſaluatoris iuſsit, ut diſcerent qui non nouerant, quia non ipſum ſed aliud acceperant. Vos uero qui immutatis, ſi res potuiſtis mutare, recte feceritis: ſi tamen de lege aliquid feceritis. Paulus dixit, in quo baptiſmate baptizati eſtis. Et dixerunt, Ioannis: perſuaſit eis, ut baptiſma Chriſti acciperent. Vos non dicitis, quia accepiſtis, ſed a quo accepiſtis: Et inſectamini in perſonas hominum, & uultis iterare quod ſemel eſt.

Pauli exemplum non excuſat Donatiſtas

Qui baptizati erant apud Epheſum, crediderant in pœnitentia & remiſsione peccatorum: Recte illis dictum eſt, ut baptizarentur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Vos uero qui mutatis in hominibus, qui iam dixerunt ſe credidiſſe in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: Siue ipſum interrogatis, ſiue aliud comminiſcimini, neceſſe eſt peccare uos: Siue aliud inter quos iuſſum non eſt, ſiue hoc uelitis facere, quod iam factum eſt. Redeo nunc ad illud ueſtrum quod dicitis, Qui non habet quod det, quomodo dat. Vnde hæc uox eſt? De qua lectione recitari poteſt? Vox eſt de uico, non de libro collecta, Qui non habet quod det, quomodo dat. Hæc uerba ſcripta nō ſunt. Nam ſi (ut uultis) homo dat, Deus uacat. Et ſi Deus uacat, & apud uos eſt omne quod dandum eſt, ad uos ſit conuerſio, quos baptizaſtis in nomine ueſtro tinguantur. Erubeſcite, Beato Paulo clamante, et ſuam gratulationem profitente: Nunquid in nomine meo baptizati eſtis? Ille gaudet, quod duos ſolos et unam domum baptizauerit. Et uos populos rebaptizare contenditis, et peccaſſe uos & peccare gaudetis, dicentes. Quid dat, qui non habet? quid det cui creditur. Ipſe dat quod creditur, Non per quem creditur. Denique ſub Ioanne infinita multitudo hominum baptizata eſt, probate Ioannem aut accepiſſe aut habuiſſe quod daret. Illo autem operante dabat Deus, qui dando non deficit. Et nūc operantibus cunctis humana ſunt opera, ſed Dei ſunt munera. Iam illud quam ridiculum eſt, quod quaſi ad gloriam ueſtram a uobis ſemper auditur. Hoc munus baptiſmatis eſſe, non accipientis, Et utinam hoc

Verbum Donatiſtarum rebaptizantiū

1. Cor. 1 Donatiſtæ contra Paulum.

Non operarij ſed Dei eſt munus in Baptiſmate.

hoc Deo diceretis,qui huius rei dator eſt.Sed quod ſtultum eſt,hoc uos dicitis eſſe datoris. Si ita eſt, & nos & uos teneamus ſingulos Gentiles:uos qui uos ſanctos dicitis,interrogate eum quem tenetis, an renunciet diabolo & credat domino:Et ille dicat,Nolo.Contra, nos peccatores(ut uultis)interrogemus alterum Gentilē, an renunciet diabolo & credat Deo &c.Et dicat, renuncio & credo &c. Tū uos tinguatis nolentem,nos uolentem:Dicatur, quis eorum poſsit ad Dei gratiam pertinere. Vtiq; ſine dubio ille conſequitur qui credit,Nō ille,pro cuius uoluntate(ut dicitis) ſanctitas ueſtra ſuccedit: Operarios uos ſero cognoſcite.Aut ſi in operario eſt res ipſa, & nō in ſe,hoc ſibi uindicent aliqui homines in artibus ſuis,ut quia ſic pro uocatis ad res diuinas, etiam artes comparemus humanas. Cum preciofus inficitur color, natura ſæpe conuertitur. Dum conuectione uellus cādidum purpureſcit, Sic alba lana regalem tranſit in purpurā.Quomodo Catechumenus in fidelem:Vtiq; dū incipit eſſe quod non erat, deſinit eſſe quod fuerat: Lana & colorem mutat et nomē, Et homo & uocabulum mutat & mentem. Conſyderata ſunt effecta, retractanda ſunt efficientia. Dicis a te datum eſſe, quod homo fidelis effectus eſt. Si hoc totum eſt,dicat & operarius artifex purpurę,quod precioſum colorem in ſuis manibus habeat,& non procuret precioſa pigmenta.✝Exoc ea non multis ignota,quibus tincta uellera, per colorem promoueantur in admirabilem dignitatem: Non admixto ſanguine piſcis, purpuram ſolo tactu conficiat. Igitur operarius iſte per tactum ſolum dare colorem nō poteſt. Sic nec operarius baptiſmatis, ex ſe ſine Trinitate dare aliquid poteſt. Tale eſt & hoc,unde modo certamen eſt.Nam in quo baptizarentur gentes,a ſaluatore mandatum eſt:per quem baptizentur,nulla exceptione✝deſertum eſt. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptizauerit,Apoſtolorum opus impleuit. Denique lectum eſt in Euangelio Ioanne dicente,Magiſter,uidimus quendam in nomine tuo expellentem dæmonia,& prohibuimus eum,quia non ſequitur nobiſcum:Sic Chriſtus ait,Nolite prohibere, qui enim non eſt cōtra uos, pro uobis eſt.✝ Nam & ſi ſic mandatum eſt, ut opus eſſet illorum, ſed Dei ſanctificatio. Intelligite uos uel ſero operarios eſſe, non dominos.Et ſi Eccleſia uinea eſt,ſunt homines & ordinati cultores. Quid in dominium patrisfamilias inruiſtis?Quid uobis quod Dei eſt uindicatis?Quid uultis ueſtrum eſſe totum, ubi nec partem poteritis habere? Nam propter tumorem ueſtrum, quo in nos intumeſcitis. Increpat Corinthios Beatiſsimus Paulus,in ſe & Apollo actus noſtri temporis confirmat, Ne alter in alterum (inquit) intumeſcat.Vt oſtenderet, quia hoc totum Sacramentum Baptiſmatis Dei eſt, ut illic ſibi nihil uindicet operarius,ſic ait.Ego quidem plantaui, Apollo rigauit. Hoc eſt, de Pagano catechumenum feci, Ille

Declaratio per exemplum,ubi duo baptizantur Gentiles.

Aliud exemplum, de artifice purpuræ.

forte ✝Exotica

Trinitatis, nō operarij eſt gratia in baptiſmo.

forte ✝ diſertū

Lucæ 9

for. ✝ Tametſi

Donatiſtarum reprehenſio.

1.Cor.3

catechu-

catechumenum baptizauit: Sed ut creſceret quod plantatum aut irrigatum eſt, Deus fecit. Nam quiuis hodie uolens uineam paſtinare, operarium placita mercede conducit. Qui curuato dorſo & deſudatis lateribus, ſinus terræ faciet, ubi deponat electa plantaria, & aquam calcatis ſcrobibus ſuperducat: Scrobem fodere, & plantaria ponere poteſt: aquam inducere poteſt, imperare ut teneat non poteſt. Eſt enim hoc ſolius Dei, de medullis palmitum producere radices, coaleſcentes in terram, et gemmantes oculos, incremēta frondiū prouocare.

Exemplum de operario in uinea.

Deniq; Beatus Apoſtolus Paulus, ut ueſtram præſumptionem tumoremq; compeſceret, Ne ęſtimet operarius baptiſmatis, aut habere dominium, aut de tanto iſto munere particulam ſibi aliquam uindicare: indicans, quia totum Dei eſt, ſic ait. Neq; qui plantat, neq; qui rigat, eſt aliquid, ſed ſolus Deus, qui ad incrementa perducit. Operarij inter alios eſtis, intrante ſole, hoc eſt, finito ſęculo poteſtis in die retributionis, nobiſcum de mercede contendere. Nolite uobis Maieſtatis dominium uindicare. Nam ſi ita eſt, uindicent ſibi & miniſtri, qui menſæ Dominicæ famulantur, ut pro humanitate exhibita ab inuitatis, gratulatio eis referatur.

Miniſter non uindicet ſibi munus domini.

1. Cor. 3

Chriſti uox eſt inuitātis: Venite benedicti patris mei: ueniunt gentes ad gratiam. Exhibet ille qui inuitare dignatus eſt: miniſterium exercet turba famulorum. Non famulantibus, ſed paſcenti referendæ ſunt gratiæ. Vos nobiſcum comminiſtri, inuerecunde totum uobis conuiuij dominium uindicatis: Cum ſe & cæteros beatiſsimus Paulus famulos cum humilitate fateatur. Ne quis putaret, in ſolis Apoſtolis aut Epiſcopis, ſpem ſuam eſſe ponendam, ſic ait. Quid eſt enim Paulus, uel quid Apollo? Vtiq; miniſtri eius, in quem credidiſtis. Eſt ergo in uniuerſis ſeruientibus non dominium, ſed miniſterium. Vides ergo frater Parmeniane, ex tribus ſpeciebus ſupra memoratis, illam primam tripartitam eſſe immotam, inuictam & immutabilem: et operātis temporariam eſſe perſonam.

Chriſtus inuitator ē, Epiſcopi eius miniſtri ſunt.

1. Cor. 3

Quanta eſt uirtus fidei in credentibus

Reſtat iam de credentis merito aliquid dicere: Cuius eſt fides, quam filius Dei & ſanctitati ſuæ antepoſuit & Maieſtati. Non enim poteſtis ſanctiores eſſe, quam Chriſtus eſt. Ad quem mulier illa uenerat, cuius filia erat mortua, & rogabat ut ſuſcitaretur: Nihil promiſit de uirtute ſua, ſed poſt fidem interrogat alienam, ut ſi mulier crederet pro matris credulitate, filia ſurgeret. Si non crederet, uirtus filij Dei feriata ceſſaret. Interrogatur mulier: Reſpondit ſe credere fieri poſſe quod rogabat. Iubetur ire, redit ad domum mulier, inuenit puellam uiuam, quā dimiſerat mortuam. Non ruit in oſcula, non properauit in amplexus: ſed redit ut ſaluatori gratias ageret. Et ut oſtēderet filius Dei, ſe uacuiſſe, fidem tantummodo operatā eſſe, Vade (inquit) mulier in pace, fides tua te ſaluauit. Vbi eſt quod dicis, Dantis eſt, non accipientis? Quid uobis uidetur & Centurionis fides? puer cum male haberet, ſaluatorē petijt,

Exemplum mulieris Chananeæ

Matth. 15

Textus noſter quędam aliter narrat

ut

ut ab eo mortem repelleret. Iam Chriſtus pereuntem ueniebat ad puerum, ſic eum Cēturio tenuit, ut indignitatem tecti ſui confeſſus, quod filius Dei totus non deberet intrare, ſed ſuam uirtutem mittere, qua puer fugata morte, reuiuiſcere potuiſſet. Et non fortitudo Centurionis, et non ſapiētia laudata eſt, ſed fides. Et curatus eſt puer in illa hora. Certe dantis eſt, non accipientis. Multa ſunt, huiuſmodi in Euangelio de fide perfecta, ſed uel tria complenda ſunt fidei teſtimonia. Quid uobis uidetur & illa mulier, quæ de ſecreto cauſæ fœminarum, cum per annos duodecim laboraret, & omnem ſubſtantiam ſuam in medicos erogaſſet: Cum uideret a filio Dei tantas celebrari uirtutes, proceſsit in turbam, uidet medicum, uidet & populum: cogebat illam dolor, ut medicinā peteret: pudor impediebat ne cauſam ſuam coram maſculis indicaret. Inuenit conſilium tacita fides: Mittam (inquit) manum meam, & tangam fimbriam ueſtimēti huius, & ſana † fiet. Nemine uidente inter turbas, manum miſit, et ſanata eſt. Nec auſa eſt indicare, quod auſa non fuerat petere. Sed ne fructus fidei apud ignorantes latere uideretur, ſic ſaluator ait. Quis me tetigit? Mirati ſunt diſcipuli eius, dicentes. Turbæ te cōprimunt. Tu dicis quis me tetigit. Et Chriſtus, Quis me (inquam) tetigit? ſenſi a me exiſſe uirtutem. Sic mulier confeſſa eſt, ſe tetigiſſe, & ſanam eſſe. Iam dudum pro filia altera petijt, pro puero Centurio poſtulauit: Hoc loco nec mulier petijt, nec Chriſtus promiſit, ſed fides quantum præſumpſit, exegit: Certe dantis eſt, non accipientis.

Tertiū exemplum de fide mulieris, fluxum ſanguinis patientis.
Matth. 9
Luc. 8
† fiam

Nam quod ad amplificandum tractatus tuos, frater Parmeniane, Naaman Syrum, quaſi immaturam quandam duriſsimorum naſcentium uulnerum maſſam, diu deſcribere uoluiſti, quid hoc ad præſentem pertinet cauſam? Bene hoc dicere, ſed longa oratione recte uti potuiſſes: ut inuenires aliquem catechumenū ſcabroſiſsimis moribus, qui gereret duriſsimam mentem: qui leniſsimam gratiam ſalutaris accipere detractaret. Bene hominis nouationem uerbis antedictis oſtenderes. Bene ueternoſam naturalem duritiā, infantili carne immutari ac molliri poſſe monſtrares. In hoc uero negocio, quod inter partes, tempore præſente tractatur, ut quid a te talis commemorata eſt lectio? In qua non legitur aliquis illum leproſum Syrum antedictū uel iuſsione Heliſæi lauiſſe, ut merito denuo melius lauaretur. Quod & ſi fieret, nec ſic uobis occurreret, quod recte imitari poſsetis. Non enim legitur ille prius lauiſſe in fluminibus Syriæ, aut ab aliquo lotus eſſe, & nihil profeciſſe. Nam & ſi hoc legeretur, nō ad Heliſæi laudem, qui non lauit, ſed conſilium dedit: ſed ad Iordanis gloriam pertineret, illi homini in eo flumine primitiuam gratiam proueniſſe, in quo poſtea ſub Ioanne per confeſsionem in pœnitentiam populorum peccata fuerant moritura. Poſtremo, qualis eſt illa pars tractatus tui, de cœleſtibus nuptijs, ubi ſpem amputans

Inepte tractauit Parm. exemplū Naamā Syri.
Lotus in Iordane Naaman.
4. Reg. 5
Expoſitio myſtica de conuiuio cum ueſte nuptiali.

futurorum, totum in præſenti tempore poſuiſti dicendo, a ſocietate ueſtra proiectum eſſe eum, qui ianitores & miniſtros fefellerat ueſtros, ut a communione fidelium foras cum iniuria mitteretur. Si ita

Matth. 22 eſt, non eſt quod ſperet fides: Nihil quod reſurrectio repræſentet, quod in cœlis amplius expectetur. Nihil quod Rex ille & paterfamilias Deus, in ſuo conuiuio agnoſcat, cum præſentia multorum gaudeat, & de aliquorum abſentia contriſtetur. Et multos dicat uocatos, et paucos electos. Nihil erat, quod iraſcatur ueſtem nuptialem non habenti, Cum filius Dei ipſe Chriſtus ſit ſponſus. Et ueſtis & tunica natans in aqua, quæ multos ueſtiat, & infinitos expectet, nec ueſtiendo deficiat Sed ne quis dicat, temere a me filium Dei ueſtem eſſe dictum, legat Apoſtolum dicentem. Quotquot in nomine Chriſti baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. O tunica ſemper una & innumerabilis, quæ decenter ueſtiat, & omnes ętates & formas, nec in infantibus rugatur, nec in iuuenibus tenditur, nec in fœminis immutatur. Aderit profecto ille dies, ut cœleſtes nuptiæ incipiant celebrari. Illic qui baptiſma ſingulare ſeruauerint, ſecuri diſcumbent. Nam quicunque a uobis ſe baptizari 4 conſenſerunt, huiuſmodi homini non denegatur reſurrectio, Quia credidit in reſurrectione carnis: reſurget quidem, ſed nudus. Sed qui nuptiali ueſte a uobis ſe expoliari permiſit, hãc patrisfamilias auditurus eſt uocem, Amice. Hoc eſt dicere, agnoſce te, cum aliquando renunciaueras diabolo, & ad me conuerſus fueras, Et dederam tibi ueſtem nuptialem: Hoc eſt dicere, Quare non habes, quod tibi dedi? Nemo enim poteſt iraſci non habenti rem, quæ data non ſit: Veſtem nuptialem inter iſtos acceperas, & ſolus nõ habes, Quare nudus & lugubris ueniſti? Quis tibi detraxit ſpolia? quas fraudulentas adiſti fauces? Quos incurriſti latrones? Quotquot tales uenturi ſunt, locum in illo conuiuio non habebunt.

Veſtis nuptialis Chriſtus ipſe eſt. Gal 3.

4 conſenſerit.

Rebaptizati in reſurrectione nudi & ſine ueſte nuptiale comparebunt.

Explicit Liber Quintus.

ARGVMENTVM LIBRI SEXTI.

Dictum eſt in Quinto de baptiſmatis & fidei uirtute, ac declaratum, quantum ſit ſcelus, quanta impietas & iniuria, rebaptizare Catholicos: nunc ſupereſt, commemorare in hoc ſexto libro, de reliquis Donatiſtarum ſacrilegijs & ſtultitijs: Quibus uexare ſolent Catholicos, dum Altaria frangunt aut radunt, Dum reliquos Chriſtianos in uniuerſo terrarum orbe pollutos dicunt, Dum ſacratas Deo uirgines iterum profiteri cogunt. Dum diuinæ legis codices a Catholicis extorquẽt, & Baſilicarum parietes ſalſa lauant uelut pollutos, & a ſuis diſcipulis alios ſeduci procurant.

Incipit

INCIPIT LIBER SEXTVS.

INdubitanter liquido demonſtratum eſt,in diuinis Sacramentis quid nefarie feceritis. Iam illa oſtendenda ſunt,quæ crudeliter ac ſtulte uos feciſſe, negare minime poteritis. Quid enim eſt tam ſacrilegum, quam altaria Dei(in quibus & uos aliquando obtuliſtis) frangere,radere,remouere? In quibus uota populi, et mēbra Chriſti portata ſunt: Quo Deus omnipotens inuocatus ſit. Quo poſtulatus deſcendit ſpiritus ſanctus:unde a multis pignus ſalutis æternę,& tutela fidei,& ſpes reſurrectionis accepta eſt. Altaria inquam ,in quibus fraternitatis munera non iuſsit ſaluator poni,niſi quæ eſſent de pace condita. Depone, inquit,munus tuum ante altare,& redi prius, concorda cum fratre tuo,ut poſsit pro te ſacerdos offerre. Quid eſt enim altare, niſi ſedes & corporis & ſanguinis Chriſti? Hæc omnia furor ueſter aut raſit,aut fregit aut remouit. Hoc igitur inexpiabile nefas, ſi de aliqua ratione deſcendit,uno modo fieri debuit. Sed ut æſtimo, alio loco copia lignorum imperauit ut remouerentur, ex parte uerecundia iuſſit:ubique tamen nefas eſt,dum tantæ rei manus ſacrilegas & impias intuliſtis. Quid perditorum conductam referam multitudinem, & uinum in mercedem ſceleris datum? Quod ut immundo opere ſacrilegis hauſtibus biberetur, calida de fragmentis altarium facta eſt. Si liuoris iudicio nos uobis ſordidi uidebamur, Quid uobis fecerat Deus, qui illuc inuocari conſueuerat? Quid uos offenderat Chriſtus, cuius illic per ✝ cætera momenta corpus & ſanguis habitabat? Quid uos offenditis etiam uos ipſi, ut illa altaria frangeretis,in quibus ante nos per longa temporum ſpacia ſancte(ut arbitramini)obtuliſtis. Dū impie perſequimini manus noſtras illic,ubi corpus Chriſti habitabat, ✝feriſtis & ueſtras. Hoc modo Iudęos eſtis imitati. Illi iniecerunt manus Chriſto in cruce:a uobis percuſſus eſt in altari. Si Catholicos illic inſectari uoluiſtis,uel ueſtris illic antiquis oblationibus parceretis. Ibi modo ſuperbus inuentus es, ubi iam dudū humilis offerebas: Ibi libenter peccas,ubi pro multorum peccatis orare conſueueras. Hoc faciēdo,in numerum ſacrilegorum ſacerdotum libenter intraſtis, ſociati ſceleribus prophanorum. De quibus apud Dominum Helias propheta querelam deponit. Hijs enim locutus eſt uerbis,quibus & uos inter alios ab ipſo accuſari meruiſtis. Domi-

Quantum eſt ſacrileg.ū, frāgere altaria

Matth. 5

Furor & inexpiabile nefas.

Exprobratio Liuoris.

forte ✝ certa

for ✝ infeciſtis.

Iudæorum imitatores, altariū deſtructores.

Altaria Dei ſunt, non hominum.

3 Reg. 19

ne(inquit)altaria tua confregerũt.Dum dicit tua,indicat quia res eſt
Dei,ubi Deo aliquid a quocunq; oblatum eſt. Sufficeret inſaniæ ue
ſtræ,quod mẽbra laniaſtis Eccleſiæ,quo d Dei populos iam dudum
Altaria deſtruere, eſt ſcalam ad cœlum ſubducere.
in unitate poſitos, ueſtris ſeductionibus diuiſiſtis. Inter hæc omnia
uel altaribus parceretis.Cur uota & deſideria hominũ cum ipſis alta
ribus confregiſtis? Illic ad aures Dei aſcẽdere populi ſolebat oratio.
Cur concidiſtis precibus uiam? et ne ad Deũ ſupplicatio de more ſo-
lito aſcenſum haberet,impia manu quodãmodo ſcalã ſubducere la-
Diſſentiant inter ſe, de frangendo & radendo.
boraſtis? Et tamen cum omniũ ueſtrũ una ſit coniuratio,in hoc titu
lo ſimili errore diſsimiliter deliquiſtis.Si ſuffecerat remouere, non li-
cuit frangere. Si oportuit frangere,raſiſſe peccatum eſt,Si enim non
addo ✝ nos
licuit,ſicut inter ✝ placuit,recte uidetur fregiſſe,qui fregerit: Iam reus
eſt,qui maiorem partem radendo ſeruauit.Quæ eſt iſta noua & ſtul
ta ſapientia, nouitatem quærere in uiſceribus uetuſtatis? Et remota
quaſi quadam corporis cute, in latente corpore cutẽ quaſi alteram
quærere,donec quod ad ſe pertinet & in ſe totum eſt,quod unũ eſt.
Vnde cum aliquid fuerit ablatũ, minui poteſt. Raſiſti equidẽ quod
tibi uiſum eſt:Sed adhuc ubi eſt quod odiſti? Quid quod ſi ſic coniu
raſtis,ut quæ a nobis in nomine Dei in ipſo miniſterio tacta ſunt,im
Ligna linteamine operari in altari.
munda uiderentur, Quis fidelium neſcit, in peragendis myſterijs
ipſa ligna linteamine cooperiri.Inter ipſa Sacramenta uelamẽ potuit
tangi,non lignum.Aut ſi tactum poſsit penetrari uelamen, ergo pe-
netrãtur & ligna.Si penetrari poſſunt ligna,penetratur & terra.Si a
uobis lignum raditur, et terra quæ ſubter eſt fodiatur: Altam facite
for. ✝ obſecro.
ſcrobem,dum pro ueſtro arbitrio quæritis puritatem.Sed ✝ obſer-
✝ Core Num. 15
ua te ne ueniatis ad inferos,& illic inueniatis ✝ Cores,Dathan & A-
Don. ceſſarunt frangere & cœperunt radere altaria.
byron ſchiſmaticos,magiſtros ſcilicet ueſtros. Ergo & fregiſſe uos
& raſiſſe conſtat altaria. Quid eſt,quod in hac re ſubito ueſter quaſi
languere uiſu[illegible]t furor? Videmus enim uos poſtea mutaſſe conſiliũ,
& altaria a uobis iam non frangi, ſed radi tantummodo aut remoue
ri.Si hoc ſufficiebat, illa quæ prius facta ſunt ex hijs iudicatis , quia
Fracti & uenditi ab eis calices.
fieri minime debuerunt a uobis: Hoc tamen immane facinus gemi-
natum eſt,dum fregiſtis etiam calices, Chriſti ſanguinis portatores:
Quorum ſpecies reuocaſtis in maſſas, mercedem nefarijs nundinis
for. ✝ ad quam
prouocantes, ✝ aquam nec emptores eligere uoluiſtis ſacrilegi, dum
for. ✝ tractabatis.
inconſyderate uendidiſtis. Paſsi eſtis etiam comburi manus ueſtra-
for. ✝ iam paſſim uendidiſtis ære.
quibus ante nos eoſdẽ calices ✝ tractatibus. Eam rem ✝ tã paſsim uen
diuis ſiſtere. Emerunt forſitan in uſus ſuos ſordideq; mulieres. Emerũt
Pagani,facturi uaſa,in quibus incenderent Idolis ſuis. O ſcelus nefa-
rium,o facinus inauditum,auferre Deo quod Idolis præſtes. Subdu
cere Chriſto,quod proficiat ſacrilegio. Sed uideo hoc uos loco in-
Agg. 2
uidiã nobis falſo conflantes,ad Aggæum prophetã uelle confugere,
ubi ſcriptum eſt. Quæ tetigerit pollutus polluta ſunt . Liuore inter-
uenicnte

uenientc facile eſt iratis iactare conuitium. Sed ſemper dum intendi tur crimē, neceſſaria eſt manifeſtanda probatio. Quis enim noſtrum intrauit templa? Quis uidit ſacra ſacrilega? pollui homines poſſunt fumi nidoribus, ſacrilego ſanguine. Sed in hac cauſa quis ingreſſus eſt templum? Quis intendit Idolis? Quis immundis nidoribus maculatus eſt? Quis ſanguinē uel pecudis immundæ uel hominis, fundi aſpexit? Quem probatis ad aliquod facinus commodaſſe conſilium? In ſocietate alicuius ſceleris uel unum Epiſcopum conuincite, ſi poteſtis, ſicut ſupra diximus. In hac cauſa quicquid aſpere fieri potuit, dū illa res in origine uocatur, ad principes ueſtros pertinere monſtrauimus. Vnde eſt quod Catholicos quaſi pollutos appellas? An quia uoluntatē & iuſsionem Dei ſecuti ſumus, amando pacem, communicando toto orbi terrarum, ſociari Orietalibus: Vbi ſecundum hominem ſuum natus eſt Chriſtus, ubi eius ſancta ſunt impreſſa ueſtigia, ubi ambulauerunt adorandi pedes, ubi ab ipſo factæ ſunt †tot tantæ uirtutes, ubi cum ſunt tot Apoſtoli comitati, ubi eſt ſeptiformis Eccleſia: A qua uos conciſos eſſe, non ſolum non doletis, ſed quodammodo gratulamini. Quia unitatē Deo placitam habemus. Pollutos uocas, qui Corinthijs, Gallatis, Teſſalonicēſibus aſſenſum accommodauimus, communionemq́ʒ cōiunximus. Pollutos uocas, quia furtiuas uobiſcum non legimus lectiones. Pollutos uocas, aut negate uos alienas lectiones legere, ſi poteſtis. Vt quid audetis Epiſtolas, ad Corinthios ſcriptas, legere, qui Corinthijs communicare noluiſtis? Vt quid ad Gallatas, ad Teſſalonicēſes ſcripta recitatis, in quorum communione non eſtis? Cum hęc omnia ita eſſe conſtet, intelligite uos ab Eccleſia ſancta eſſe conciſos, & nos nō eſſe pollutos. Vbi eſt ergo quod tibi putas Aggæum Prophetam poſſe ſuccurrere. Igitur altaria tua ſupra memorata, & in manibus ueſtris infamatis manus noſtras, quare illic damnatis & ueſtras. Sed dicitis lectum eſſe, Quod tetigerit pollutus pollutū eſt. Fac aliquē pollutum eſſe, ut poſsint ab eo tacta uideri polluta, ſi ſolus tactus, et non interueniat inuocatio nominis Dei, quæ & tetigerit pollutus, polluta ſunt, inquinari poſſunt ſi de Deo taceatur. Nam ſi ſit inuocatio nominis Dei, ipſa inuocatio ſanctificat & quod pollutum eſſe uidebatur. Deniqʒ cum ducenta & quinquaginta thuribula, quæ ſacrilegorum & peccatorum manibus portabantur, Cum eoſdem peccatores abſorberet terra remanſerunt de manibus eorum excuſſa thuribula. Et dubitaret Aaron ſanctus ſacerdos, quid nam de hijs faceret, audiuit uocem Dei dicentis. Tolle Aaron hæc uaſa, & fac inde laminas, & pone in angulis arcæ teſtamenti. Quoniam licet illi peccauerunt qui ea ferebant, tamen uaſa illa ſancta ſunt: quia nomē meum illuc inuocatum eſt, dicit Deus. Et utiqʒ plus eſt portare, quam tangere.

Ergo iam †aliquid apparet, ex inuocatione nominis Dei poſſe ali

Calumnia in Catholicos, tā quam in pollutos.

Terra ſancta ubi Chriſtus et Apoſtoli conuerſati ſunt.

† tot ac.

Iniquè uocantur polluti Catholici.

Iniqua obiectio Parm. ex Aggeo.

Thuribula impiorum ſanctificata.

Num. 16

for. aliquid

aliquid ſanctificari,etiam ſi peccator inuocet Deum. Non enim tan-
tam uim poſſunt habere tactus, quantam habet diuini nominis in-
uocatio. Nam & uos,qui uobis de ueſtra ſanctitate præſumitis,dici-
te,ſi tactus ſanctificat aut inuocatio: utique inuocatio, nõ tactus. Aut
ſi de ſolo tactu præſumitis,tangite tabulam,lapidem,ueſtem: uidea-
Stultitia Don. mus an ſancta eſſe poſsint, ſi de Deo taceatur. Iam illud quàm ſtul-
circa pœnitentiam uirginũ. tũ,quàm uanũ, quod ad uoluntatem,& quaſi ad dignitatẽ ueſtram
reuocare uoluiſtis,ut uirgines Dei agerent pœnitẽtiam: diſcentes, ut
iam dudum profeſſæ, ſigna uoluntatis capitibus accepiſſent, poſtea
Mitellæ.i. parue mitræ. uero uobis iubentibus immutarent: ut mitellas aureas proijcerẽt,ali-
as acciperent. Primo, ubi uobis aliquid de mitella mandatum eſt?
Duo denarij uirginitas enim uoluntatis res eſt, non neceſsitatis. Denique Stabu-
Duo teſtamenta ſunt. larius ille Paulus Apoſtolus, cui confoſſus peccatorum uulneribus
populus commendatus,duos denarios, quos erogaret, acceperat:
Duo ſcilicet teſtamenta, hæc per doctrinam quaſi ſumptus impen-
dit, docuit quomodo coniugales Chriſtiani debẽt uiuere: A quo cũ
quęreretur quid de uirginibus? nihil eſſe mandatũ confeſſus eſt. Sed
duo teſtamenta,hoc eſt,duos denarios erogaſſe, expliciti erant quo-
forte ✝ ſancto aut ſano. dammodo ſumptus. Sed quia qui ✝ ſanctum ſaucium commendaue-
rat, promiſerat ſe redditurum,quicquid in curam amplius erogaſſet
poſt impenſos duos denarios: non præcepta ſed conſilium erogat
addo ✝ neque Paulus ad uirginitatem. Nec impedimento eſt uoluntati, ✝ nolen-
1. Cor. 7 tes impellit aut cogit. Qui dederit uirginem ſuam, bene facit: &
qui non dederit, melius facit. Hæc ſunt uerba conſilij: Nec ulla ſunt
præcepta coniuncta, uel de qua lana mitella fieret, aut de qua pur-
pura pingeretur. Non enim panno hoc poteſt uirginitas adiuuari:
Non inde compeſcuntur æſtus animi,quos interdum æſtas accen-
dit: Non inde ſubleuatur mens, quæ nonnunquam deſideriorum
ponderibus premitur. Nam ſi ita eſſet, non una ſed plurimæ uir-
addo ✝ mitellæ. gini capitum ✝ ponerentur: ut quotieſcunque animum carnis deſide-
ria pungerent,contra impugnationem mitellarum numerus dimica-
ret. Res inuenta eſt ad ſignum capiti, non ad remedium caſtitatis.
Denique talis pannus & deturbari,& rodi, et perire poteſt: Et tamen
uirginitas ſi inlæſa ſit, ſine mitella tuta eſſe poteſt. Spiritale nuben-
Nuptiæ ſpiritales uirginum. di hoc genus eſt, in nuptias ſponſi iam uenerant uoluntate ex pro-
feſsione ſua, & ut ſæcularibus nuptijs ſe renunciaſſe monſtrarent,
forte ✝ crines. ſpiritali ſponſo ſoluerant ✝ temere, iam cœleſtes celebrauerant
Coactæ a Don. ad ſecundã profeſsionem uirgines nuptias. Quid eſt quod eas iterum crines ſoluere coegiſtis? Quid
inquam, quod ab ipſis per uos exacta eſt profeſsio ſecunda? Quis eſt
alter ſpiritalis ſponſus, cui iterum nuberent? Quando mortuus eſt,
cui nupſerant, ut iterum nubant? Nudaſtis denuo capita iam ue-
lata, de quibus profeſsionis detraxiſtis indicia, quæ contra rapto-
res aut petitores uidentur inuenta. In mitella indicium eſt uo-

lunta-

luntatis, non caſtitatis auxilium, ut ✝cum iam dum deuotam an quis ſponſabat, perſeueret petere, aut ne raptor audeat uiolare: ſignum eſt ergo, non Sacramentum. Inueniſtis igitur huiuſmodi uirgines, quæ iam ſpiritaliter nupſerant, quaſi ſecundo coegiſtis ad nuptias, ut crines iterum ſoluerent imperaſtis. Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt: Ex quibus ſi alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis feſtiuitas: Non in altum tollitur: Non populi frequentia procuratur. Detraxiſtis igitur non capitis ornamenta, ſed (ut ſupra diximus) bonæ uoluntatis indicia. Iam conſecratas Deo aſperſiſtis, etiam ſalſa aqua ✝perfundi.

lego ſic ✝ut cum iam dum deuotam ne qui ſpōſabat, perſeueret petere.

forte ✝ perfudiſtis.

Et utinam uel id quod tuliſtis, uelociter reuocare uelletis. Interpoſuiſtis moras, ut retractæ in priſtino habitu, aliquæ diutius remanerent, ✝retractis ſignis quibus ſe iam dudum contra petitores ✝ murauerant: Qui cum uiderent, præſcriptionem ſibi iam dudum oppoſitam, a uobis eſſe ſublatam, de ſponſis raptores effecti ſunt. Nec uiſus eſt ſibi unuſquiſque peccaſſe, dum talem rapuit, qualem uiderat, quando ut uxorem accipere poſtulabat.

for. ✝detractis

forte ✝ muniuerant.

In hoc genere tanta damna feciſtis Deo, quanta lucra diabolo procuraſtis. Conflaſtis impie calices, crudeliter fregiſtis. Et inconſulte raſiſtis altaria: Puellas miſeras non ſine opprobrio, ut ſecundam mitellam acciperent, coegiſtis, Cum de prima lectione recitari non poſsit. Et illud prætermittere nequeo, quod nec Deo eſt placitum, Nec a ueſtris cultoribus excuſari, Nec ab aliquo homine defendi poteſt. Per iudicia ſæcularia & leges publicas, diuinæ legis inſtrumenta, executione officiorum a plurimis eripienda eſſe dixiſtis: Volentes ſoli haberi, quod pax in communione poſsederat. Non uereor Chriſtianus dicere, quod uobis poſtulantibus, Gentilis excuſatio non potuit ignorare, ✝uelamina & ſtrumenta Dominica extorſiſtis, quæ iam dudum fuerant in communione poſſeſſa. Extorſiſtis cum codicibus pallas, iudicio ſuperbiæ ueſtræ utraque arbitrati eſtis eſſe polluta. Niſi fallor, hæc purificare properaſtis, lauiſtis proculdubio pallas: Indicate quid de codicibus feceritis, in omnibus iudicium prouidentiæ ueſtræ debet eſſe æquale. Aut utrunque laua, aut utrunque dimitte. Quod ſi aliter facias, concupiſti, diligentia tua pallam lauas: Si in una parte bonum, in altera malum eſt. Non poteſt negari, offendi in una, ſi in altera promereris. Et ſi gaudes, quod in una uidearis religioſus, debes & plangere: quia teneris in altera parte ſacrilegus. Iam illud quale eſt, quod in multis locis & parietes lauare uoluiſtis, et ✝ incauſa ſpacia ſalſa ſpargi præcepiſtis. O aqua quæ dulcis a Deo creata es, ſuper quā ante ipſius natalē mundi ſanctus ſpiritus ferebatꝰ. O aqua, quæ ut purum faceres orbē, lauiſti terram.

Scelera ſacrilega Donat.

Aliud ſacrilegij genus.

forte ✝ uolumina & inſtrumenta.

forte ✝ ſine.

Gene. 7

Exod. 15 O aqua, quæ ſub Moyſe, ut naturalem amaritudinem perderes, in dulcata ligno, tot populorũ pectora ſuauiſsimis hauſtibus ſaciaſti. Reſtabat tibi poſt promotionem non leuiter degradari. Præſentia Moyſi in te amaritudo moritur, & a ſchiſmaticis hodie cum Catholicorũ turba dulcedo tua uexatur. Pares patimur bellum, pares expectamus uindicem Deum.

Reprehenſio ſtultitiæ. Dicite frater Parmeniane, quid uobis fecerat locus? quid ipſi parietes, ut iſta paterentur? An quia illic rogatus eſt Deus? An q̃a illic laudatus eſt Chriſtus? An quia illic inuocatus eſt ſpiritus ſanctus? An quia uobis abſentibus illic Prophetę et ſancta Euãgelia recitata ſunt? An quia illic fratrum, iam dudum litigantiũ, concordauerant mentes? An quia unitas Deo placita, in qua habitabat, inuenerat domum? Indicate, quid illic lauare potuiſtis? Si Catholicorum ueſtigia: & in uico & in platea calcauimus, Quare non omnia emendatis? Nam & fouendorum corporum cauſa, eadem nos & uos lauacra pariter abluerunt. Et ante uos frequẽter noſtrorum loti ſunt multi, poſt nos purificanda putatis. Omnia lauate, & aquam ſi poteſtis.

Quam ſtultum fuit, falſa lauare parietes. Aut ſi ueſtigia (ut ſupra dixi) noſtra uobis eſſe uidẽtur polluta, ſufficeret terra, quid & parietes lauare uoluiſtis, in quibus humana non poſſunt poni ueſtigia? parietes non calcare, ſed tantum uidere potuimus. Si & quod tangit aſpectus, lauandum eſſe cenſetis, cur extera dimiſiſtis inlota? Videmus tectum, uidemus & cœlũ, hæc a uobis lauari non poſſunt. Illa lauando promeriti eſtis Deum: Iſta non lauando, inexpiabile uidemini incurriſſe peccatum. Cum igitur alibi quaſi diligentes eſſetis inuenti: Si tamen diligentia dicenda eſt ſtultitia, & (ut uero nomine appelletur) uanitas ueſtra. Niſi forte quia hoc faciendo, in pauorem miſiſtis populos imperitos, ut quia lota eſt columna, lauarentur & corpora. Si in hijs rebus conſilium latet, miſeros ſubtiliter decepiſtis: Si talis res ſine conſilio geſta eſt, manifeſta eſt ueſtra hebetudo. Hæc uos ſtulte feciſſe, & a uobis ſeducti cognoſcunt, Nec uos ipſi negare poteritis.

Don. Cimiteria Catholicis denegabant. Quid referam etiam illam impietatem, de ueſtra coniuratione uenientem, quia ad hoc Baſilicas inuadere uoluiſtis, ut uobis ſolis Cimiteria uindicetis: Non permittentes ſepeliri corpora Catholica, ut terreretis uiuos: Male tractatis & mortuos, negantes funeribus locum. Si inter uiuentes fuerat certamen, odia ueſtra uel mors aliena compeſcat. Iam tacet cum quo paulo ante litigabas. Quid inſultas funeri? quid imputas ſepulturæ? quid cum mortuis litigas? perdidiſti malitiæ fructum. Etſi corpora non uis in unum quieſcere, animas tamen in ✝ uno apud Deum poſitas, non poteris ſeparare. Omnia denique, quæ a uobis geruntur, ex toto narrari non poſſunt.

✝ unum

Quanta eſt mutatio & malitia in ſeductis populis Don. Sed concedatur uobis, qui erroris huius magiſterium poſsidetis, iam & de ueſtris ſilere, Quis poſſet & de illis, ſcilicet, quos aut factione aut ſubtilitate, ut ueſtros faciatis, ſe-

ducere potuiſtis, non ſolũ maſculi, ſed etiam fœminæ: ex hominibus ſubito facti ſunt uulpes, ex fidelibus perfidi, ex patientibus rabidi, ex pacificis litigantes, ex ſimplicibus ſeductores, ex uerecũdis impudentes: feroces ex mitibus, ex innocentibus malitiæ artifices. Poſt quod ad uos delapſi ſunt aut delapſi, dolent alios ibi eſſe, ubi nati ſunt: Bene ſtantes in lapſus ſuos inuitẽt: Si ſcirent ſe gloriam conſecutos, fœlicitate ſua tacite fruerentur. Nunc autem perditi, tranſitus ſuos conſolari cupientes, cæteros ut ſimiliter labantur inuitant: Et reſidentes in ſinu matris Eccleſiæ, ut quaſi pigros & tardos accuſant.

Seducti alios quoq; ſeducere ſatagunt.

Hĳs enim uerbis loqui non erubeſcunt Gaſci uel Gaiaſci. Quam diu te tenes? Hoc eſt dicere, imitare lapſus meos, imitare trãſitus turpes. Quam diu fidelis uoceris? iam fidem deſere, iam pœnitentiam diſce.

Verba ſeductionis Gaiaſcorũ ad Catholicos

Vos eſtis aucupes, & illi aut illæ ſunt aues. Sed quia non eſt unum aucupũ genus: Alĳ ſunt, qui arte ſimplici uolatu naturalibus ramis inſidunt: Non illic numerantur fraudes, non artificioſa conſilia: Ars una eſt & ſola capiendi. Illi uos aucupi ſimiles dico, qui poſt diſceſſum noctis, ante lucis aduentum: Non aliorum more naturales uadit ad arbores, Sed ipſe arborem portans, futurum nemus ſtringit falce in aridam arborem, nullis radicibus fultam, multiplici fraude componit. Cui adulterinos inſerit ramos, & quæ ſuas iam dudũ ſucciſa perdiderat, alienas accepit frondes. Alias aues clauſas portat in cauea, & uiſceratas alias ad imaginem uiuentium, olim extinctas fallacibus ramis, quaſi uiuentes imponit. Aliæ latent in caueis, Aliæ quaſi uiuentes uidentur in ramis. Iungitur una geminata fraude calliditas, & ut decipi uiuarum uolantium ſimplicitas poſsit, quas mortuas eſſe conſtat, uidentur tendere colla cum uocibus, & quę latent in carcere ſuo, quaſi de gutture cantant alieno. Inter alterius Imaginem, & alterius uocem dolus unus operatur. Captiuæ liberas capiunt, & mortuæ uiuentes occidunt. Tales ſunt, quos aut rebaptizatione aut pœnitentia ſaciaſtis, ne ſoli aut ſolæ periſſe uideantur, alios uel alias ſecum perire, magno labore et ſtudio contendunt.

Quales aucupes ſunt Donatiſtæ.

Geminata fraus aucupis.

FINIS.

Ad

Ad Lectorem Io. Cochlæus.

ETſi per difficile ac laborioſum fuerit mihi, Pie et Amice Lector, Hos tibi nunc exhibere libros Optati Epiſcopi: tum quod Exemplar erat monſtroſe ab indocto librario excribente, ac minime intelligente, deprauatũ: tum quod occupatiſsimus eram circa aliorum æditiones librorum, quos hac hyeme æditurum me promiſerã: Attamen cum ipſum Exemplar Optati non alia lege ac ſtipulatione cõmodato miſſum eſſet, niſi ut intra Tres menſes bona fide reſtituerem, nolui optatiſsimum ac deſideratiſsimum Autorem hunc antiquũ, abſq; uſu & fructu aliquo dimittere, eiuſq; pietatem ac eruditionem fideiq; & Cathólicæ Eccleſiæ zelũ in latibuli antiqui puluerulentas tenebras relegare, quem luce publica atq; piorum & eruditorum hominum lectione dignißimum exiſtimo. Quanquã mendas exemplaris deprauatiſsimi cunctas digne ac plene reſtituere aut emaculare non potui: Cum mihi nec alterũ eſſet exemplar, nec ſufficiens ad id laboris ac ſtudij tempus aut ocium. Tuæ igitur fuerit charitatis atq; Chriſtianæ pietatis, hoc qualecunq; ſtudium & fraternę charitatis officium meũ, æqui boniq; facere, ac benigne condonare mihi quoſcunq; uideris hic defectus, quos corrigere aut ſupplere non potui, licet labor & bona uoluntas mihi per gratiam Dei non deeſſent. Diſce autem ex hoc Autore, & cõſydera mecum, quam facili occaſione poſsit Serpens antiquus hęreſes & ſchiſmata in Eccleſia, quam ſpiritus ſanctus hortum concluſum uocat, per doctos & inquietos atq; ſuperbos & gloriæ cupidos homines ſuſcitare: qui ab initio in Paradiſo Dei tam facile Deo rebelles potuit facere primos parentes noſtros. Videbis enim hic, quam friuolis mendacijs, excitata fuerit per inuidiam ſuperbiamq; paucorum in Aphrica Epiſcoporum, magnum contra totam Eccleſiam ſchiſma hæreſiſq; proteruiſsima Donatiſtarum. Quam iure poſsis conferre F A M AE, quam doctiſsime atq; elegantiſsime deſcripſit hiſce carminibus, Poetarum Latinæ linguæ Princeps, Virgilius Maro.

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget: uireſq; acquirit eundo.
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturq; ſolo: & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata Deorum
Extremam (ut perhibent) Cœo Enceladoq; ſororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis.
Monſtrum horrendum, ingens: cui quod ſunt corpore plumæ,
Tot uigiles oculi ſubter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures.
Nocte uolat cœli medio, terræq; per umbram
Stridens: nec dulci declinat lumina ſomno.
Luce ſedet cuſtos aut ſummi culmine tecti
Turribus aut altis: & magnas territat urbes
Tam ficti, prauiq; tenax, quam nuncia ueri.

Hos quæſo, pie lector, perlege ſex libros Optati, atq; etiã ſex libros D. Bruni, Et inuenies proculdubio, hæc Maronis carmina, non falſo nec inepte aptari poſſe factis hæreticorum: Niſi quod hæreſis natura ſua longe nocentior eſt quam fama. Bene uale.

Franciſcus Behem Typographus ædidit hæc apud S. Victorem prope Moguntiam Anno M.D.XLIX.



Exemplum ueri Pelicanum cernis amoris
Qui reficit pullos ipſe cruore ſuos.
Sic amor eſt Chriſti, qui nobis ſanguine fuſo
Reſtituit uitam, ac in cruce regna dedit.